

La bibliothèque numérique Digimom

Maison de l'Orient et de la Méditerranée (MOM) - Jean Pouilloux
CNRS / Université Lumière Lyon 2

<http://www.mom.fr/digimom>

Le projet de bibliothèque numérique Digimom est issu de la volonté de la bibliothèque de la MOM de communiquer à un public élargi et/ou distant, une sélection d'ouvrages libres de droit. Il est le fruit de la collaboration entre les personnels de la bibliothèque et du Service Image.

La sélection des titres proposés répond à la fois à des besoins de conservation des originaux mais surtout à la volonté de rendre à nouveau accessibles des ouvrages rares afin de promouvoir gratuitement la diffusion du savoir et de la culture dans les champs d'investigation propres à la Maison de l'Orient et de la Méditerranée.

Dans le respect du code de la propriété intellectuelle (articles L. 342-1 et suivants), la reproduction et la communication au public des documents diffusés sur Digimom sont autorisées à condition de respecter les règles suivantes :

- mentionner la source qui a permis la reproduction de ces documents sous leur forme numérique de la façon suivante : « Digimom – Maison de l'Orient et de la Méditerranée, Lyon - France » ;
- ne pas utiliser ces documents à des fins commerciales ;
- ne pas modifier ces documents sans l'accord explicite de la MOM.

The digital library Digimom

The digital library Digimom results from the will of the library of the Maison de l'Orient et de la Méditerranée to communicate to a widened and distant public a set of royalty-free books. This project was carried out by the library staff with the technical collaboration of the Images department.

Digimom fulfills at the same time needs for conservation of the originals, and the will to make rare books once again accessible in order to promote the free of charge diffusion of knowledge and culture in the fields of investigation specific to the Maison de l'Orient et de la Méditerranée.

In the respect of the French code of intellectual property (articles L. 342-1 and following), the reproduction and the communication to the public of the documents diffused on Digimom are authorized with the proviso of complying with the following rules:

- *State the source which has enabled the production of these documents in their digital form: "Digimom - Maison de l'Orient et de la Méditerranée, Lyon – France".*
- *Do not use these documents for commercial ends.*
- *Do not modify these documents without the explicit agreement of the Maison de l'Orient et de la Méditerranée.*

CORPVS
INSCRIPTIONVM GRAECARVM.

VOLVMEN QVARTVM.

CORPVS
INSCRIPTIONVM GRAECARVM.

AVCTORITATE ET IMPENSIS

ACADEMIAE LITTERARVM REGIAE BORVSSICAE

EX MATERIA

AB

AVGVSTO BOECKHIO ET IOANNE FRANZIO

COLLECTA ET AB HOC EX PARTE DIGESTA ET PERTRACTATA

EDIDERVNT

ERNESTVS CVRTIVS ET ADOLPHVS KIRCHHOFF.

INDICES SVBIECIT HERMANNVS ROEHL.

VOLVMEN QVARTVM.

PARS XXXIX. INSCRIPTIONES LOCORVM INCERTORVM.

PARS XL. INSCRIPTIONES CHRISTIANAE.

INDICES.

BEROLINI EX OFFICINA ACADEMICA
(G. VOGT).

VENDIT G. REIMERI LIBRARIA

MDCCCLXXVII.

PRAEFATIO EDITORIS

AD INSCRIPTIONES LOCORUM INCERTORUM.

Ioannes Franzius, quum praematura morte huic operi, in quo totus habitabat, subito eriperetur, non solum quod tertii voluminis restabat, elaboratum reliquit, sed etiam ad quartum volumen edendum strenue perrexerat. Et quum duo maxime fuerint inscriptionum Graecarum genera ex consilio totius operis huic quarto volumini reservata, alterum, quod est Christianae aetatis, paucis tantum attigerat, alterum, quod vetustiorum inscriptionum supplementum est titulosque eos complectitur, qui certae patriae reddi et propterea prioribus voluminibus ex ordine geographico constitutis commode inseri non poterant, ita digesserat atque pertractaverat, ut ad edendam materiam fere omnia parata essent neque quidquam desideraretur nisi postrema cura, qualis inter edendum ab editore solet adhiberi.

Quare quum continuandi operis munus ab Academia Regia mihi mandatum esset, in hoc priore voluminis quarti fasciculo nihil aliud faciendum esse intellexi, quam ut materiam a Franzio collectam ac fere elaboratam e scriniis eius eruerem, eandem ex variis litterarum subsidiis post mortem Franzii editis auferem, quae ab illo nimis prolixè tractata esse videbantur, brevius absolverem, alia denique quae iteratis curis non probari poterant, emendarem. In quo negotio difficillimo atque parum iucundo, ut sponte intelligunt omnes qui ipsi libros aliena manu scriptos edendos curaverunt, haud mediocriter adiuvarer auctoritate Boeckhii, qua uti poteram ubi ipse decernere nolebam, neque abnuebat humanitas Eduardi Gerhardi, ex eruditionis suae copia ad tractandas inscriptiones vasorum fictilium suppeditare, quaecunque ad usus meos faciebant.

Iam totum illud inscriptionum genus, quod priore voluminis quarti fasciculo continetur, ita est comparatum, ut etiam summa industria non possit omnis monumentorum, quae huc pertinent, copia exhauriri; permulta in museis et publicis et privatis latent inedita atque inter ea quae in lucem prodierunt, non pauca sunt eiusmodi, ut propter tenuitatem argumenti vix digna sint, quae in corpus inscriptionum recipiantur. Quare equidem non dubito fore multos, quibus in eligendis titulis parum severus fuisse videar. Sed quum Franzius fictilium Graecorum litteratorum quam plenissimum conspectum proponere instituisset, ab hoc consilio omnino recedere mate-

riamque summa illius diligentia congestam nimis extenuare nefas esse duxi.

Instituerat praeterea Franzius de toto vasorum inscriptorum genere disputationem, quam introductionis instar huic parti operis praemissurus erat. Itaque quum meum esset cavere, ex manuscriptis viri doctissimi ne quid periret, quod in usum litterarum converti posset, quaecunque illius introductionis fragmenta supererant, congesti atque concinnavi, quantum fieri poterat, ipsum suis verbis utentem introducens. In quo nemo me reprehendet, quod neque meum iudicium interponere volui neque immiscere ea, quae de eadem re ab Iahnio et Gerhardo nuper disputata sunt; quod si voluissem, fieri non potuisset, quin totius disputationis ordo et ratio turbaretur.

L. Inscriptiones vasorum fictilium, quae ubi reperta sint ut plurimum constat, nemo facile mirabitur, quod in huius operis parte ea exposuimus, quae est inscriptionibus locorum incertorum reservata. Nam vasa fictilia picturis ornata quum olim communi nomine Etrusca vocarentur, Winckelmannus primus vidit Graecae esse originis. Quippe inventis pluribus vasculis non solum in Etruria sed etiam in Magna Graecia, Nolae praesertim, et in Sicilia atque in ipsa Graecia, intellectum est a Graecis profecta esse si non omnia, at longe plurima. Quam opinionem mox viris quibusdam Italis incertam reddiderunt vasorum pictorum prope sex milia Vulcis in Etruria reperta.

At vasorum in Etruria repertorum alia mere Etrusca esse, alia Graeca, inscriptiones docuerunt. Atque in Graecis quidem quum ex argumento picturarum et ratione linguae appareret alia Doricae esse originis, alia eaque longe plurima genti Atticae deberi, factum est ut alii aliunde allata esse dicerent, alii in oppidis Etruriae a colonis Graecis fabricata contenderent. Et illi quidem aut Corintho et Athenis repetebant, ut Odofredus Muellerus, qui mox etiam Cumas tanquam *ὀρυκτήριον* importatorum vasorum praedicabat, aut ex Magna Graecia vel Sicilia invecta arbitrabantur, ut R. Rochettus, Boeckhius, Broendstedtius; inque his qui pluribus rem persecutus est Bunsenius quum vidisset Nolae in urbe Campaniae similia vasa reperiri, supellectilem Vul-

centem Chalcidensibus Nolae habitantibus tribuit indeque vasorum originis Atticae in solo Etruriae repertorum sibi causam repperisse videbatur. Ii autem qui de importatione vasorum iudicaverunt iniquius, ita causae suae patrocinati sunt, ut aut gentem Atticam a Pelasgis oriundam in oppidis Etruriae resedisse statuerent, cui opera figlina deberentur, ut Millingenius, aut coloniam Graecam, quae Atticis institutis plurimum debuisset, post aetatem Demarati Corinthii vel coloniam figulorum Atheniensium in Etruria consedissee ibique artem figlinam exercuisse sive *ισοπολιτείαν* adeptam sive collegium figulorum constituentem, ut Gerhardus et Welckerus; hisque partim adstipulati sunt Dux de Luynes, Lenormantius et I. de Witte, dissentientes in eo, quod *ισοπολιτείαν* Graecorum Vulcis incolentium statui posse negabant. Postremo qui de ea re disputaverunt, Abekenius et Osannus, eorum illi plurima vasa per commercium in Etruriam invecta videbantur, primum Corintho et ex coloniis Corinthiorum, deinde Athenis et ex Magna Graecia, quamquam concedit etiam in Etruria aliquando figlinam obtinuisse imitatricem Atticae, Osannus autem antiquum genus vasorum, quod cum Aegyptiorum arte cohaerere videbatur, Naucratis repetendum esse statuebat, Atticam vero vasorum originem ita explicare conabatur, ut ea ex colonia Attica Thuriis deducta repereretur.

Commercii gentium Graecarum per Etruriam dixeris plura superesse vestigia, quam instituta resque Etruscorum prodere videntur. Testis est Demaratus Bacchiada, qui Corintho relicta Olymp. 30. cum opificibus suis dicitur in Etruriam migrasse, testis Tarquinius, qui orta invidia Etruscorum culturam Graecam Romam propagavit favente Cumana civitate dudum in terra Opica Tyrrenorum condita. Sed in tanta taciturnitate litterarum commercia Etruscorum cum Phoenicibus et cum Graecis summo opere ferbuisse colligi ex iis potest, quae in sepulcris Etruriae reperta sunt. In his quum varia sunt quae originem aut Aegyptiam aut Babylonicam produnt, tum vasa fictilia picturis ornata originis manifesto Graecae, quae quidem ex sepulcris recentioribus sunt reportata numero plura, quam ex vetustioribus, in quibus supellex aurea et aenea dominatur. Loca hoc nomine inprimis insignia sunt maritima ad mare infernum, ager Vulcentium, Caere, Tarquinii, ad mare superum Hadria, minus mediterranea Veii, Clusium, Volterra, ut Agyllaeorum, Tarquiniensium, Hadrianorum cum Graecis commercia facile agnoscas. Post Etruriam, si de proventu vasorum pictorum agitur, longe feracissimum solum est Magnae Graeciae atque Siciliae. Et ex Magna Graecia quidem inprimis notabiles sunt Campania, Lucania, Apulia. Iam quum artem figlinam in civitatibus Magnae Graeciae floruisse dubitari non possit, consentaneum est figlinam Atticam Cumis ex vetustissima civitate Ionica propagatam esse in coloniam postea Palaepolim et Neapolim dictam indeque Nolam operibus figlinis refertissimam, studiis potius

Graecam quam natura. Fuit enim Nola olim civitas Osca, mox Tusca, postremo Samnitibus subiecta, unde litterae Oscae hinc inde sub pedibus vasorum Nolanorum rasae (v. Gerhard Neuerworb. Denkmäler. I. n. 1614. 1616. 1617. II. n. 1667). Sed qui multitudinem vasorum ibi repertam sine colonia Attica explicari posse diffidebant, Nolam pro civitate prope Attica habuerunt nisi auctoritate Iustini (xx, 1) et Sittii Italici (XII. 161), Abellae et Nolae colonos Chalcidenses tribuentium: qui auctores etiamsi verum sit quod tradunt, tamen quum seriore demum tempore c. Ol. 94. nummi Nolanorum (ΝΩΛΑΙΩΝ) appareant Neapolitanis similes, vix severius iudicium videatur Kramereri, coloniam Atticam Nolae tribui posse negantis. Praeter Cumas et Nolam notabiles sunt Capua, Plistia, Surrentum. In Lucania urbs Posidonia, quae Samnitibus subiecta Paestum audit, satis multa praestitit opera figlina; praestitit Anxia, contra nihil repertum Crotona, nihil Thuriis, quorum celebres olim *λήκυθοι*, pauca in Bruttis, ut Locris (cf. n. 5770). Tarenti in Calabria haud dubie figlinae olim floruerunt, quarum admodum paucae innotuerunt reliquiae (cf. n. 7731): superest fervidissimi Tarentinorum et Corinthiorum commercii testimonium in nummis regionum mari Adriatico adiacentium indeque quantum institutorum Graecorum in viciniam redundarit, non nullis indiciis demonstrant oppida Apuliae, ut Rubi, Canusium, Barium, Gnathia, quorum figlinae recentiores. Atque Uriae in Apulia a. 1828. reperta figlina officina est vasis varii generis referta, luculento testimonio figlinarum olim in Magna Graecia obtinentium. Denique ex urbibus Siciliae, quae repertis vasis fictilibus memorabiles sunt, notamus Agrigentum, Gelam, Camarinam, Panormum, Syracusas, Acras.

Ingentem copiam vasorum ex Italia redundantem si consideraveris, pauca numero videbuntur esse, quae ex Graecia parente huius supellectilis reportata habentur, ut Athenis (vid. Gerhard Annal. dell' Inst. archeol. Rom. IX, 1837 p. 135 sq. cf. huius operis Vol. I. n. 33. et infra vetustiora n. 7472. n. 7489. n. 7515. 7629. 7703. 7789. 7982. 8006. 8210. 8226. recentiora n. 8353. 8355. 8358. 8361. 8372. 8464. 8502., Corintho (vid. huius operis Vol. I. n. 7. et R. Rochette Annal. de l'Inst. arch. Vol. XIX. 1847. p. 234 sqq.), Megaris (vide Dodwell a Tourcet. II. p. 180. cf. R. Rochette l. c. p. 250. n. 2.), Argis (R. Rochette l. c. p. 250. n. 3.), ex insulis Aegina (Bull. dell' Inst. arch. 1829 p. 118. 122. 1830 p. 129. 1841 p. 85. cf. R. Rochette l. c. p. 250. not. 4.), Thera et Melo (Bull. dell' Inst. arch. 1829 p. 126 Gerhard Annal. de l'Inst. arch. Vol. IX. p. 134 sq.), Melite (Bull. dell' Inst. arch. 1842. p. 43.), denique ex Ionia in Asia minore (Bullett. dell' Inst. arch. 1832 p. 169). Huius rei causa inde repetenda videtur, quod vasa alibi alii usui potissimum destinata erant, et sepulcra, quae tali supellectile exornare moris erat, ubi cadavera sepeliebantur, non cremabantur, (cf. Abek. Mittelitalien p. 259.), non ubique pari diligentia exstructa sunt. Quippe aliis sepulcra in rupibus

sunt incisa ut in Etruria, Apulia, Lucania (vide Le-
noir *Annal. de l'Inst. archéol.* Vol. IV. p. 254 sqq.
Millin *Les tombeaux de Canosa* Par. 1816. fol.), aliis,
quos natura loci deficiebat, ex lapidibus constructa,
aliis vel laterculi aut nuda terra suffecerunt (cf. Io-
rio *Metodo per rinvenire e frugare i sepolcri degli*
antichi. Nap. 1824. Gargiulo Cenni *sulla maniera*
di rinvenire i vasi fittili. Nap. 1831. Abeken l. c.
p. 233 sq.). Nec tamen de more illo, quo vasa sepul-
cris imponebantur, ex natura loci iudicandum po-
tius (*Annal. de l'Inst. arch.* Vol. VII. p. 29.), quam
ex condicionibus rerum publicarum, recteque Le-
normantius (*Élite des mon. céramograph.* T. I. p. XXI.)
hanc in rem monuit: „la proportion du nombre des
vases peints que l'on découvre, est en rapport avec
la grandeur et la richesse des sépultures, or, pour
que cette dernière circonstance se produise, ce n'est
pas assez que la nature du sol y soit propice, il
faut avant tout que la constitution politique du pays
ait introduit une grande inégalité de conditions et
concentré les richesses dans un petit nombre de
familles.” Quod quo probabilius est, eo minus pro-
bari posse videtur quod idem alibi statuit contem-
dens, ubi locorum pauca tantum vasa reperiantur,
ibi importata esse aliunde, ubi contra multa, ibi
fuisse olim figlinam. Nam variae caussae possunt esse,
cur, ubi figlina olim floruit, pauca eius vestigia sint
relicta. Neque ex sepulcris in Attica hucusque aper-
tis tuto colligas de studio, quo Athenienses sepul-
cra vasis sunt exornare soliti, ut fortasse minus re-
cte iudicaverit qui contenderit, eos hunc usum non
magno opere excoluisse. Nam quum multa extant
sepulcra in Attica, quae nondum diligenter sunt per-
vestigata (v. Ross *Reisen in Griechenland.* I. p. XVI.), tum
ex paucitate vasculorum ibi repertorum sequi vide-
tur, Athenienses non omne vasorum genus quod a
vivis adhibebatur mortuorum sepulcris consecrasse;
quod contra videmus Italiotas fecisse et Etruscos
(cf. O. Mueller l. c. p. 110.).

Iam mercaturam vasorum fictilium Atticorum
aliquando ferventem fuisse quum aliis iudiciis patet,
ut lege, qua Argivi et Aeginetae in festis quibusdam
interdixerunt, ne quis testis Atticis uteretur (Herod.
V, 88), tum inde intelligi potest, quod vasorum Pa-
nathenaicorum, quae plurima ex sepulcris Vulcen-
tibus et Nolanis reportata sunt, alia in insula maris
Aegaei (*Bull. dell' Inst. arch. Rom.* 1830. p. 193),
alia in Cyrenaica reperta sunt eaque nominibus ar-
chontum Atheniensium insignita; vid. n. 7787. 6.
Vasa vinaria Rhodiorum, Cnidiorum, aliorum in
Siciliam, in Aegyptum, in Bosporum per commer-
cium pervenisse iam satis constat utque dubitari
amplius non potest, quin opera figlina ad oras Ita-
liae delata sint, ita etiam quae in Italia confecta
sunt, ultro citroque portata videntur, siquidem va-
sculorum Ergotimi alterum in insula Aegina (n. 8184),
alterum Clusii in Etruria (n. 8185) in lucem protractum
est: vasculorum Nicosthenis, figuli ex supellectile
Vulcis reperta notissimi, unum inventum Agrigenti (n.
8241), aliud, ni fallor, in Lucania (n. 8334); Talidis alia

Vulcis (n. 8293. 8294), aliud Agrigenti (n. 8292)
laminaque argentea ad aliud vasculum Talidis per-
tinens in Magna Graecia (n. 8295), denique Euthy-
midis figuli aliud Hadriae (n. 8197), alia Vulcis
eruta (n. 8198. 8199) et Tlesonis Nearchi filii plu-
rima in Etruria, unum Corinthi (n. 8309.).

II. Vasorum Graecorum ex Etruria reporta-
torum duo distingui genera possunt, rudius et per-
fectius. Utriusque generis communis est forma au-
stera quaedam, communis color niger figurarum.
Prioris generis argilla pallida, formae graviores, or-
namenta colore partim fusco et rubro, partim nigro
picta eaque tam multa, ut nullus fere locus relinqua-
tur vacuus, saepe pluribus distributa zonis: in orna-
mentis flores et animalia, venationes, rariores pug-
nae heroum. Huiusmodi vasa fere Doricae originis
esse inscriptiones prodiderunt; quumque simillimum
sit vas a Dodwello repertum Corinthi (Vol. I. n. 7.)
ad originem Corinthiacam revocari posse putantur.
Exempla sunt n. 7373. 7374. 7375. (cf. *Mus. Berol.*
n. 1699.) 7376 sq. Horum vasorum aetas, quantum
ex inscriptionibus iudicari licet, facile Olympiadem
40 attingit putabatque Abekenius in hac antiquissima
supellectile esse nonnulla ex genere alabastrorum,
quae vel ad tempora Demarati pertinere viderentur.
Sed genus artificii semel ex Graecia illatum in Ita-
liam figulis coloniarum copiam suppeditaverit artis
exercendae, ut nihil caussae sit cur ex Corintho re-
petamus omnia. Sunt coloniae Doricae in Sicilia,
in Magna Graecia, est denique Corcyra, quibus non
minore iure talia vascula tribui possunt. Nonnulla
etiam in Italia atque adeo in Etruria fabricata esse
colligi certe potest ex vase Capuano n. 7373. et ex
vasculo, cui alphabetum Doricum impositum est, ut
n. 8342. Litteratura igitur antiqua Dorica, quae in
huiusmodi vasis obtinet, haec est:

A A A A
B Γ(?)
C Δ ^
D Δ Δ
E B Z
I C P F C
Θ
⊗
ζ I
K
Λ Λ Γ
M M M
N N
+ ⊕ Ξ
ο ο ρ ο α ο
P P
ϙ η(?)
P P
M ε
T T
V Y Y
ϕ ϕ
ψ ψ + X

Singularum litterarum formas non omnium omnes in eodem alphabeto fuisse sponte patet. Sic quibus ξ̄ fuit +, iis χ̄ forma Ψ sive Υ habebatur, et rursus quibus valuit Ξ, apud eos moris fuit litteram ξ̄ forma + sive X repraesentare. Itemque qui litteram E forma Β exprimebant, eos litterae B formam peculiarem tribuisse consentaneum est. In quo satis erit notasse levitatem eorum qui ex formis litterarum originem operum fictilium demonstrare posse sibi videntur. Littera O interdum has formas habet ο ο α; interdum latus eius apertum manet Ο Ο, ut in titulis Meliis ap. Ross. Inscr. ined. III. p. 1. ubi C; indeque consentaneum formam induisse ad similitudinem litterae Ω proxime accedentem multo ante tempus, quo haec forma pro vocali longa in usum recepta est. Hoc confirmari etiam videtur titulo ΝΥΘΕΟΝ ΗΙΕΡΩΝ (Ross. l. c. p. 5. et huius operis Vol. II. p. 1080. n. 2423. c.): unde existimandum de n. 7434. 7440. 7812. 8390. 8397.

III. Alterum genus vasorum, quod perfectius diximus, Atticum est: cuius generis duae sunt species. Aut enim antiqua pingendi ratione nigrae figurarum species in rubra vasis superficie exprimebantur, aut totum vas nigro colore inducebatur, figurae rubicundae relinquebantur. Neque tamen recentiore hac pingendi ratione invalescente putanda est altera prorsus obsolevisse. Quam in rem quum alia afferri argumenta possunt, tum litteratura Ionica hinc inde in huiusmodi vasis obvia (cf. n. 8409). In argumentis sensim maior simplicitas, ornamenta pauciora, rariora animalia; celebrantur inprimis heroum facinora, deorum concilia et pugnae, coetus Bacchici, certamina hominum, res ephedorum, vita privata (cf. Gerhard Rapp. Volc. p. 18 sqq. Kramer l. c. p. 73 sqq. Abeken l. c. p. 293. 337.). Vasorum huius generis litteratorum dialectus Attica est, palaeographia, qualem constat apud Athenienses Olymp. 70—90 obtinuisse, unde de aetate vasorum existimari potest. Excepta pauca sunt vasa, quae litteraturam Ionicam sequuntur. Litterae vetustae Atticae in hoc genere vasorum obviae hae sunt:

Α Α Ρ Α Λ Λ Α
 Β Β Β
 Λ
 Δ Δ Δ
 Ε Ε
 Ι
 Φ
 Η Η
 Θ Θ Θ
 Ι
 Κ Κ (Φ n. 7966.)
 Λ Λ
 Μ
 Ν
 + Σ Χ Σ
 Ο Ο
 Π
 Ϙ
 Ρ Ρ Ρ Ρ (Ρ 8187. Ϙ 7837. 8315.)

Σ ξ ζ ~ ε
 Τ
 Υ
 Ο (Θ 7746)
 + Χ
 Ο Σ

De orthographia pauca sufficiunt. Diphthongus OY simplici littera O repraesentatur (cf. Elem. epigr. Gr. p. 49.) excepta negatione OY n. 8198 et uno exemplo ΠΕΡΙΤΟΥΣ n. 7737. Diphthongi AI et OI semel apparent scriptae AE et OE, (n. 7746. 7756.), ut in titulo Tanagraeo Vol. I. n. 1599. Littera simplex E pro diphthongo EI frequens est, ut in nominibus ΑΙΝΕΑΣ n. 7377. 7675. 7687. 7686. 8200. ΠΕΛΕΑ et ΝΑΥΚΛΕΑ n. 8217. ΠΕΡΙΘΟΣ n. 7756. 8231. 8352. ΕΥ + ΕΡΟΣ n. 8202. 8203. Negligentiae cuidam aut peculiari pronuntiationi tribueris I positum pro EI; ut ΧΙΡΟΝ n. 7400. 7687. 8185. d. 8287. 8359. ΚΙΤΑΛΟΡΑ n. 7831. ΘΑΙΑ 7468. ΚΙΤΑΡΧΟΣ 8292. 8295. ΠΑΤΡΟΚΛΙΑ n. 7687. ΚΙΒΟΛΟΣ ΚΛΙΣΟΦΟΣ n. 7892. quam in rem O. Muellerus comparavit ΞΙΛΕΝΟΞ Vol. I. n. 74. quod nomen et ipsum habetur ita scriptum n. 8184. 8185. f. (cf. 7398. 8377. 8380.). Consonae duplices ex more vetusto simplici repraesentantur, ut λ pro ll, π pro ππ, σ pro σσ, ρ pro ρρ, unde etiam ΞΑΦΟ n. 7759. ΒΡΙΑΧΟΞ 7465. quamquam etiam duplices efferuntur, ut ΗΙΠΠΟΘΟΝ n. 7434. b., ΑΠΟΛΛΟΝ n. 7667. ΑΥΙΛΛΕΥΣ n. 7686. ΗΙΠΠΟΛΥΤΕ n. 7733. ΚΑΛΛΙΑΣ n. 7829—7832. ΚΑΛΛΙΚΛΕΣ n. 7833. ΗΙΠΠΟΚΡΙΤΟΣ n. 7827. b. ΗΙΠΠΑΡΧΟΣ n. 8159. 8163. 8329. Habetur etiam interdum duplicatio consonarum ex pronuntiatione explicanda, ut ΟΡΕΣΣΤΕΣ n. 7701. ΠΙΕΣΣΘΕ n. 8095. (cf. ΑΞΕΤΕΑΣ n. 8480. 8481. 8482. sq. ΚΑΞΕΤΩΡ, ΑΞΕΤΕΡΟΓΗ 8487.), ΤΡΙΤΟΝΝΟΣ n. 7590. ΟΡΕΙΜΑ++ΟΣ n. 7463. (cf. Elem. epigr. Gr. p. 49.). Liquida N ante K et Γ plerumque servatur, ut ΑΝΚΑΟΣ n. 7375. ΕΝΚΕΛΑΔΟΣ n. 7404—7407. ΕΝΠΕΔΟ n. 8139. ΕΝΠΕΔΟΚΡΑΤΕΣ n. 8184. ΠΑΝΘΑΙΟΣ 8266—8282; cf. 8177. sq. Memorabilis spiritus asperi usus in nominibus, in quibus vulgo non obtinet aspiratio, ex more veterum Atheniensium, ut ΗΟΙΝΟΣ n. 7398. ΗΙΣΧΥΛΟΣ n. 8165. 8179. 8228. 8229. 8230. ΗΙΛΕΙΘΥΑ n. 7402. 7403. (cf. Elem. epigr. Gr. p. 111.). Praeterea Atticismum repraesentant formae ΗΕΡΑΚΛΕΕΣ n. 7553. 7592. 7610. 8145. 8238. (cf. Elem. epigr. Gr. p. 151.), ΗΑΥΤΕΙ (αὐτῆί) n. 7842. ΗΟΔΙ (ὀδί) n. 7383. ΚΑΜΟΙ et ΧΑΤΕΡΟΣ (κάμοί, χᾶτερος) n. 7853. ΕΛΡΑΦΣΕΚΑΓΟΕΣΕΜΕ (ἔγραψε κάπῶσέ με) 8154. 8157. ΕΛΑ n. 7860. Rara interpunctio est, ut (s) 7853. (i) 8238. 8465. 8504. (z) 8262. 8264. 8265. (o) 8346. b. (z) 8344.

Insunt tamen in hoc genere vasorum, quae quum veterem Ionismum sequuntur, tum formas Doricas Doricamque palaeographiam immixtas habent; quo pertinent n. 7582. Ἀθηναίη et Γαρύφονης (p. Γηρυφόνης), n. 7383. Μενεσσεύς ὀδί, Μενέλεως, Ὀλυτεὺς (cf. n. 7676. 7699. 8185. c. 8208.), n. 7711. Ἀμφιάραος,

Καλλωπά, Ἐριφύλη, Καλλιφόρα, n. 8154. Ἴόλαος, Καλλιφόρα (cf. n. 8155.). Unde cavendum, ne, ubicunque litterae in Doricis frequentes aut formae Doricae inveniantur, continuo de origine Dorica cogitemus. Iam etsi non ab omni parte consentimus cum Ussingio (De nominibus vasorum p. 15.) statuente, ex eo, quod nomina Ionica illis litteris quae ex Doricis inscriptionibus innotuerunt scripta sint, sequi ut non solis Doribus propriae sint litterae, tamen apparet Iones veteres Koppa Ϙ et Vau Phoenicium F non minus quam Dores olim in usu habuisse. Ut mittam titulum non mere Atticum (Vol. I. n. 166.), quo ad demonstrandum usum litterae Ϙ abusus est Osannus (l. c. p. 26.), exempla sint titulus vetustus Ionicus Vol. I. n. 10. (cf. Elem. epigr. Gr. p. 104.), ubi F, et vasculum Cumanum antiquius n. 8337. ubi Ϙ; unde facile explicari possunt hae litterae in vasculis Atticam dialectum sequentibus obviae, ut n. 7459. 7582. Hinc nescio an non recte dubitaverit Odofredus Muellerus (l. c. p. 85.) de forma FIOLEOS, quae subesse videtur lectioni EIOLEOS n. 7559. licet in vasis plurimis redeat forma vulgaris IOLEOS s. IOIAOS. Nam quo minus diphthongum EI pro I positam statuamus ut TEISIAS p. TIEIAE n. 7891. (Elem. epigr. Gr. p. 150.), obstat quod Iota in hoc nomine brevis est littera. Itaque Ϙ et F remotissimi Ionismi indicia sunt. Verum tamen etiam alias litteras ex inscriptionibus Doricis notas redire in vasculis iis videmus, quae dialectum Atticam prae se ferunt; quo pertinet inprimis + (i. e. E) et V (i. e. X), ut n. 7459. 7460. 7580. 7686. unde coniectura fieri potest pictores Atticos inter Dores artem facitantes aliquando usos esse litteratura Dorica. In quo haud scio an argumentum peti possit ex vasculo n. 8287. quod pinxit Praxias, qui si ex Attica oriundus est, ut videtur (certe nomen Praxias in Attica non infrequens), quum adhibuerit litteras + et V, satis prospectum videbitur coniecturae quam diximus fieri posse. Idem Praxias simul redarguit opinionem Kramerii (l. c. p. 60.), qui reperiri litteram + (pro + s. i. e. E) in vasis, in quibus figurae rubro colore pictae sunt, negabat. Nam in huiusmodi vasis reperta littera V (n. 7580.), quum consentaneum est locum habere etiam litteram + (i. e. E), quae propria est alphabeti, in quo V est i. q. X, tum utriusque formae potestas apparet ex vasculo n. 8287. ubi pictor, qui VIPON et AVIMEI dedit, necessario scripsit nomen suum ΠΡΑ+ΙΑΣ, quod Πραξίας legendum esse contra Rochettum monuit etiam Rangabé Revue archéol. III. 2. p. 424. licet is argumento nullo usus. Hinc etiam n. 7620. ΔΕ+ΙΟΣ legendum Δεξίος, et dubitari potest, num n. 7672. ΦΟΙΝΙ+ necessario refingendum sit in ΦΟΙΝΙ+s ac non potius recte + pro E ceperit Grotfendus (Annal. de l'Inst. arch. Rom. 1835. p. 221.). Utcunque autem iudicaveris de formis + et V in vasculis huius generis obviis, formae Doricae, quales sunt Ὀλυτεύς, Ἀμφιάραος, Ἴόλαος, Καλλιφόρα, una cum formis Ionicis coniunctae, satis, opinor, evincunt talia

vascula a figulis esse profecta, qui, si non Dores erant consuetudinem Atticam aemulantes, videri possunt Iones aut Attici fuisse ex vicinia Dorica nonnulla mutuantes, quam in rem citari etiam possunt ex vasculis Atticam originem prodentibus formae Σιλανός et Καλύκα n. 7398. et formula singularis ΜΑΜΕΚΑΙΠΟΤΕΟ n. 7844. Sunt vero quae iure figlinis Doricis tribui posse videantur, ut n. 7757. (Ἀρκεσίλας), 8120. (αἰθε γενοίμαν), 7603. 7604. 7605. (Δαιάνειρα), 7704. (Οιδιπόδας), 7697. (Ἱμερόπα, Ὀλυσεύς). Quod denique ad formam severiorem Ionicam ΑΘΕΝΑΙΕ (p. ΑΘΕΝΑΙΑ cf. Vol. I. n. 526.) attinet, quae habetur n. 7583. una cum voce ΝΗΙΔΕΣ (Νηίδες) et n. 7582. una cum forma ex parte Dorica Γαρυφόνης, videndum ne vasa talibus formis exstructa opificibus Cumanis tribuenda sint vel certe pictoribus illinc oriundis; id quod probabile reddit vasculum Cumanum paulo ante citatum n. 8337. in quo Ταταίης p. Ταταίας. Ad eandemque originem revocandae videntur formae ΑΝΤΙΕΣ ΟΛΑΤΙΕΣ p. ΑΝΤΙΑΣ ΟΛΑΤΙΑΣ 7459.

Sed quam priorem huius generis vasorum speciem posuimus figuris nigris insignem, in ea quum multa sunt, quae elegantiam severiorem Atticam prae se ferunt, cuius generis sunt etiam antiquiora Siciliensia (n. 7460. 7575. 7631. 7632. 7665. 7681.), tum insunt alia quae ab illis distinguenda esse primus vidit Gerhardus nomine Tyrrhenorum indito. Spectatur in his ars ad luxuriantem quandam elegantiam deflexa: figurae sunt nigrae in superficie fusca pictae, in quo etiam purpurae usus multiplex; atque ut ornamenta in marginibus picta consuetudinem Doricam, ita ars incultior formaeque vasorum imitationem figlinae Atticae prae se ferunt. Argumenta fere ex palaestra petita sunt, ac si quae tractantur heroica plerumque fontem reconditiorem habent. Totaque indoles horum vasorum facit ut dubitari non possit, quin in Etruria figlina floruerit imitatrix Atticae, quae inprimis amphorarum et cylicum species excoluit (Abeken l. c. p. 296. sq.). Inscriptiones saepe aut parum correctae aut ita compositae, ut, quum litteris Graecis pictae sint, nec vocabula nec sensum praestent: ut negari non possit pictores interdum scribendi aut imperitos aut incuriosos litteris lusisse et speciem titulorum potius quam titulos dare vasis suis voluisse (vide utriusque formae exempla n. 7432. 7526. 7552. 7554. 7562. 7587. 7589. 7594. 7594. b. 7596. 7600. 7602. 7604. b. 7614. 7617. 7620. b. 7624. b. 7627. 7648. 7653. 7658. 7666. 7675. b. 7690. 7713. 7714. 7848. 7849. 7880. cf. alia similia quae non recepimus Mus. étr. n. 539. 579. 1676. 1708. 2000. 2018. Réserve étrusque n. 58. 56. 4. 7. Mus. Gregor. II. tab. LXVIII. 2. Mus. Berol. n. 468. 640. 707. 1599. 1739. Gerhard Rapp. Volc. n. 668. 2. 671. b. et d. et e. n. 44. Inghirami Vasi fitt. IV. tab. 301 — 307.).

Altera species, in qua superficies vasorum colore nigro inducta, figurae rubicundae relictae sunt, magnam illam quidem et ipsa tulit copiam amphorarum et cylicum, in quibus item hinc inde perversa

scriptura apparet (ut n. 7409. c. 7424. 7516—7520. 7589. 7620. b. 7621. b. 7672. b. 7693. 7696. 7752. 7840. 7883. 7896. 7919. 7922. 7989. 8018. 8019. 8084. 8085. 8086. 8102. 8103. cf. Mus. étr. n. 4. Réserve étr. n. 20. 23. 25.), non tamen ea species ad artis fastigium evecta in Etruria est, sed in Magna Graecia, ubi imitatio ceramographiae Atticae summo studio exercebatur. Primum locum tenent vasa Nolanana, quorum pauca artem vetustiore eamque graviolem testantur, pleraque artem perfectiorem Atticam expressam habent. Repraesentantur in his Apollo, Ceres, Minerva magis quam Bacchus et Bacchica, deorum et heroum amores potius quam certamina et bella, crebroque res epheborum, erotica, domestica. In formis vasorum excellit species amphorarum graciliorum, quae proprie Nolananae vocantur (Abeken l. c. p. 339.). Nonnulla in Etruriam invecta, ut Vulcos et Veios. Horum vasorum maximam partem inter Olymp. 80—90. confectam esse inscriptiones docent non solum litteratura Attica vetusta sed etiam litteratura Ionica conceptae; in quo cave putes litteraturam Ionicam non ante Ol. 94, 2. receptam esse a privatis hominibus, in Italia praesertim cum Ionia commercium exercente. Itaque figlinam Nolanam consentaneum est floruisse quo tempore Nolani Samnitibus parebant (Olymp. 85. 2. a. u. 315.). Conveniunt tempora Veiorum, qua in urbe inventa sunt vasa Nolanana, invecta ante Olymp. 95. 3. a. u. 396. quo anno Veii diruti sunt. Cum arte Nolanana de virtute certant opera figlina in Sicilia reperta, quae ubi litterata sunt, nihil habent quod Siciliae proprium dixeris; dialectus et litteratura vetusta Attica est (cf. n. 7388. 7417. 7434. b. 7439. 7441. 7454. 7479. 7480. 7538. 7759. 7811. 8080.); in paucis iisque recentioribus litteratura Ionica obtinet (cf. n. 8362. 8376. 8438.). Nolananae succedit figlina ea, cuius reliquias Plistia conservavit. Quae ibi vasa reperta sunt, etsi Nolanis recentioribus simillima, tamen speciem quandam prae se ferre diversam ab illis videntur. Neque improbabile quod Abekenius coniecit, ut figlina Nolanana Neapoli originem habuerit, ita figlinae Plistianae originem ex urbe Capua repetendam videri, ex cuius urbis rudibus pauca huius generis vasa in lucem protracta sunt (cf. n. 8401. c. 8458. b. et Abeken l. c. p. 341.). Ceterum vasa Plistiana circiter Olymp. 100. confecta putantur. Post figlinas Campaniae considerari par est ceramographiam Lucaniae et Apuliae aetate illis recentiore. Nam quum vasa Paesti in Lucania reperta proxime accedunt ad artem elegantiore quam supellex Plistiana prae se fert, tum vasa Apuliae, praesertim Rubis et Canusii effossa, artem produnt tumoris plenam et in imitationem pompae prope dramaticae compositam (Abeken l. c. p. 346. sqq. Gerhard Apul. Vasenb. Einleit. p. 1.). Videtur ceramographia Graeca non multum ultra Olymp. 140. floruisse. Exstinctam esse Senatusconsulto de Bacchanalibus edito (a. u. 568. a. Chr. 186.) coniecit Gerhardus. Qua coniectura refutata Kramerus (l. c. p. 157. sqq.) artem statuit sub finem

secundi belli Punici obmutuisse (cf. Osann. l. c. p. 41. sqq.).

De vasis recentioribus Magnae Graeciae litteratis haec habeto. Inscriptiones litteratura Ionica conceptae sunt. In formis litterarum nihil memorabile nisi † et † pro Φ (n. 8422. 8432.), et † et † pro Ψ (n. 8422. 8423.). Spiritus asperi nota †, ut in inscriptionibus nummisque Magnae Graeciae (cf. tab. Heracl. p. 705.), ita in vasculis praesertim ex Lucania et Apulia reportatis extat, ut n. 8391. 8395. ΗΗΡΑΚΛΗΞ, 8351. ΗΗΡΑ, 8396. ΗΗΡΑΚΛΗΞ ΗΕΡΜΕΙΑΞ, 8432. ΗΥΨΙΠΥΛΗ, 8407. ΗΙΑΞΩΝ. Haec nota ubi habetur una cum vestigiis litteraturae antiquioris, inscriptiones, nisi antiquitatem ementiuntur, prodere aetatem videntur, qua litteratura Ionica nondum confirmata est in regione, in qua confectum est vasculum: quo pertinet imprimis n. 8480. ubi una cum spiritus nota † usum habes promiscuum litterarum E et H. Nam forma spiritus † videtur illa una cum litteratura Ionica, in qua H designandae vocali ἦτα inservire coepit, apud gentes quasdam introducta esse (cf. Elem. epigr. Gr. p. 43.). Unde conicias in inscriptionibus n. 7612. ΗΕΡΑΚΛΕΞ, ΑΘΕΝΑΙΕ, ΑΡΕΞ affectatam antiquitatem esse retenta litteratura antiqua et admissa forma spiritus †. Dialectus etiam per haec vasa fere regnat Attica: in qua notabiles sunt formae Ionismi antiquioris residuae, ut Ἀθηναίη n. 8401. c., Εὐθυμίη, Εὐνομίη n. 8399. Κρηναίη n. 8481. quae cum dialecto Cumana (n. 8337.) comparandae sunt. Sed quemadmodum in vasis Vulcentibus antiquioribus dialectum mixtam animadvertimus, ita etiam in hac supellectile recentiore vestigia dialecti Doricae hinc inde deprehenduntur, ut n. 8447. τὰν σφαιῖραν, 8395. Σελάνα, Ἐρμᾶς, 8407. Ἐρμᾶς, 8402. Ἐρμᾶς, Ἀθάνα, 8421. Ὁρέστας, 8437. Ἀπάτα, Φιλομήλα, 8401. c. Ἀφροδίτα et Ἀθηναίη, 8492. Ἀὼς et Ἀλκμήνη, 8497. Δάστας ἡμῖ, 8498. ἁ λάκυνθος.

Vasa litteris Ionicis inscripta pauca ex Etruria reportata sunt, ut n. 8349. 8354. 8360. 8384. 8398. 8401. 8408. 8409. 8410. 8411. 8426. 8435. 8454. 8459. 8504. 8350. 8403. 8453. in quo notabilia sunt exempla nondum confirmatae orthographiae, ut ΑΘΗΝΑΑ ΠΡΕΜΝΟΞΙΑ ΑΡΕΘΟΞΑ n. 8398. ΚΑΛΕ ΑΝΔΡΟΜΑΧΕ ΝΕΞΤΩΡ n. 8408. ΗΕΩΞ n. 8410. Insunt etiam in his quae Doricae dialecti vestigia traxerunt, ut Ἐρμᾶς, Ἀθάνα n. 8401. Ἐρμᾶς, Ποσειδῶν, Δαμάτηρ, Ἀπέλλων, Ἀρταμῖς n. 8426. Πολυδεύκας n. 8433. Οἰδιπόδους, Καλλιόπα n. 8427. Πέρνα n. 8450. Ἐν τᾷ σαρῶ n. 8506.

IV. In materiam vasorum diversae originis nondum satis inquisitum. Quippe varietas materiei non solum in natura argillae cernitur, sed etiam in mixtura eius artificiosa; unde non tutum ex natura argillae velle sedem exputare figlinae. Iudicari ea de re interdum potest, ubi argilla magnam diversitatem habet, ut argilla rubicunda vasorum quorundam Siciliensium, quae colligitur prope Panormum, et argilla Caeretana, ex qua facta sunt nonnulla vascula Nicosthenis (Abeken l. c. p. 299.). De compositione

argillae vasorum Vulcentium, Magnae Graeciae, Siciliensium etsi experimenta facta sunt a viris doctis (Abeken l. c. p. 364.), tamen nec haec multum adhuc lucis attulerunt, et de argilla Coliadis, quam *βάπτεισθαι ὑπὸ τῆς μίλτου* Suidas dixit (v. *Κωλιάδος κεραμῆες*), ulterius inquirendum videtur (cf. Kramer l. c. p. 196. et Osann. l. c. p. 14.). De formis vasorum variis iudicaturum videndum de usu. Plurima vasa Etruriae licet demonstrari possit nunquam in usu fuisse communi, tamen usus, ad quem in Graecia proprie destinata erant, formas iis peculiare constituit. Hinc etiam per classes vasa a viris doctis digesta sunt, atque eo usque processit eorum diligentia, ut vel singulis formis vasorum quae antiquitus nomina fuissent, explicare posse sibi viderentur (Theod. Panofka Recherches sur les véritables noms des vases grecs, Par. 1829. fol. Gerhard Annal. de l'Inst. arch. Rom. III. p. 221—270. Berlins ant. Bildw. I. 1836. p. 342. sqq. rursusque Annal. VIII. 1836. p. 147. sqq.), quod exceptis formis hydriae, amphorae, crateris, cylicis, lecythi parum feliciter cessisse demonstravit Letronnius Journ. des Sav. 1835. (quae commentatio seorsum excusa est titulo: Observations philologiques et archéologiques sur les noms des vases grecs cet. Par. 1833. 4.), idem Journ. des Sav. 1837. Nov. Déc. 1838. Janv. (et seorsum excusa titulo: Supplément aux observations sur les noms des vases grecs, Par. 1838. 4.) et ibid. 1840. p. 427—430. Cf. O. Mueller Enchirid. archaeol. §. 298—301. Ussing De nominibus vasorum Graecorum disputatio, Hauniae 1844. 8. In universum patet peculiare formas fuisse vasorum Corinthiorum, Atticorum, Tyrrhenorum, Nolanorum, Capuanorum, Apulorum (cf. Thiersch in Actis Acad. scient. Monac. IV. 1. p. 1. sqq. tab. II.), sed formas singulas singulae suo modo figlinae excoluerunt (Abeken l. c. p. 365. sqq.). Hinc fit ut viri in hoc genere studiorum versati vel figlinas diversas, ut Atticam, Etruscam, Nolanam, Siciliensem distingui posse arbitrentur.

V. His ita compositis licebit quaestionem de origine vasorum in Etruria repertorum paucis perstringere. Originem artis ceramographicae utcunque in Italia excoltae primum Doricam, deinde Atticam esse vel ex iis, quae paulo ante exposuimus, apparet. Nam quum Etrusci cum gentibus Graecis antiquitus peculiari quodam vinculo coniuncti hospites Dorienses liberaliter exceperunt, tum commercium non solum cum Phoenicibus sed mox etiam cum Graecis habuerunt, ex quo coloniae Doricae et Ionicae in Magnam Graeciam Siciliamque deductae sunt. Cui commercio non nocuit simultas interdum exorta, si qui Graecorum terra aut mari dominationem exercere minarentur. Qualem simultatem post Tarquinium experti sunt Phocaeenses (Abeken l. c. p. 277. sqq.). Sed quum inter Olymp. 70—80. re nummaria Atheniensium per orbem increbescere (v. Boeckh. Disquisit. metrol. p. 324.). opes eorum terra marique late patuissent, factum est, ut ars Attica per Italiam diffusa sensim auctoritatem artis

Doricae summo veret. Clamant id vasa in Etruria et Magna Graecia atque adeo in Sicilia reperta, quae non solum scripturam et dialectum praeorum Atheniensium, sed etiam imaginem totius cultus vitaeque Atheniensis expressam habent, clamant amphorae Panathenicae, clamant denique nomina in vasis picta, in quibus pauca sunt quae non Athenis aut frequentia aut propria fuisse et libris scriptis et inscriptionibus vetustis demonstrari possit, ut mittam ea quae pro Atheniensium nominibus pictores haberi voluerunt, ut n. 7719. 8139. ubi recensentur obsides Athenienses Theseum sequentes, et n. 8036. ubi puellae *ὕδροφόροι* ad Callirrhoen fontem Athenarum repraesentantur. Spirant Atticam nomina *Ἀνδροκλῆς*, *Ἐπίδρομος*, *Εὐαίω*, *Εὐφίλητος*, *Ἰπποκρίτος*, *Κηφισοφῶν*, *Λύσις*, *Ὀλυμπιόδωρος*, *Ὀνήτωρ*, *Ὀνητορίδης*, *Παναίτιος*, *Πασικλῆς*, *Στησίλειος*, *Χαρμίδης*, alia (cf. tab. nominum infra VI. 2.). Ac per nobis mirum videri debet et, si casu, satis eo singulari factum, quod quae fasti Attici archontum eponymorum inter Olymp. 71—111. praebent nomina, haud ita pauca redeunt in inscriptionibus vasorum, quorum confectio in illud ipsum incidit spatium Olympiadum, ut:

<i>Ἰππαρχος</i>	Olymp. 71, 1.
<i>Ἀεστορίδης</i>	— 76, 3.
<i>Χάρης</i>	— 77, 1.
<i>Καλλίας</i>	— 81, 1. 92, 1. 93, 3. 100, 4.
<i>Πεδιεύς</i>	— 82, 4.
<i>Δίφιλος</i>	— 84, 3.
<i>Θεόδωρος</i>	— 85, 3.
<i>Εὐκλῆς</i>	— 88, 2.
<i>Ἀλκαῖος</i>	— 89, 3.
<i>Ἀντιφῶν</i>	— 90, 3.
<i>Εὐκλείδης</i>	— 94, 2.
<i>Λάχης</i>	— 95, 1.
<i>Δημόστρατος</i>	— 96, 4. 97, 3.
<i>Νίκων</i>	— 100, 2.
<i>Ἰπποδάμας</i>	— 101, 2.
<i>Νικόμαχος</i>	— 109, 4.
<i>Πυθόδηλος</i>	— 111, 1.

Quid quod vasis nomina celebrantur familiarum Atheniensium, quas non audacioris videtur cum Od. Muellero (l. c. p. 97.) coniecere esse eas ipsas, quarum disertior apud scriptores notitia extat: quo pertinent nomina *Μεγακλῆς*, *Ἰπποκράτης*, *Γλαύκων*, *Λεαγρος*, *Καλλίας*, *Λεωκράτης*, *Στροϊβός*. Laudatur *Ἰπποκράτης* in vase Vulcente n. 8036. in quo repraesentantur puellae ad Callirrhoen fontem, atque in alio vase n. 7633. Herculem cum Iolao et Mercurio Bacchumque cum Satyris exhibente. Hippocrates quin idem in utroque vase intelligendus sit, dubitari vix potest. Iam quum vasculum n. 8036, in quo fons Callirrhoe, manifesto Athenas spectet atque in alio vase Vulcente n. 8314. in quo pictor Philtias puellas pinxit hydrophoros, habeatur *Μεγακλῆς καλός*, ultro ad familiam nobilem deducimur Megaclem, cuius filius Hippocrates memoratur apud Herod. VI. 131. Hinc probabile fit Hippocratem, cuius nuptiae celebrantur vasculo n. 8036. fuisse eum ipsum, cuius meminit Herodotus, Megaclem autem, qui laudatur

n. 8314. illius filium, fratrem Agaristes, quae Xanthippo peperit Periclem. Alias familias Athenienses offerunt nomina Γλαύκων, Λέαγρος, Καλλίας. Constat Leagram Glauconis filium praetorem Atheniensium Olymp. 79. fuisse (Herodot. IX. 75. Pausan. I. 29. 4.). Rursus Leagri filius Glauco idem dux copiarum navalium Olymp. 86. memoratur a Thucydide I. 51. Huius Glauconis filius videtur fuisse Leagrus ille, cuius ex sorore Callias tertius Hipponicum genuit teste Andocide Myst. 117. Bekk. Habes plures Leagros, plures Glaucones, gentemque nominibus Calliae et Hipponici claram. Iam Leagrus ephēbus laudatur vasis Vulcentibus n. 7616. 7839. 7840. 7841. 7842. 7843. 7844. 7845. Glauco in vase Vulcente n. 7802. in amphora Nolana n. 7805. b. in vasculo Rubis in Apulia reperto n. 7805. cum quibus componi non debet vasculum Nolanum n. 7806. in quo Glauco quidam laudatur haud paucis Olympiadibus recentior apposita inscriptione antiquiore. Rursus Callias laudatur in vasis Vulcentibus, ut n. 8294. et in vasis Nolanis n. 7743. c. 7830—7832., ut mitam alia quae huc non pertinent (n. 7865. 8077.). Quis igitur est, qui sibi non persuadeat vascula illa ad familias Athenienses celebres referri oportere, in quibus nomina Glauco et Leagrus, Callias et Hipponicus alternant? Videoque etiam Muellerum suspicatum esse Leagram in vasculis laudatum esse eum, quem Plato Comicus in fabula Laio perstrinxit (v. Clinton Fasti Hell. p. 277. Kr.), filium illum haud dubie Glauconis eius, quem Olymp. 86. Atheniensium classi praefectum fuisse tradit Thucydides l. c. (cf. Meineke Quaest. Scen. II. p. 19.). Nec minus probabile est, quod idem vir doctus monuit, Atheniensium Leocratis et Stroebi vasculis celebrari memoriam. Fuit Leocrates Stroebi filius praetor Atheniensium (Thucyd. I. 105.), qui apud Plataeas collega Aristidis fuit (Plutarch. Arist. 20.). Alius Leocrates Stroebi filius laudatur Anthol. Jacobs. VI. 144. Ad hanc igitur familiam, in qua nomina alternant Leocratis et Stroebi, vix dubium quin referenda sint vascula n. 7846. καλὸς Λεωκράτης, n. 7652. 8046. Στροεῖδος καλός. Atque ad similes coniecturas invitare etiam alia possunt nomina, ut Ἐπιχάρης n. 7881. quem Muellerus eundem esse coniecit, qui temporibus belli Peloponnesiaci Olympiae vicit stadio. Accedit denique mentio archontum Atheniensium in vasculis Panathenaicis in Cyrenaica repertis (n. 7787. b. 7787. c.).

Itaque quum demonstrari non possit coloniam Atticam in Etruria fuisse, cuius necessitatibus haec supellex inservisse putetur, immo non fuisse facile sit ex sepulcris Etruscis evincere, sequitur ut concedamus, aut maximam partem importatam esse, si non ex Attica, certe ex civitatibus Magnae Graeciae, quae cum figlinis Atticis commercium habuerint, aut figulos origine Atticos in oppido aliquo Etruriae constitutos elegantiae studiis indigenarum intentos exemplaria vasorum multiplicasse et imitatione expressisse, qualia Athenis facta sunt. Re accurate pensitata utrumque factum esse probabile est. Nam

quemadmodum ante indicavimus esse quae suadeant, ut nonnulla opera in Etruria nata putemus, in his quae vasa Tyrrhena vocantur (mittimus enim vasa mere Etrusca originis illa haud dubie recentioris, de quibus vid. Gerhard. Rapp. Volc. p. 305. Bunsen Annal. de l'Inst. arch. Rom. VI. 54. 81. R. Rochette ibid. p. 264. Bull. dell' Inst. arch. 1846. p. 105.), ita opifices Atticos in Etruria artem figlinam factitasse haud scio an demonstrari possit ex vase n. 8287. Quod quum pictum sit a Praxia natione Graeco, fortasse Atheniensi (vide supra), in ansa notatum habet nomen Etruscum ΘΟΥΡΑ, ni fallor, figuli. De hoc nomine Etrusco cf. Annal. 1834. p. 277. Bull. 1836. p. 28. 31. 1840. p. 5. 102. 122. 154. 1841. p. 70. 1843. p. 2. Et figulum quidem huius vasis ante nomen pictoris exsculptum pro Etrusco habuerunt etiam alii, ut Od. Muellerus l. c. p. 87. Bunsenius l. c. p. 55. Gerhardus Rapp. Volc. p. 176., falsi in eo quod argumentum ex formis nominum ΠΕΛΕΙ et ΑΒΙΑΛΕΙ petierunt. Nam nec figulus Etruscus pinxit ea nomina, sed Graecus, et, si quid Etrusci inest in formis, videtur potius quam est. Crebra enim ea negligentia pictorum animadverti potest in inscriptionibus vasculorum, ut syllabae nominum finales corruptae aut imperfectae appareant (cf. n. 7756. 8079. 8208. 8277.). Videndumque ne similiter explicari debeat vasculum n. 8147. a Duride natione Graeco pictum, cuius sub pede notatio extat, ut videtur, Etrusca. Atque omnino ratio habenda erit etiam litterarum Etruscarum sub pedibus vasorum rasarum ut n. 7389. 7607. 8135. 8212. 8277. (cf. Cat. di scelte antich. cet. p. 51. n. 791. Mus. étrusque p. 36. (p. 272.) n. 35. coll. Stuardo in Arch. Brit. XXIII. p. 135. praeterea Mus. étrusque p. 45. n. 303. ibid. p. 113. n. 1261. ibid. (Inscriptions d'Hypogées) n. 581. 1749. 1750. Gerhard Neuerw. Denk. I. n. 1620.), etsi hoc argumentum qui pro simplici importatione vasorum militant ita tollendum putabant, ut litteras illas raras dicerent postquam pridem cocta vasa essent (Kramerus Archaeol. Zeitung 1844. p. 335.), parum illi, ut nobis videtur, considerate. Itaque si pictores Graeci vindicari Etruriae possunt, possunt etiam figuli, quos consentaneum est fere pictoris munere functos esse. Et vasa Nicosthenis nomine insignita id ipsum prodere videntur utpote ex argilla rubicundiore facta, quae etiam nunc in Caeretano agro colligitur (cf. Abeken l. c. p. 299.). Quumque ars plastica Etruscorum omnino maior fuerit, quam ars pingendi, videndum ne studium, quo Etrusci ceramographiam Graecam prosequerentur, inprimis pictores Graecos artem figlinam exercentes invitaverit. Cui opinioni favere etiam picturae videntur in sepulcris Etruscis repertae, ex quibus Abekenius coniecit (l. c. p. 309.) artem pingendi allatam potius in Etruriam a Graecis, quam factitatam ab indigenis.

Quae quum ita sint, concedendum figulos et pictores ex Attica oriundos in Etruria artem factitasse quo ibi cunque modo constitutos. In quo tamen haud scio, quanti sit argumentum illud, quo

usus est Letronnius (Revue archéol. III. p. 385.), qui quum nomina figulorum et pictorum pleraque in vasis compareant ex Etruria reportatis, figulos et pictores Atticos in Etruria degentes collegit magis intentos fuisse celebrandis nominibus suis, utpote in terra peregrina artem exercentes, indeque novum fulcrum accedere opinioni eorum, qui figlinam Atticam in Etruria floruisse contenderent. Nam etiam in Attica figulos et pictores nomina sua in vasis pinxisse patet ex n. 8210. 8226., ut casui potius tribuendum sit quod plurima ex Etruria nomina innotuerunt opificum, siquidem ibi etiam plurima reperta vasa sunt eaque fere vetustiora vasis in Magna Graecia inventis. Nam illud quoque observare licet, opifices antiquitus nomina pinxisse sua, mox aucta arte latiusque patente omisisse. Nec maiori offensionem dixeris esse quod monuit Bunsenius Annal. de l'Inst. arch. Rom. 1834. p. 45. „l'existence d'une caste propageant l'art de potiers de père en fils paraît peu conforme au caractère grec.” Nam si in musica, in orchestica, in poesi vel optima Graecorum aetate ars a patre translata ad filium est tanquam munere hereditario, figlina eodem modo propagari potuit praesertim opificibus in terra peregrina constitutis. Eo deducere videtur Ergotimus figulus n. 8184. 8185. cuius filius est Euchirus n. 8202. 8203. quod Euchiri nomen fortasse inducere aliquem possit (cf. Welcker Mus. Rhenan. 1848. p. 394.) ut a colonia Dorica Demarati repetat, quem Euchir et Eugrammus secuti dicuntur Euchirumque vasculorum n. 8202. 8203. auctorem coniciat descendere ab opificibus Corinthiis, praesertim quum c. Ol. 60. Corinthi fuerit Euchirus sculptor (Pausan. VI. 4. 4., Boeckh Theräische Inschr. p. 78.). At notus est etiam Atheniensis Euchir Ebulidis filius, sculptor (Pausan. VIII. 14. 10.), ut nihil obstet quominus Euchirum figulum pro Atheniensi habeamus. Et omnino plura sunt nomina figulorum et pictorum, quae Athenis repeti possunt. Sic, ut pauca attingam, pro Philtia ex Attica oriundo (n. 8145.) afferri potest Φιλτιάδης Ευπεταίων, cuius mentio fit apud Demosthenem idemque nomen, si lectio tuta est n. 8314., cum memoria familiae Megaclis coniungitur. Quod si Callias, qui laudatur n. 8294. una cum alio ephebo Atheniensi Νεκλειδῆς, ad celebrem gentem Atheniensem pertinet, ut paulo ante coniecimus, etiam figuli Talidis, qui illam oenochoen fecit, patria videri Attica potest. Idemque de Tlesone (n. 8299. sq.) licet statuere, siquidem Tlesonides Atheniensis habetur etiam Vol. I. n. 151. et de Tlepolemo (n. 8296. sq.), quod nomen gerunt archon Olymp. 79., 2. et praetor Atheniensis ap. Thuc. I. 117. cf. Vol. I. n. 538. Neque ob stare videtur cylix Tlesonis Nearchi filii reperta in agro Corinthi (n. 8309.). Memorabile nomen est Amasis figuli et pictoris (n. 8124. 8129. 8238.), quod Osannus parum feliciter putavit adhiberi posse ad firmandum argumentum, quo demonstrare studebat vasa antiquissima, quae vulgo Aegyptia vocantur, Naucrattide esse invecata. Nomen constat Aegyptium esse nec vereor ne I.

πρὸς τοῦ Πριάμου ὡς φίλον καὶ φονευθῆναι πρὸς Ἀλεξάνδρου διὰ βέλους. Tzet. Posthom. 387. παραφασίησι Πριάμου. Tangit hanc fabulam Lycophron 271.

6855.

Venetis in vestibulo bibliothecae S. Marci sub statua; missu Octavii Boehii edidit Muratorius T. III. p. MDCIX. 3. cum Lat. interpret. et not. Dedit etiam Zanetti Delle antiche statue Greche e Romane che nell' antisala della libreria di San Marco e in altri luoghi pubblici di Venezia si trovano, Venez. 1740. fol. P. I. tab. 25. Repetiit Viscontus Mus. Pio-Clem. T. III. p. 34. (p. 119. edit. Mediol.) Rursus exhibet Thiersch Itiner. Ital. T. I. p. 240.

ΠΡΟΘΕΩΝΟΙ
ΜΗΔΕΝΑΚΡΩΤΗ
ΡΙΑΧΕΝΘΑΔΕ

Vs. 1. extr. Mur. ΟΥ, Thiersch. COY. Vs. 2. Mur. ΔΕΝΚΡΩΤΗ; hodie M laesum est. Vs. 3. Mur. ΟΙΑΧΕΝΘΑΔΕ; hodie ultimum Ε, quod habent etiam Zanetti et Viscontus, evanidum est.

Πρὸς θεῶν σοι, μηδὲν ἀκρωτηριάσης ἐνθάδε.

Viscontus recte notat esse ex Graecia allatam statuam, non Faustinae Antonini Pii uxoris, ut putabatur; sed mulieris cuiusdam, cuius tumulo imposita erat more Graecorum. Comparantur Cicero nis oratio pro domo §. 43. et Anthologiae Palatinae epitymbium n. 649. Versum Thierschius dicit esse trochaicum. Ac videtur auctor talem versum facere voluisse. Ut hic ἀκρωτηριάσης producta paenultima, ita alibi etiam ἡργάσατο producta secunda syllaba.

6855. b.

In parva statua aenea repraesentante hominem sedentem seminudum tam macrum, ut similis sit σκελετῶ, reperta prope Augustam Suessionum (Soissons) in Gallia, in flumine Axona (Aisne), collectionis Com. de Jessaint; litterae punctis delineatae sunt in pallio quod tegit crura statuae; edidit Adr. de Longperier Revue archéol. I, 2. p. 458 sq. in tab. aeri incisa.

ΕΥΔΑΜΙΔΑΣ

ΠΕΡΔΙΚ

Εὐδαμίδας Περδικ(κα).

Statua videtur alicubi in templo Aesculapii aut Apollinis dedicata fuisse pro restituta salute. Editor apte comparat effigiem hominis, cui diuturno morbo carne consumpta sola reliqua erant ossa, dedicatam Delphis ab Hippocrate Pausan. X, 2, 4. Ex compositione caesariei statuae editor colligit opus pertinere ad aetatem Imperatorum, cui etiam addicunt formae litterarum.

6855. c.

In lapide cocto s. tegula in antiquario musei Berolinensis (4750. 4815.).

ΕΡΜΟΚΡΑ

ἘρμOCRά(τους).

6855. d.

Monumentum chronologicum, quod in museo Capitolino asservatur; de patria nihil constat, nisi quod e campo Romano Romam delatum esse dicunt. Tabula est marmoris mollissimi, quod Palombinum vocant Itali (cf. Vol. III. p. 845.); tabulae quod superest fragmentum altum est 3 poll. latum 3½, marginibus ubicunque fractis. Fuit autem ab altera parte sculpta, ab altera inscripta. Sculptura exhibet apparatus bellicum; equum in medio positum circumstant milites; quare fuerunt, qui de Bucephalo ad Alexandrum a Mardis reducto cogitarent. Qui cautius iudicant, totum opus nimis detritum esse fatentur, quam ut de hominum habitu atque universa imaginis ratione quidquam certi effici possit. Inscriptio in columnas disposita fuit; duarum columnarum fragmenta servata sunt, quorum alterum XXVI vel — si reliquarum vestigia adnumerare volueris — XXXVI habet lineas, alterum XXX. Litterae sunt minutissimae eaeque tam leviter exaratae usuque adeo detritae, ut nudo oculo non omnes discerni possint. Haec tabula a. 1845. primum innotuit atque in consessu instituti, quod dicunt, romani archaeologici proposita est, in cuius actis menstruis (Bull. 1845. p. 82. p. 191 sq.) Secchius primus de argumento tabulae exposuit. Qui dum doctam monumenti editionem parat, ectypum tabulae gypso factum, quale in hoc scripturae genere minime potuit edituro sufficere, sub manus venit Garuccio V. D. Neapolitano et ab eodem in actis acad. Herculensis a. 1855. editur. Quo facto Melchiorius, qui museo romano Capitolino administrando summa laude praeest, tabulam, quam prave editam aegre ferebat, non modo ipse accuratissime exprimendam curavit, sed etiam Henzenio nostro ita tradidit, ut hic omni otio atque diligenti studio eam describere atque inquirere posset. Edidit idem in museo Rhenano anni 1853. p. 161 sq.

[Textum vide pag. seq. interpositum.]

Tabula est chronologica, eo consilio composita, ut longa temporum series oculis commode submissa memoriae obtuentium facilius infingeretur; cuius generis alia monumenta exstant, et inscriptione

et sculptura ornata, quae ad erudiendae iuventutis usum facta esse videntur. Cf. de his monumentis disserentem Iahnium in libro „Kieler Studien” p. 148 sq. Sed differt a similibus tabulis haec, de qua agi-

[Continuatur p. 18.]

A.

^ C
—ΠΙΜΙC
—ΜΟΝΕΞΗΙ
ΔΔ ΤΗΡΟΥCΚΩΝΠΙ

5 ΙΟΔΕΥΤΕΡΟΝ ΚΑΙΚΙ
ΘΩΝΕΙC ΑΙΓΥΠΤΟΝ ΕΒΑCΙΛΕ
ΥCΕΝ ΑΦΟΥΕΤΗ ΡΓ
ΑΦΟΥ ΜΑΡΙΟC CΩCΤΙΑΝ ΚΑΤΑΛΑ
ΒΟΜΕΝΟC ΚΑΙ ΑΝΑΓΚΑCΑC CΥΝ . . .
10 ΘΑΙΟΥ ΚΕΜΜΕΙΝΑ CΤΗ ΠΙCΤΕΙ
ΟΚΤΑΟΥΙΟΝ ΑΠΕΚΤΕΙΝΕΝ CΥΛΛΑC
ΔΕ ΠΙΤΗC ΑΤΤΙΚΗC ΑΘΗΝΑC
ΕΞΕΠΟΛΙΟΡΚΗCΕΝ ΕΤΗ ΡΒ
ΑΦΟΥ ΦΙΜΒΡΙΑC ΜΙΘΡΑΔΛΤΟΥCΤ
15 ΡΑΤΟ ΠΕΔΟΝ ΠΕΡΙΚΥΖΙΚΟΝ
ΕΝΙΚΗCΕΝ ΚΑΙ ΙΛΙΟΝ ΕΞΕΠΟ
ΛΙΟΡΚΗCΕΝ ΚΑΙ ΥΠΟ CΥΛΛΑ
CΥΝCΧΕΘΕΙC ΕΑΥΤΟΝ ΑΝΕΙ
ΛΕΝ ΚΛΙΜΙΘΡΑΔΑΤΗC ΠΡΟC
20 CΥΛΛΑΝ CΥΝΘΗΚΑC ΕΠΟΙΗ
CΑΤΟ ΚΑΙ ΦΙΛΟΠΑΤΩΡ ΤΟ
ΔΕΥΤΕΡΟΝ ΕΙC ΒΙΘΥΝΙΑΝ
ΚΑΤΕΛΘΩΝ ΕΒΑCΙΛΕΥCΕΝ ΚΑΙ
ΑΡΙΟΒΑΡΖΑΝΗC ΕΙC ΚΑΠΠΑ
25 ΔΟΚΙΑΝ ΚΑΤΗΧΘΗ ΑΦΟΥΕΤΗ Ρ
ΑΦΟΥ CΥΛΛΑC ΝΩΡΒΑΝΟΝ ΝΙΚΑ
ΠΕΡΙ ΚΑΠΥΗΝ ΚΑΙ ΜΑΡΙΟΝ ΤΟΝ
ΥΠΑΤΟΝ ΕΝ ΠΡΑΕΝΕCΤΩΙ CΥΝ
ΚΛΕΙCΑC ΔΙΑΔΙΔΡΑCΚΟΝΤΑ
30 ΑΠΕΚΤΕΙΝΕΝ ΑΦΟΥΕΤΗ ΡΗ
ΟΥCΥΛΛΑC ΔΙΚΤΑΤΩΡ ΕΓΕΝΕΤΟ
ΤΗ ΜΕΧΡΙ ΤΟΥΔΕ ΡΖ
ΟΦΥCΚΩΝ ΕΠΙ
ΓΕΝΕΤΗ ΡC
35 ΙΦΙΛΑ
Π

A.

1-7 ἀφ' οὗ Σύλλας ἐπὶ Μιθ[ραδατικὸν πόλε]μον
ἐξῆ[λθεν καὶ Σω]τῆρ ὁ Φύσκων π
τ]ὸ δεύτερον καὶ κ[ατελ]θὼν εἰς Αἴγυπτον
ἐβασίλευσεν ἀφ' οὗ ἔτη ργ.
8-13 ἀφ' οὗ Μάριος Ὄστίαν καταλαβόμενος καὶ
ἀναγκάσας συν[έστ]θαι οὐκ ἐμμένει τῇ πίστει
Ὀκταούσιον ἀπέκτεινεν, Σύλλας δ' ἐπὶ τῆς Ἀττικῆς
Ἀθήνας ἐξεπολιόρκησεν ἔτη ρβ.
14-25 ἀφ' οὗ Φιμβρίας Μιθραδ[ά]του στρατόπεδον περὶ
Κύζικον ἐνίκησεν καὶ Ἴλιον ἐξεπολιόρκησεν καὶ
ὑπὸ Σύλλα συνσχεθεὶς ἑαυτὸν ἀνείλεν κ[α]ὶ Μιθρα-
δάτης πρὸς Σύλλαν συνθήκας ἐποιήσατο καὶ Φιλο-
πάτωρ τὸ δεύτερον εἰς Βιθυνίαν κατελθὼν ἐβασί-
λευσεν καὶ Ἀριοβαρζάνης εἰς Καππαδοκίαν κατή-
χθη, ἀφ' οὗ ἔτη ρ.
26-30 ἀφ' οὗ Σύλλας Νωρβανὸν νικᾷ περὶ Καπύην καὶ
Μάριον τὸν ὑπάτον ἐν Πρα[ι]νεστῶ συνκλείσας δια-
διδράσκοντα ἀπέκτεινεν, ἀφ' οὗ ἔτη ρη.
31-32 ἀφ' οὗ Σύλλας δικτάτωρ ἐγένετο, [ἔ]τη μέχρι
τοῦδε ρζ.
33-34 ἀφ' οὗ Σωτῆρ] ὁ Φύσκων ἐπι[καλούμενος ἀπέθα-
ν]εν ἔτη ρδ.

INSCR. GR. VOL. IV.

B.

ΑΦ
ΤΟ
ΑΦΟΥ>
ΝΟΜΟΙ

5 ΑΝΑΧΑΡΣΙC CΥCΤΙ
ΠΑΡΕΓΕΝΕΤΟ ΑΦ
ΑΦΟΥ ΚΡΟΙC CΟC ΛΥΔΩΝ ΕΒΙ
ΑΦΟΥ ΟΙC CΟΦΟΙ ΩΝΟΜΑCΘΗCΑΙ
ΑΦΟΥ ΠΕΙCΙCΤΡΑΤΟC ΕΤΥΡΑΝΝΕΥC
10 ΝΑΙC ΚΑΙ ΑΙC ΩΠΟC ΥΠΟ ΔΕΛΦΩΝ
ΜΝΙCΘΗ ΕΤΗ ΦΘ
ΑΦΟΥ ΚΡΟΙC CΟC ΚΥΡΩ ΥΠΟ ΧΕΙΡΙΟC
ΑΦΟΥ ΚΑΜΒΥCΗC ΑΙΓΥΠΤΟΝ ΚΑΤΙ
ΚΑΙ ΠΥΘΑΓΟΡΑC ΕΑΛΩ ΕΤΗ ΦΜ
15 ΑΦΟΥ ΑΡΜΟΔΙΟC ΚΑΙ ΑΡΙCΤΟΓΕΙΤΩΝ
ΠΑΡΧΟΝΤΟΝ ΤΥΡΑΝΝΟΝ ΑΝΕΙΛΟΝ
ΔΑΡΕΙΟC ΕΠΙCΚΥΘΑC ΔΙΕΒΗCΕΥΞΑ
ΚΙΜΜΕΡΙΟΝ CΩCΠΟΡΟΝ ΕΤΗ ΦΚΗ
ΑΦΟΥ ΞΕΡΞΗC ΚΑΤΑ ΑΒΥΔΟΝ ΖΕΥΞΑC
20 ΕΛΛΗCΠΟΝΤΟΝ ΔΙΕΒΗ ΚΑΙ ΘΕΜ
ΤΟΚΛΗC ΝΑΥΜΑΧΙΑ ΤΟΥC ΒΑΡ
ΡΟΥC ΕΝΙΚΑ ΑΦΟΥΕΤΗ ΥΡ
ΑΦΟΥ CΩΚΡΑΤΗC ΟΦΙΛΟC CΟΦΟC
ΚΛΕΙΤΟC ΟΕΦΕCΙΟC ΚΑΙ ΑΝΑΞΑ
25 ΚΑΙ ΠΑΡΜΕΝΙΔΗC ΚΑΙ ΖΗΝΩΝ ΕΤΗ
ΑΦΟΥ ΟΠΕΛΟΠΟΝΝΗCΙΑΚΟC ΠΟΛ
ΕΝΕCΤΗ ΚΑΙ ΘΟΥΚΥΔΙΔΗC ΗΝ ΕΤΗ
ΑΦΟΥ ΓΑΛΑΤΑΙ ΡΩΜΑΙΟΥC ΝΙΚΗ
ΕCΧΟΝ ΡΩΜΗΝ ΕΤΗ ΥΑ
30 ΑΝΕΙC

B.

1-2 ἀφ' οὗ το
3-6 ἀφ' οὗ [Σόλων ἤρξεν Ἀθηναίων καὶ] νόμο[υ]c αὐ-
τοῖc ἔθηκε καὶ] Ἀνάχαρσιc ὁ C[κύθη]c εἰc Ἑλ-
λάδα] παρεγένετο ἀφ' οὗ ἔτη . .
7 ἀφ' οὗ Κρείcτοc Λυδῶν ἐβ[α]σίλευσεν, ἔτη . .
8 ἀφ' οὗ οἱ σοφοὶ ὠνομάcθηcα[ν] ἔτη . .
9-11 ἀφ' οὗ Πειcίcτρατοc ἐτυράννευc[εν ἐν Ἀθῆ]ναιc καὶ
Αἰcωποc ὑπὸ Δελφῶν [κατεκρη]μνίcθη, ἔτη φθ.
12 ἀφ' οὗ Κροῖcτοc Κύρω ὑποχείριοc [ἐγένετο, ἔτη . .
13-14 ἀφ' οὗ Καμβύcηc Αἴγυπτον κατ[εστρέ]ψατο] καὶ
Πυθαγόραc εἶλω, ἔτη φμ.
15-18 ἀφ' οὗ Ἀρμόδιοc καὶ Ἀριcτογεῖτων [Ἴπ]παρχον τὸν
τύραννον ἀνείλων [καὶ] Δαρεῖοc ἐπὶ Cκύθηc διέβη
ζεῦξα[c τὸν] Κιμμέριον Β[ε]cπορον ἔτη φκη.
19-22 ἀφ' οὗ Ξέρξηc κατ' Ἀβυδον ζεύξαc [τὸν] Ἑλλή-
cποντον διέβη καὶ Θεμ[ι]cτοκλήc ναυμαχίᾳ τοῖc
βαρ[βα]ροc ἐνικά, ἀφ' οὗ ἔτη υα.
23-25 ἀφ' οὗ Cωκράτηc ὁ φιλόcτοφοc [καὶ Ἡρά]κλειτοc
ὁ Ἐφέcιοc καὶ Ἀναξ[α]γόραc] καὶ Παρμενίδηc καὶ
Ζήνων, ἔτη . .
26-27 ἀφ' οὗ ὁ Πελοποννηcιακὸc πόλ[εμο]c ἐνέcτη καὶ
Θουκυδιδηc ἦν, ἔτη . .
28-29 ἀφ' οὗ Γαλάται Ρωμαίοc νικῆ[σαντεc] ἐcχον Ῥώ-
μην ἔτη υα.

C

mus, non una ratione. Historia enim quam tractat non est graeca, neque romana sed universa. Rerum gestarum autem, quarum in hoc fragmento exstat memoria, is est ordo, ut quae septimo urbis saeculo gesta sunt, in anteriore columna, quae inter Solonem atque diem Alliensem evenerunt, in posteriore referantur. Decurrunt tempora sinistrorsum, ita ut, dum incolumis erat tabula, omnium rerum in ea memoratarum antiquissima in capite fuerit illius columnae, quae prima fuit a dextra, recentissima autem in pede columnae omnium maxime ad sinistram positae. Quodsi quis a recentiore aevo ad antiquiora progredi volebat, in unaquaque columna ab infima parte ascendere debebat legendo, quasi adverso flumine ad fontem pergas. Tempora appositis annis notantur. Anni autem ex eo quo auctor tabulae scribebat, anno computantur; id quod patet ex col. A. vs. 32. μέχρι τούδε. Qua in re mirum est annos chronographi cum annis Romanorum civilibus nusquam congruere; namque aut in duos annos divelluntur quae ad eosdem Consules pertinent sicut bellum Praenestinum et Sullae dictatura, aut quae duorum annorum consularium sunt ut Marii reditus atque expugnatio Athenarum, uno coniunguntur anno. Quodsi annum tabulae, unde omnia pendent, quaerimus, reperimus eum, qui partim respondeat anno urbis 768, partim 769; quod ut uno exemplo probetur, annus 98, quo anno exeunte secundum tabulam bellum Praenestinum gestum est, eo ducit, ut anno urbis 769 tabulam scriptam esse statuamus; annus 768 vero efficitur, si 97 annorum intervalum, quod inter dictaturam Sullae et annum tabulae intercedere dicitur, respicimus. Quid igitur? Anne putamus chronographum nostrum ex eo ipso mense, quo scribebat, tempora computasse atque illinc duodenorum mensium mensura annos ita definiisse, ut iustus eorum ordo omnino perturbaretur? Ita videtur Henzenius tabulae singularitatem explicare voluisse, sed haec ratio ab omni usu nimis abhorret. Itaque quum minime putandum sit, chronographum suum sibi annum finxisse, quo antiquitatem novo modo emetiretur, aliam annorum rationem antiquitatis usu sancitam illum secutum esse verisimillimum est. Quo genere nulla epocha, puto, inveniatur, quam rationibus chronographi subesse probabilius sit, quam epocha ut dicunt Alexandrina, quae inter Graecos Alexandriae inventa apud orientales homines diu obtinuit. Conf. Ideler. Enchir. Chronol. I, 140. Annus enim chronographi cum, ut Henzenius intellexit, videatur esse talis, ut a fine consularis anni exorsus maiorem partem insequentis anni complectatur, simillimus est anno Alexandrino, quem constat a. d. 11. Septembris initium habuisse; unde patet quomodo factum sit, ut quae exeunte aliquo consulatu facta sunt, a chronographo plerumque cum iis coniungantur, quae ad sequentes magistratus referri soleant. Peregrinae epochae usu non est cur offendamur in monumento Italico, cuius sermo est peregrinus atque origo ignota. Accedit quod rerum Aegyptiacarum diligentius haberi

videtur ratio, quam ab eo expectaveris, qui universae historiae quendam conspectum proponere voluerit; certe in parvulo fragmento prioris columnae eiusdem regis e stirpe Ptolemaeorum oriundi duobus locis mentio fit eiusque vita pro brevitate ea, cui in eiusmodi tabulis chronologicis studendum est, accuratissime enarratur; unde non temere aliquis coniecero auctorem tabulae aut ipsum fuisse Alexandrinum aut tabulam suam nescio qua de causa Alexandrinorum usui accommodare voluisse aut denique prototypon quod dicunt tabulae Alexandriae vel a quodam Alexandrino factum esse, namque hoc ipsum quod superest monumentum quo minus Graeca manu exaratum esse credam, prohibet scripturae ratio, velut in nomine Πρανεστῶν, quod prima manu Πρανεστῶν scriptum fuit, quo errore Latina manus sese prodere videtur.

Gravius est si quis obiecerit ne sic quidem omnes difficultates chronologicas tolli.

Etenim si annum chronographi, unde tota temporum ratio exorditur, eum esse statuamus, qui a mense Septembri anni urbis 768 usque ad eundem mensem anni 769 extenditur, quomodo explicabimus, annum 98, quem ante Septembrem anni urbis 672 finiri ex iis, quae monuimus, efficitur, eo usque extendi, ut quae m. Novembri facta esse scimus, complectatur? Complectitur autem bellum Praenestinum, quod post cladem Telesini gestum est; cum Telesino autem, ut tradit Velleius II, 27, Kalendis Novembribus dimicatum est. Qua in re chronographus aut temporum seriem aliter traditam sequi malebat aut in adornandis fastis parum accuratus fuit; neque enim quisquam aut eruditionem aut diligentiam magnopere laudandam in hoc opere inesse contenderit; id quod cum aliis probetur exemplis, tum in remotioribus temporibus maxime conspicuum est; sic philosophos Graecos aetatis maxime diversae uni anno adscriptos vides.

A. vs. 1-7. Initium fragmenti ab Henzenio, qui in illustrando titulo viam egregie munivit, e paucis quae supersunt litterarum vestigiis feliciter restitutum esse nulla dubitatio est. Eundem sequor in titulo restituendo, notans tantum, ubi aliter sentio. Ptolemaei X. Philometoris II. Σωτήρος II. Lathyri historiam exposuit Letronnius Inscr. Aeg. I. p. 56. 66. 79. Post decem annorum regnum in Cyprum insulam secedere coactus est, unde cum undevicesimo rediisset anno, iterum rex factus est; id quod Letronnius a. u. 665 evenisse putabat; sed annus tabulae respondet anno urbis 66 $\frac{6}{7}$ atque hanc computationem confirmat, quod Lepsius in dissertatione academ. (über einige Ergebnisse der ägypt. Denkm. f. d. Ptolemäergeschichte) in scriptis acad. Berol. 1852. p. 505. anno ante Chr. 88, ab u. 666 Ptolemaeum illum regnum recuperavisse ex monumentis demonstravit. In fine vs. 4. quod Henzenius coniecit π[αρακληθεῖς] vix commendandum est; παρακαλεῖν enim est ad auxilium advocare, quod hic nude positum sententiae parum convenit. Accedit quod tot

litteris spatium quod vacuum est non sufficit. Equidem praetulerim παρῆν.

vs. 8-13. Henzenius obiectum verbi ἀναγκάσας recte desiderans, ante id Ῥώμην, Ῥωμαίους vel σύγκλητον excidisse coniecit. Haud improbabiler. In vs. 12. nota ΤΗΙΣ pro ΤΗΣ scriptum.

vs. 14-25. Res a Fimbria in Mysia gestas narrat Appianus c. 52., ubi victoria apud Cyzicum memoratur nulla, sed hinc non efficitur chronographum falsum esse. Eiusdem imperatoris mors minus recte ante foedus a Sulla ictum posita est, nullo alio consilio, nisi ut quae ad eundem pertinerent Fimbriam, eodem loco comprehenderentur. Nicomedes Philopator et Ariobarzanes, uterque a Romanis contra Mithridatem in regnum restitutus, ex Appiano Mithr. 10 sq. 15. 18. 60. noti sunt.

B. vs. 3-6. de tota loci sententia dubitari nequit, quamquam in singulis verbis, quae cum Henzenio inserui, non omnia certa esse vix est quod moneam. Ceterum in tota hac altera columna numeri annorum multo magis detriti sunt aut prorsus

evanuerunt neque fieri potest, ut certa coniectura restituantur, quum chronographus suam sequatur temporum rationem a vulgari computatione eo magis alienam, quo antiquiora sunt tempora, de quibus agitur. Itaque Croesi regnum ultra Pisistratum remotum esse videmus, ut inter utrumque intercedat septem sapientium epocha, quam Olympiadis undequingagesimae anno tertio aut duodequingagesimae quarto statuunt. A Pisistrato regnum occupante usque ad Hipparchi necem computantur anni quinquaginta duo, ita ut verisimillimum sit, etiam in nostra tabula sicut in marmore Pario Hipparchi mortem Pisistratidarumque fugam ad eundem annum relatas esse.

De singulis nihil addam nisi in vs. 15-18. miro errore de Cimmerico Bosporo a Persis iuncto tradi. In anno apposito dubium est post duas notas numerales ὕξ excideritne tertia necne.

In fine canonem epocharum, qualis ex hoc fragmento restitui potest, in tabula descriptum proposui:

Annus chronographi	urbis	a. Chr.	Res gestae
"	"	"	Solon leges condit.
"	"	"	Anacharsis Athenis adventus.
"	"	"	Croesus Lydorum rex.
"	"	"	Septem sapientes.
579	191	563	Pisistratus regnare coepit.
"	"	"	Aesopus Delphis occisus.
"	"	"	Croesus victus.
540	230	524	Aegyptus a Cambyse expugnata.
528	242	512	Hipparchus interfectus.
"	"	"	Darii contra Scythas expeditio.
? 490	280	474	Xerxes Hellespontum iungit.
"	"	"	Themistocles Persas vincit.
"	"	"	Socrates, Heraclitus, Anaxagoras, Parmenides, Zeno.
"	"	"	Belli Peloponnesiaci initium.
401	369	"	Roma a Gallis capta.

103	66 $\frac{6}{7}$		Sullae contra Mithridatem expeditio.
			Ptolemaeus Soter II. iterum rex factus.
102	66 $\frac{7}{8}$		Marius occupat Ostiam; bellum Octavianum.
			Sulla Athenas expugnat.
100	66 $\frac{8}{8}$		Fimbriae apud Cyzicum victoria, mors.
			Mithridatae cum Sulla foedus.
			Nicomedis in Bithyniam, Ariobarzanes in Cappadociam reditus.
98	67 $\frac{1}{2}$		Sullae ad Capuam victoria.
			Marii iunioris mors.
97	67 $\frac{2}{2}$		Sulla dictator.
96	67 $\frac{3}{2}$		Ptolemaei Σωτήρος mors.

6855. e.

In anaglypho repraesentante gladiatorem, quod asservatur in museo Britannico; ex schedis Samuelis Birchii edidit Gerhardus Archaeol. Zeitung 1848. p. 202.

ΙΛΑΡΟΣ

Ἰλαρος.

6855. f.

In anaglypho duos gladiatores pugnantes repraesentante, quod asservatur in museo Britannico; ex schedis Samuelis Birchii edidit Gerhardus Archaeol. Zeitung 1848. p. 202.

ΑΠΕΛΥΘΗΣΑΝ

ΑΜΑΖΩΝ ΑΧΙΛΛΙΑ

Ἀπελύθησαν.

Ἀμαζῶν Ἀχιλλ[ε]α.

An sensus est: Ἀμαζῶν Ἀχιλλεῖα ἐνίκησεν? Gerhardus putabat nomina esse familiae gladiatorum Ἀμαζῶν Ἀχιλλεῖα. Gladiator Ἀχιλλεὺς habetur Vol. II. n. 3291.

SECTIO TERTIA.

6856.

Romae, olim in hortis magni Ducis Etruriae; transcripsit Ursinus, edidit Gruterus p. CCLXXXVIII. 5. repetierunt Grotius Anthol. Graec. cum annotatione Hieronymi de Bosch, V. p. 288., Welckerus Syllog. epigr. p. 69. Meineke ad Babrii fabulas Aesopaeas a Lachmanno editas, Berol. 1845. p. 173. litteris minusculis.

ΟΚΛΕΙΝΟCΙΝΙCΒΑCΙΛΕΩCΑΜΑΖΑCΠΟC
 ΟΜΙΘΡΙΔΑΤΟΥΒΑCΙΛΕΩCΚΑCΙΓΝΗΤΟC
 ΩΓΑΙΑΠΑΤΡΗCΚΑCΠΙΑCΠΑΡΑΚΛΗΟΡΑC
 ΙΒΗΡΙΒΗΡΟCΕΝΘΑΔΙΤΕΤΑΡΧΥΤΑΙ
 5 ΠΟΛΙΝΠΑΡΙΡΗΝΗΝΕΔΕΙΜΕΝΙΚΑΤΩΡ
 ΕΛΑΙΟΘΗΛΟΝΑΜΦΙΜΥΓΔΟΝΟCΝΑΜΑ
 ΘΑΝΟΝΔΟΠΑΔΟCΑΥCΟΝΩΝΑΓΗΤΟΡΙ
 ΜΟΛΩΝΑΝΑΚΤΝΑΡΘΙΚΗΝCΦΥCΜΙΝΗΝ
 ΠΡΙΝΠΕΡΠΑΛΑΖΑΙΧΕΙΡΑΔΗΙΩΛΥΘΩΡΙ
 10 ΙΦΘΙΜΟΝΑΙΑΙΧΕΙΡΑΔΟΥΡΙΚΑΝΟΖΩΡ
 ΚΑΙΦΑCΓΑΝΟΥΚΝΩΔΟΝΤΙΠΕΖΟCΙΠΙ
 ΟΔΑΥΤΟCΙCΟCΤΑΡΘΕΝΟΙCΙΝΑΙΔΟΙΑΙC

Ὁ κλεινὸς ἴνις βασιλέως Ἀμάζασπος,
 ὁ Μιθριδάτου βασιλέως κασίγνητος,
 ᾧ γαῖα πατρ[ί]ς Κασπίας παρὰ κλή[θ]ρας,
 Ἰβηρ Ἰβηρ[ισιν] ἐνθάδὶ τετάρχεται,
 5 πόλιν παρ' ἰρήν, ἣν ἔδειμε Νικάτωρ
 ἐλαιόθηλον ἀμφὶ Μυγδόνοσ νᾶμα.
 θάν[ε]ν δ' ὀπαδὸς Αὐτόνων ἀγ[ακλει]τ[ῶ]ν
 μολῶν ἀνακ[τι] Παρδικῆν [εἰ]φ' ὑσμίνην,
 πρὶν περ παλά[ξ]αι χεῖρα δῆν λύθω,
 10 ἰφθιμον αἰαῖ χεῖρα δουρὶ κα[ὶ] τ[ῶ]ξ[ω]
 καὶ φασγάνου κνώδοντι, πεζὸς ἰπ[πεύ]ς τε.
 ὁ δ' αὐτὸς ἴσος παρθένοισιν αἰδοίαις
 - - - - -
 - - - - -

Epitaphium choliambis factum, in fine mutilum. Celebratur Amazaspus, regis Mithridatis frater, qui Imperatorem Romanorum ad bellum Parthicum secutus, prope urbem ad fluvium Mygdonem a Seleuco Nicatorē conditam ex morbo, ut videtur, diem supremum obiit. Lapis nescio quo casu delatus Romam est. Amazaspus ex Iberia oriundus prope Caucasum inter Colchidem et mare Caspium. Mithridatis Iberi mentionem fieri in rebus Tiberii, Caii, Claudii, Neronis (Tacit. Ann. VI, 52. 53. XI, 8. 9. XII, 44. 45. 47. Dio Cass. LVIII, 26. LX, 8.) Boschius annotavit monuitque, quum illi Imperatores ipsi in Parthiam profecti non sint, iuniorē quendam Mithridaten intelligendum esse, ab illo genus ducentem, fortasse regem illum Iberorum, qui una cum aliis regibus a Traiano in fidem acceptus dicitur

(Eutrop. VIII, 2.). Certe Traianus intelligi potest Imperator esse ille, quem Amazaspus secutus contra Parthos est. Constat enim et ipsum profectum esse ad bellum Parthicum et saepe versatum in locis prope Nisibin s. Antiochiam Mygdoniae, a Seleuco Nicatorē conditam (Dio Cass. LXVI, 26. 30.). Vs. 1. nomen Ἀμάζασπος compositum videtur ex σποῦ, ut Ἀρμασποί. Cf. Boeckhium Vol. II. p. 111. b. Vs. 3. Κασπίαις παρὰ κλήθραις scripsit Meinekius. Vs. 4. Ἰβηρ[ισιν] coniectura est Hermanni a Meinekio recepta. Vs. 6. ἐλαιόθηλος formatum ut νεόθηλος pro νεοθαλής ap. Aeschyl. Eumen. 429. Vs. 7. de suppresso augmento in θάνεν Meinekius comparat Apollonidis Nicaeni et Diogenis Laertii versus choliambos ab ipso repetitos l. c. p. 171. Ibid. in fine ΑΓΗΤΟΡΙ corruptum esse sponte patet. Meinekius ἀρειτόλμω suspicatur fuisse. Ingeniose, non probabiliter tamen. Videtur lectio tradita ex coniectura orta, postquam litterae in lapide superstites partim male lectae partim male compositae sunt. Fuerit ΑΓ... ΗΤΟΥ... Ι. e. ΑΓ... ΕΙΤΩΝ—ἀγ[ακλει]τῶν. Vs. 10. extr. litteris ΚΑΝΟΖΩΡ subesse ΚΑΙΤΟΖΩΙ probabiliter coniecit M. Hauptius; quam coniecturam Meinekio indicavit Hermannus. Vs. 11. extr. ἰππεύς τε supplevit Scaliger ap. Gruter. p. cccvii. In fine epigrammatis nonnulla deesse nemo non videt. Hermanni supplementum: κάλλει τε μορφῆς καὶ φρενῶν γαληνεῖη, Meinekius protulit; sed plura deesse sponte patet. Expectatur enim mortis Amazaspi descriptio.

6857.

In marmore; edidit Gruterus p. CCLXXXVIII. 6. conf. not. p. CCCVIII.

ΑΤΕΙ :::: ΡΙΝΕ :::: ΡΙΔΕΙΚΕΤΟΝ ΛΗ:ΔΡΟΕΑΟ|
 ΑΤΟΝΑΕΚΑΝΙ ΗΤΕΙΝΑΤΟ ΠΑΛΟΚΝΙΟ
 ΑΕΝΙΜΕΕΣΙΤΕ ΤΙΜΕΝΟΝ ΗΓΕΜΟΝΕΣΕΙ
 :::: ΔΕΓΙΑΗΙΜΤΡΑΜΕΝΟΝΙΟΙΜΕΝΙ
 5 :::: ΜΙΡΟΙΣΙΝΠΙΦΟΙΜΕΝΗΕΛΕΓΟΙΣΙΝ
 ΑΙΜΕΝΗΙΟΙΗΓΑΜΜΟΡΟΝΕΥΕΠΙΗΣ
 ΤΟΜΕΝΟΙΧΕΤΑ :::: ΤΟΝΥΠΛΗΜΗΣΙΝΑΝΑΥΡΟΥ
 ΤΗΕ :::: ΥΑΙΡΑΠΤΗΝΥΡΑΜΕΝΟΙΟΛΙΘΟΝ
 :::: ΝΔΑΡΥΠΤΕΡΟΕΝΕΗΝΑ :::: ΠΑΛΑΙΟΗΚΑΤΟΙΥΜΙΟ
 10 ΑΝΡΙΑΝΟΣ ΜΟΥΣ :::: ΑΙΜΟΝΑΦΙΝΓΑΤΝΥΝ
 :::: ΖΡΔΕΝΟΨΙΓΟΝΟΙΣΙΝΠ :::: ΚΛΕΑΤ ::::
 :::: ΜΑΠΑΜΙΗΣΑΙ ΑΛΟΣΕ ΥΦΡΗΥΝ

Γ]εί[νωσκ' ω̄ πα]ρ[οδ]ε[ιτ', α]ριδείκετον [αν]δρ[ε]ς] αοι[δην,
 ταν [Α]ε[υ]κανή [γ]είνατο Πα[τροφίλ]ο[υ]
 - - - εσ]σι τετιμένον ήγεμόνεσ[σ]ι
 νυν] δ' επ' Α[παμί]η μ[υ]ρ[ο]μενον [φ]ιμ[εν]η.
 5 η̄ κλαίει λυγ]ροίσι [ε]πι φ[ι]μ[εν]η ελέγοισιν
 λειπο]μένη [τ]σίη[ς] α]μμορον ευεπίης.
 και] τὸ μὲν [υ]χετ' α]ω]τον υπ' [α]γκοίν]ησιν [α]ναύρου
 τῆ]δε [κατ]α[γ]ραπτῆν [ε]ύραμένοιο λίθον.
 η̄]δ' ᾱρ' υπερ]εν ε̄ην α[ί]ας, πα[ρε]θήκατο [τ]ύμ[βω]
 10 Α[δ]ριανὸς Μουσ[ῶν] δαίμον' ἀφ' [α]γ[νο]τ[άτ]ω[ν],
 ὄφρα] ἐν ὀψυγόισιν [α]γα]κλέα τ[α]ῦτα γένοιτο
 μνήματ'] Απαμίης [μ]ι[μ]ά[δ]ος εὐφρ[ο]σ[ύ]νης.

Videtur Hadrianus quidam Apameae pantomi- σῶν vocavit auctor. Ceterum apographum tam male
 mae sepulcrum condidisse ad torrentem, quo illa se habet, ut mirum non sit, si hinc inde ductus
 interierat, atque in sepulcro posuisse simulacrum interpretis aciem fefellerunt.
 defunctae, quam, opinor, δαίμονα ἀφ' ἄγνωσάτων Μου-

6858.

In domo Comitum de Guilford, in marmore: ex schedis Peyssonelii misit Ziegler. Habeo etiam ex schedis Odofr. Mülleri.

ΕΠΙΤΑΦΙΟΝΕΥΤΥΧΟΥ·
 ΗΡΙΟΝΕΙΜΙΚΑΙΟΥΚΕΝΟΝ
 ΟΣΤΕΑΓΑΡΜΟΙ
 ΠΕΜΨΕΝΑΔΕΛΦΕΙ
 5 ΟΥΦΡΟΝΤΙΣΑΠΕΙΤΑ
 ΛΙΗΣ·ΑΛΓΕΑΔΕΛΛΙ
 ΠΕΠΑΤΡΙ·ΑΠΟΛΥΠΛΕΙ
 ΟΝΔΕΤΕΚΟΥΣΗΙΑΤΡΙ
 ΤΟΝΩΔΕΙΝΩΝΟΥΚΕΤΑ
 10 ΡΙΘΜΟΝΕΧΕΙΣΤΟΡΓΗΝΔΟΙ
 ΧΟΜΕΝΟΙΟΠΕΡΙΚΛΑΙΟΥ
 ΣΙΝΑΔΕΛΦΟΙΠΑΙΔΕΣΔΟΡ
 ΦΑΝΙΗΝΧΗΡΟΣΥΝΗΝΔΕ
 ΓΥΝΗΙΔΕΤΡΙΗΚΟΝΤΑ
 15 ΖΩΗΣΜΟΝΟΝΕΣΧΕΝ
 ΙΑΥΤΟΥΣΚΛΙΔΥΟΤΩΦΘΟ
 ΝΕΡΩΔΑΙΜΟΝΙΜΕΜ
 ΦΟΜΕΘΑ

Litterae M, N hanc formam habent: **M, N.**
 Vss. 16. 17. 18. omittit Müllerus, ex quo dedi
 distinctionem versuum usque ad vs. 15. quam aliter
 exhibet Peyssonelius.

Ἐπιτάφιον.
 Εὐτύχου ἠρίον εἰμί, καὶ οὐ κενόν· ὅστέα γὰρ μοι
 5 πέμψεν ἀδελφειῶ φροντίς ἀπ' Εἰταλίας·
 ἄλγεα δ' ἔλλιπε πατρί, πολὺ πλείον δὲ τεκούσῃ,
 10 ἃ τρίτον ὑδείων οὐκέτ' ἀριθμὸν ἔχει.
 στρογγὴν δ' ὀχρμένοιο περικλαίουσιν ἀδελφαί,
 παῖδες δ' ὀρφανῆν, χηρσύνῃν δὲ γυνή.
 15 εἰ δὲ τρήκοντα ζῆς μόνον ἔσχ' ἐνιαυτοῦς
 καὶ δύο, τῷ φθονερῷ δαίμονι μεμφόμεθα.

6859.

In subterraneis musei Britannici in tabula rotunda; habeo ex schedis Mülleri.

ΣΗΜΑ ΜΕ ΝΥΚΤΕΛΙΟΙΟΝ
 ΟΣΤΕΦΕΣΟΙΧΟΜΕΝΟΙΟ
 ΔΥΣΤΗΝΩΝΟΡΑΑΣΔΑΚΡΥΟ
 ΕΝΤΟΚΕΩΝ

Σήμα με Νυκτελίου ν[ε]σπεφ[ε]ς σίχμενοιου
 δυστήνων ὀράας δακρυῶν τοκέων.

6860.

Epigramma in Oppianum (ex vitis Oppiani Brunck. III, 274. p. 582. Jacobs Animadv. III, 2. p. 190. Anthol. Palat. Append. n. 271), quod testante Welckero Mus. Rhen. III. 1845. p. 466. extat in schedis Ligorii, quae Romae in bibliotheca Vaticana asservantur, libr. XLIII delle antichità p. 155 et p. 195. Lapidem Ligorius se vidisse ait Venetiis apud Sebastianum Erizo virum nobilem. Conf. n. 6857.

ΟΠΠΙΑΝΟΣ ΚΛΕΟΣ ΕΣΧΟΝ ΛΟΙΔΕΟΝ ΑΛΛΑ ΜΕ ΜΟΙΡΕΩΝ
ΒΑΣΚΑΝΟΣ ΕΞΗΡΠΑΣΕ ΜΙΤΟΣ ΚΡΥΕΡΟΣ ΤΑΙΔΗΣ ΜΕ
ΚΑΙΝΕΟΝ ΟΝΤΑ ΚΑΤΕΣΧΕ ΤΟ ΤΟΝ ΕΥΕΠΙΗΣ ΕΠΙΣΥΠΟΦΗΤΗΝ
ΕΙΔΕ ΠΟΛΥΝ ΜΕΧΡΟΝ ΟΝ ΖΩΝ ΜΙΜΝΕΙΝ ΦΘΟΝΟΣ ΑΙΝΟΣ
5 ΕΙΑΣΕΝ ΟΥΚ ΑΝ ΤΙΣ ΜΟΙ ΕΙΣΟΝ ΓΕΡΑΣ ΕΛΛΑΧΕ ΦΩΤΩΝ

Sic schedae Ligorii. Varias lectiones ex libris enotantur hae: vs. 1. εἶλον ἀοιδίμον, ἔσχον ἀοιδῶν; vs. 2. ἐξήρπασε et ἐξήρπαξε, deinde κρυερός τ' et κρυερός δ'; vs. 3. κατέσχε; dele ΤΟ ap. Ligor. Vss. 4. 5. ζωῖς μίμνειν cet., Cod. Pat. ap. Rittersh. ζῶ μίμνειν cet., ἤθελεν pro εἶασεν et ἔλαχε; Cod. alt. Pal. et Mur. χρόνον μίμνειν φθόνος αἶνος εἶασεν οὐκ ἂν μου τις ἴσον κλέος ἔλαχεν ἐν χροῖνι φωτῶν. Vox εἶασεν est etiam in cod. Med. ap. Bandin. Catal. T. II. p. 587.

Ὀππιανὸς κλέος ἔσχον [ἀ]οιδέ[ω]ν, ἀλλά με Μοιρέων
Βάσκανος ἐξήρπα[ξ]ε μίτος, κρυερός τ' Ἀΐδης με
καὶ νέον ὄντα κατέσχε, τὸν εὐεπίης ἐπεφήτην,
εἰ δὲ πολὺν με χρόνον ζῶν μίμνειν φθόνος αἶνος
5 εἶασ', οὐκ ἂν τις μοί[ε] ἴσον γέρας ἔλλαχε φωτῶν.
ΛΟΙΔΕΟΝ non est i. q. ἀοιδῶν a recto ἀοιδός,
sed a recto ἀοιδή.

6860. b.

In lapide XXI poll. x lin. alto, XVI poll. VI lin. lato, olim *Aquis Sextiis* in hypogaeo domus Peyresciana, nec constat, ubi repertus sit. Ex schedis Peirescii edidit Sponius *Miscell. erud. antiq.* X, 127. p. 574. (Polen. *Suppl. Thes. Ant.* IV. p. 1595.); accuratius Fauris St. Vincens in libello: *Notice sur J. F. P. St. Vincens, Aix a. VIII et X. cum interpret. Villosioni*; deinde Chardon-la-Rochette *Magas. encycl. a. v.* (a. 1799.) T. V. p. 7 sqq. cum interpret. Lat. notisque Villosioni et suis (cf. *ibid.* p. 511. Marronis interpret. Lat. poet.) et in libro: *Mélanges de critique et philologie* 1812. T. I. p. 121 sqq. quae excerpta sunt in *Ἐξμῆ λογίῳ* 1813. p. 259 sqq. Commentatus est Fr. Münterus: *Erklärung einer Griech. Inschrift, welche auf die Samothracischen Mysterien Beziehung hat* (cf. *Jen. Allg. Litt. Zeit.* 1812.) quae commentatio repetita est in *Münteri Antiq. Abhandl.* 1816. p. 185 sqq. (cf. *Heidelb. Jahrb.* 1818. m. Maii). Rursus edidit Millin *Voyage dans le Midi de la France* T. II. p. 198 sqq. tab. xxx. 1. et vir doctus in libello: *Inscriptions en vers du musée d'Aix, Aix 1839.* Repetiit Iacobsius *Paralip.* II. n. 32. p. 779. *Anthol. Palat. App.* n. 219. (cf. *Animadv.* II, 2. p. 307. III, 2. p. 113.). Citatur in Mongaulti dissertatione in *Mem. de l'Acad. des Inscr.* T. I. p. 379. ex Abbate Prevotio *Hist. Sic. transl.* Middleton. Praef. p. LIV.

ΙΙΕΝΕ ΑΝΧΝΕCII
ΟΝΟΔΕΙΤΑ ΚΟΥΡΟΣ ΕΓΩ ΚΑΛΕΩ ΣΕ
ΘΕΩ Δ' ΛΟΣΟΥ ΚΕΤΙ ΘΗΝΗΤΟΣ ΗΙΘΕΟΣ
ΚΟΥΡΟΙ ΙΝΟΜΗΛΙΚΗ ΠΑΝΟΜΟΙΟΣ
5 ΠΛΩΤΩΝ ΣΩΤΗΡ ΣΙΝΑΜ ΚΛΑΙΟΙΣΙ
ΕΟΙ ΙΝ ΠΛΩΤΗΡ ΚΑΙ Ν ΕΩΤ
ΠΟΝΤΟΥ ΓΕΝΙΟΥ ΜΑΣΙ ΕΘΕΜ
ΥΣΕΒΗΤΙ ΕΝ ΛΑΧΩΝ
Ο Δ Ε Σ Η Μ Α Γ Π Α Υ Μ Α Ι Ο Υ Σ Ω Ν
10 ΑΙΚΑΜΑΤΟΙΟ ΚΑΙ ΑΧΘΕΟ Σ Η Δ Ε
ΠΟΝΟΙΟ ΤΑΥΤΑ ΓΑΡ ΕΝ ΖΩΟΙΣΙ
ΑΜΕΙΛΙΧΑΣ ΑΡΚΕΣ ΕΧΟΥΣΙΝ
ΕΝΔΕΤΕΘΝΕ ΙΣΙΝ ΟΜΗΓΥΡΙ
ΓΕ ΠΕΛΟΥΣΙΝ ΔΟΙΑΙΤΩΝ ΕΡΙ
15 ΜΕΝ ΕΠ' ΧΘΟΝΙ Η ΠΕΦΟΡΗΤΑΙ
Η Δ Ε ΤΕΡ' ΤΕΙΡΕΣΣΙ ΣΥΝΑΙΘΕΡΙΟΙΣ
ΧΟΡΕΥΕΙ Η ΣΤΡΑΤΙΗ ΣΕΙΣ ΕΙΝ
ΛΑΧΩΝ ΘΕΟΝ Η ΓΕ ΜΟΝ Η Α
L P S

Dedimus apographum Vincentis quale repetiit Millinus. Vs. 1. omittunt Spon. Roch. Vs. 2. ΟΝΟΝΕΙΤΑ omittunt Spon. Roch.; deinde Spon. ΚΟΙΡΟΣ ΕΠΙΚΛΕΩΣΕ. Vs. 4. init. Spon. ΚΟΙΡΟΙΣΙΝ, Roch. ΚΟΥΡΟΙΣΙΝ. Vs. 5. Spon. Roch. ΠΛΩΤΗΡΩΝ ΣΩΤΗΡ ΣΙΝ ΑΜΥΚΛΑΙΟΙΣΙ. Vs. 6. Spon. Σ. . ΟΙ. . Ν ΠΛΩΤΗΡ ΚΑΙ ΠΛΕΩΝΕΝ, Roch. ΘΕΟΙΣΙΝ ΠΛΩΤΗΡ ΚΑΤΑ ΠΛΕΩΝ. Vs. 7. Spon. ΠΟΝΤΟΥΤΕ

ΚΥΜΑΣΙΝ ΙΣΘΕΙΝ, Roch. ΠΟΝΤΟΥ ΤΕ ΚΥΜΑΣΙΝ ΙΣΤΗΝ. Vs. 8. Spon. ΕΥΣΕΒΗ ΤΡΕΦΕΩΝ ΔΕ ΛΑΧΩΝ, Roch. ΕΥΣΕΒΗ ΤΡΕΦΕΩΝ ΔΕ ΛΑΚΩΝ. Vs. 9. Spon. ΚΤΟΔΕΚΑ ΕΠΑΙΜΑΙΝΟΥΣΩΝ, Roch. ΤΟΔΕ ΣΗΜΑ ΠΕΠΑΥΜΑΙΝΟΥΣΩΝ. Vs. 10. init. Spon. ΑΡΑΜΑΙΟΙΟ, Roch. ΚΑΙΚΑΜΑΤΟΙΟ. Vs. 12. Spon. ΣΙΝΚΕΣ, Roch. ΣΑΡΚΕΣ. Vs. 13. Spon. ΕΝΔΕΤΕΘΝΕ ΩΣΙΝ ΟΜΗΓΕΡΙ., Roch. ΕΝΔΕΤΕΘΝΗΩΣΙΝ ΟΜΗΓΕΡΕΕΣ. Vs. 14. extr. Spon. Roch. ΕΤΕΡΗ. Vs. 15. Spon. ΕΠΑΧΘΟΝΙΗ, Roch. ΕΠΙΧΘΟΝΙΗ. Vs. 16. extr. Spon. ΣΥΜΑΙΘΕΡΙΟΙΣΙ, Roch. ΣΥΝΑΙΘΕΡΙΟΙΣΙ. Vs. 17. extr. Spon. Roch. ΕΙΣΕΙΛΑ. Characteres infra scriptos omittunt Spon. Roch.

- - - - - ἔχουσι [τύμβ]ον, ὀδεῖτα,
κοῦρος ἐγὼ καλέω σε, θεῶ φίλος, οὐκέτι θνητός,
ἡθεός, κούροι[σ]ιν ὀμηλική πανόμοιος
πλωτ[ήρ]ων σωτήρσιν, Ἀμυκλαίοισι [θεο]ῖσιν.
5 πλωτῆρ κα[ύτος] ἐὼν πόντου γ' ἐνὶ κύμασι[ν] ἤσθη,
εἰς εὐβίη τροφ[έων] [δὲ] λαχῶν [τ]όδε σῆμα [πέ]παυμαι
10 νόσων [κ]αὶ καμάτσιο καὶ ἄχθεος ἠδὲ πόνοιο.
ταῦτα γὰρ ἐν ζωῖσιν ἀμείλιχα σ[ά]ρκες ἔχουσιν·
ἐν δ' [αὖ] τεθνε[ῖω]σιν ὀμηγύρι[ές] γε πέλουσιν
15 δοιαί, τῶν ἐ[τ]έρη μὲν ἐπιχθονή πεφόρηται,
ἡ δ' ἑτέρη τείρεσσι σὺν αἰθερίοισι[ν] χορεύει·
ἡσ στρατιῆς εἰς εἰ[μ]ὶ λαχῶν θεὸν ἠγεμονῆα.

Vs. 1. Chardon-la-Rochette restituēbat: τοῖσιν δ' ἠχῆσσι παρ' ἀγυαλοῖσιν, ὀδεῖτα et μὴ ταχύνουσι παρέρχου ἔχουσι τύμβον ὀδεῖτα; melius Iacobsius: στήδι παρερχό-

μενος τόνδ' ἴχνεσι τύμβον, ἐδίτα; sed verba genuina praestare non possumus. Vss. 2. 3. 4. uterque ita legit, ut dedimus. Vs. 5. Chardon-la-Rochette legebat: πλωτήρ καὶ πολέων (Villoison. καὶ τὸ πλέον αὐτὰ κάρτα πλέων) πόντου γ' ἐν κύμασιν, ἤσθην (Villois. ἔστην); Iacobsius: πλωτήρ καὶ τὸς ἐάν πόντου γ' ἐν κύμασι νάσθην. Fuit haud dudie scriptum ΚΑΙΑΥΤΟC (i. e. καὶ τὸς); sed in fine videtur fuisse ΗCΘΗΝ, id quod praeiit Chard.-la-Roch. et ἤδεδαι ἐν τινι nota locutio est poetarum. Reliqua bene legerunt Chardon-la-Rochette et Iacobsius, nisi quod alter vs. 9. dedit ἐν δὴ τεθνεῖωσιν, Iacobsius: ἐν δὲ τεθνεῖωσιν, Viscontus coniecerat ἐν δ' αὖ τεθνεῖωσιν.

Villoisonus et Chardon-la-Rochette ex versibus tituli extremis collegerunt hominem Pythagoreum fuisse aut Platonicum sectae recentioris, comparantes hymnos Synesii II, 8. IV, 155. IX, 20. de chorea siderum; qui hymni etsi parum probant, tamen hominem, cui titulus positus est, mysteriis quibusdam initiatum fuisse sponte patet. Satis enim diserta doctrina est de coetibus animarum, quae aut ad terram revolvuntur ibique vagantur aut in sideribus agunt. Nec facile erit qui non recordetur mythorum Platonis, ex quibus animarum aliae novem milia annorum circa terram volutantur, aliae in contemplanda pulchritudine siderum versantur (Phaedr. 256. E. Phaed. 114 sqq. cf. Resp. X, 615. Tim. 42. B.). Propius ad rem accessit Münterus, qui ex Dioscurorum mentione atque ex mystica illa doctrina in fine tituli memorata coniecit epigramma ad hominem referri mysteriis Samothraciis initiatum: cui rei etsi copiosiore quam fructuosiore operam impendit, tamen plus iusto negavit censor commentationis Münterianae. Neque enim casui tribuenda Dioscurorum mentio, deorum illorum, qui alias Θεοὶ μεγάλοι Διόσκουροι Κάβειροι vocantur (Vol. II. n. 2296.), et constat inprimis nautas mysteriis Samothraciis initiatos fuisse, οἷς μυσούμενοι οὐδέποτε ἐναυάγουσιν (Schol. Aristid. Panath. p. 324. cf. Limburg-Brouwer T. VI. p. 321 sqq.). Inde satis, opinor, causae est, cur interpretes huius epigrammatis de Samothraciis potissimum mysteriis cogitaverit. Subscripsitque Münteri interpretationi etiam Creuzerus Symbol. et Mythol. T. II. p. 354 sq. (T. III. p. 32. edit. III.), qui, quum titulus, ut bene monuit Münterus, saeculo secundo sit vel tertio tribuendus, inde putat demonstrari religionem Samothraciam diu obtinuisse. Quamquam equidem non possum quin moneam mysteria Samothracia illa aetate videri aliorum mysteriorum elementis satis mixta fuisse, ut, quae in fine tituli de

animarum coetibus memorantur, vix decernas ex vetusta formula mysteriorum illorum interpretanda esse. Unde etiam male factum putamus, quod Münterus Samothraciae religionis ubique vestigia sibi visus est repperisse in monumento nostro. Neque enim vs. 6. quidquam reconditi est (*per pietatem parentum nactus hoc sepulcrum*), nec probari potest usum vocis σάρκες (*corpora*) significatione ex vocabulis Phoeniciis desumpta ad Samothraciam pertinere religionem. Omnino dictio vs. 8. Hellenismum sapit, nec quae Münterus ex Graecis profert, plane similia exempla sunt; prorsus alienum, quod ex Antiphonte afferitur (Stob. Serm. LIII. p. 217. edit. Wechel.); quadrat solum quod habetur ap. Max. Tyr. Diss. xxxiv. ἴδιον σαρκῶν ἠδοναί, νοῦ δὲ λόγος. Et nollem Creuzerus comprobasset rationem Münteri (Symbol. et Mythol. T. II. p. 457.). Nam mentionem σαρκῶν revocaveris etiam ad usum qualis est Vol. II. n. 3026. ὅστ' αὖ μὲν καὶ σάρκας ἐμὰς σπιλάδες διέχουσαν. Parum accurate Münterus etiam vs. 12. στρατιὰν explicabat de choro planetarum. Nam h. l. στρατιὰ est coetus alter animarum, quae planetas sectantur: qui quidem cum exercitu comparari eodem iure potest, quod a Platone Iovem dicitur sequi στρατιὰ Θεῶν τε καὶ δαυμόνων κατὰ ἕνδεκα μέρη κεκοσμημένη (Phaedr. 246. E.). Similiter vita acta cum stipendiis militaribus comparatur et στρατία (στρατεία) dicitur n. 4588. Ceterum de animarum parte astra sectantium comparandus titulus Thasius Vol. II. n. 2161. b. ubi ψυχὴ — ἐπιδήμιος ἀστραίς. De singulis praeterea pauca annotamus. Defunctus sese praedicat κοῦρον, Σεῦ φίλον, ἠΐθεον. Ad nomen eius proprium alludi vocabulis Σεῦ φίλος arbitrabatur Münterus. Parum probabiliter. Dioscuri Θεοὶ Ἀμυκλαῖοι vocantur ex fabula recentiore, quo Castor et Pollux Amyclis educati feruntur conf. Virgil. Georg. III, 89. Creuzer l. c. II. p. 312. (III. p. 26. edit. III.). Sub epigrammate quae sigla sunt Romana L P S, Münterus interpretatur longum aut latum pedes sex: qualis nota ad sepulcrum pertinens habetur etiam alibi in sepulcralibus (cf. n. 6268. 6300. 6682. 6688.). Quod autem Münterus putat ex his siglis probabile fieri monumentum ex Gallia esse, nihili est. Maiore iure dici potest nihil obstare quo minus Galliae censeamus esse, quod cultum Dioscurorum aliorumque deorum mysticorum ut Leucotheae (n. 6771.), ut Veneris cum Hercule compositae (n. 6769.), in hac ora condisse aliunde demonstrari potest (cf. Diodor. Sicul. V, 56.).

6861.

Cantabrigiae in scala bibliothecae collegii S. Trinitatis, in marmore sepulcrali; edidit Dobraeus Diar. class. T. XXX. p. 134. (conf. p. 145.). Rose Inscr. vetust. p. 399. (conf. p. 414.). Habeo etiam ex schedis O. Mülleri. Supra corona frondea insculpta est.

AC	ΕΝΘΑΔΕΓΗΚΑΤΕΧΕΙΝΕΟΝΑΝΕ	ΧΑΙΡΕ
ΠΑΠΙ	ΡΑΩΠΑΤΡΙΧΕΝΚΑΛΗ	
AC	ΧΘΩΝΔΟΚΙΜΟΙΟΤΟ	
	ΔΟΥΝΟΜΑΟΙΤΟΔΕΚΕΙΤΟ	
	ΠΑΠΙΑC/ΠΑCΙΚΡΑΤΟΥCΚΑΘ	
	Θ	

Litteras AC, pro quibus Müller habet AC, Dobraeus censet residere ex nomine ΠΑΠΙΑC quod lapicida primum iusto altius incidit. Vs. 3. extr. TO omittit Müller.

Παπίας χαῖρε.
Ἐνθάδε γῆ κατέχει νέον ἀνέρα, ᾧ πατὴρ ἦεν
καλὴ χυθὼν Δοκίμω, τὸ δ' οὐνομά οἱ τὸδ' ἔκειτο
Παπίας Πασικράτους· κάθ' ἔθανε δ' - - -

Titulum coniecimus ex Asia minore esse allatum. Videndumque ne Δόκιμον nunc dicatur oppidum Phrygiae, quod vulgo appellatur Δοκίμιον (Strab. Δοκίμια κώμη, Hierocl. Δοκίμιον). Vss. 5. 6. de coniectura non improbabili reposuimus pentameterum, in quo Παπίας pronuntiandum, ut Παππίας bisyllabum. De scriptura κάθ' ἔθανε cf. κάθ' ἔθανε Vol. II. n. 2169. et Elem. epigr. Gr. p. 247.

6862.

In anaglypho sepulcrali, quod fuit Venetiis apud Apostolum Zeno, missu Octavii Bochii edidit Murator. T. III. p. MDCCXXVII. 4. una cum anaglypho, cum interpret. Lat. et not.; accuratius dedit Maffei Mus. Veron. p. LIII. 9. Tractarunt Hagenbuch. Epist. epigr. p. 456. Leichius ad Carmin. sepulcr. p. 25. Repetierunt Bonada Anthol. II. p. 122. Burmannus ad Anthol. Lat. II. p. 223. Brunck. III, 305. n. 710. Jacobs. (Animadv. III, 2. p. 286.) Anthol. Palat. Append. n. 229.

ΠΟΛΛΑΠΕΡΙΓΕΝΟΥΧΑΙΡΕ
ΛΙΚΙΝΝΙΑΧΑΙΡΕΛΙΚΙΝΝΙΑΕΛΕΝΗΧΑΙΡΕ
ΛΑΙΝΕΟΣΣΤΗΛΗΜΕΠΕΡΙΞΕΧΕΙΕΚΔΕΜΕ
ΠΑΣΤΩΝΝΥΜΦΗΝΚΑΙΧΘΑΜΑΛΩΝΗΡΠΑΣΑ
5 ΦΝΩΣΑΙΔΑΣΠΟΛΛΑΛΥΓΡΑΓΟΝΕΥΣΙΛΙ
ΠΩΝΜΝΗΜΗΙΑΤΕΚΝΟΥ

Dedi apographum Maffeiianum. Muratorius vs. 4. ΝΥΝΦΗΝΚΑΙΚ pro ΚΑΙΚ; vs. 5. init. ΦΝΩΓΑΙΔΑΣ ΠΩΛΛΑΝΛΥΓΡΑ cet.

Πόλλα Περιγένου χαῖρε,
Λικιννία χαῖρε,
Λικιννία Ἑλένη χαῖρε.
Δαῖνεος στήλη με περίξ' ἔχει· ἐκ δέ με παστῶν
νύμφην κάχ, θαλάμων ἤρπασ' ἄφνωσ' Αἰῶς
Πόλλαν, λυγρὰ γονεῦσι λιπῶν μνημῆια τέκνου.
Non mutavi κάχ in κάκ ob litteram Θ. Hades dicitur λυγρὰ λιπῶν, ut n. 6239. Μοῖρα—λιπῶσα πατρὶ πένθος. Ceterum vide ne lapis Smyrnensis sit.

6863.

In domo Comitum de Guilford in marmore sepulcrali; habeo ex schedis Odofr. Mülleri.

ΠΑΝΤΟΣΑΤΟΙΣΧΡΗΣΤΟΙΣΦΘΙΜΕΝΟΙΣΝΟ
ΜΟΣΕΣΤΙΓΕΝΕΣΘΑΙ
ΤΩΝΔΕΤΥΧΩΝΚΑΓΩΤΟΝΔΕΤΑΦΟΝΚΑΤΕΧΩ

Πάνθ' ὅσα τοῖς χρηστοῖς φθιμένοις νόμος ἐστὶ γενέσθαι,
τῶνδε τυχῶν κάγω τόνδε τάφον κατέχω.

6864.

In aedicula sepulcrali, in qua representantur duae figurae viriles imberbes palliatae, olim Venetiis, nunc Mutinae in museo Estensi; ediderunt Maffei Mus. Veron. p. CCCLXXV. Cavedonius Mus. Est. del Catajo p. 61. Ex Maffeo repetierunt Brunck. Lectt. p. 303. edit. Lips. T. IV. p. 267. n. 695. b. Jacobs (Animadv. III, 2. p. 269.) Anthol. Palat. Append. n. 189. repetiit Furlanetto Lapid. Padovane p. 491 sq.

ΖΗΣΑΣΩΣΔΕΙΖΗΝΑΓΑΘΟΣΔΕΝ
ΑΠΑΣΙΝΟΜΙΣΘΕΙΣΘΡΕΠΤΟΣΑΚΜΗΝΝΕΟΣ
ΩΝΩΧΕΤΕΣΗΜΙΘΕΟΥΣ
ΠΑΤΡΟΒΑΣ ΠΑΤΑΣ

Cavedonius duobus versibus representat titulum flagitante metro. Idem vs. 2. ΘΡΕΠΤΟΣ, Maf-

feius habet ΗΔ. Cavedonius W pro Ω. Vs. 4. habet solus Furlanettus.

Ζήσας ὡς δεῖ ζῆν ἀγαθὸς δ' ἐν ἀπάσι νομισθεῖς
Θρέπτος ἀκμὴν νέος ὦν ἤχετ' ἐς ἡμιθέους.

Nomen defuncti est Θρέπτος. Nomina apposita Πατροβάς (fortasse Πάτροκλος) et Πα[π]ῶς ad propinquos pertinere videntur.

6865.

In fragmento anaglyphi quod fuit Veronae, ut videtur; ediderunt Maffei Mus. Veron. p. XLIX. 4. Venturi Guida al Mus. Veron. T. I. p. 90. tab. x. n. 24.

..ΡΓΕΝΟΣΟΥ...
..ΑΙ..ΟΝ..ΗΜΕΝΑΔΕΛΦΗ
..ΩΕΛΙΠΕΜΦΑΟΣΕΥΜΕΝΕΣΔΕ
..ΕΝΑ..ΔΕΩΠΕΡΕΩΣΑΙ

- - - γένος εὔ[σ]α - - -
- - - - - ἡ μὲν? ἀδελφὴ
- - - ἔλιπεμ φάος εὐμενὲς [ἄ]ε[ῖ]
- - - ε[ῖ]ν' Ἀ[ῖ]δεω περεῶσαι.

Sunt membra versuum heroicorum. Περεῶσαι scriptum pro περαιῶσαι.

6866.

In subterraneis musei Britannici in marmore sepulcrali; habeo ex schedis Odofr. Mülleri.

ΑΒΕΙΤΑ ΖΗΣΑΣΑ ἔΤΗ ΎΧ
ϙ ΜΗΝΑΣ ΔΥΩ
ϙ ΧΑΙΡΕΤΕϙ

Ἀβεῖτα ζήσασα ἔτη --, μῆνας δύο. Χαίρετε.
Defuncta alloquitur superstites. Ea nomine Avitata est. Siglum annorum fortasse fuit I vel K.

6867.

In marmore; edidit Maffei Mus. Veron. p. LIX. 2.

Θ Κ
ΑΓΑΘΕΙΝΟΣ
ΑΒΡΟΚΟΜΑΤΩ
ΑCΥΝΚΡΙΤΩ
ΦΙΛΩ

Θ(εοῖς) κ(αταχ)θονίαις).
Ἄγαθεινος Ἀβροκόμα τῷ ἀσυνκρίτῳ φίλῳ.
Ἀβροκόμας nomen est etiam in Persicis non in-
frequens. Cf. Letronne Revue archéol. IV, 2. p. 467 sq.

6868.

In altari, quod fuse descripsit Prideaux, inter marmora Arundeliana; edidit Chandlerus Marm. Oxon. II, XIX. Est apud Maittair. n. 504.

ΑΘΑΜΑΣΣΑΥΡΙΣΧΟΥ
. ΗΞΕΥΣΕΒΕΙΑΣΧΑΡΙΝ

Ἄθαμας Σαυρίσ[κ]ου. [τ]ῆς εὐσεβείας χάριν.

Prideaux nihil in eo praeter vocem ΧΑΙΡΕ le-
gere potuit. Et sane, inquit Chandlerus, elementa
non longa tantum aetate teruntur, sed de industria,
uti videtur, et aliis super ea inscriptis litteris ob-
scurantur.

6869.

In anaglypho necrodipnum representante, in lapide Choiseuliano n. 163. in museo Parisino; edidit Comes de Clarac Catal. mus. Paris. n. 557. Habeo ex schedis Odofr. Mülleri.

ΑΘΗΝΟΔΩΡΟΣ
ΟΔ—

Ἀθηνόδωρος - - -

6870.

Parisiis in lapide quod olim habuit De Boze, postea Foucault; ediderunt Montfaucon Ant. expl. T. V. P. I. p. 72. tab. 42. aeri in-
cisam; missu Bimardi Muratorius T. II. p. MXXVIII. 1. cum explicatione Bimardi et interpret. Lat.

ΦΙΛΑΝΔΡΙ
ΑCΕΙΝΕ
ΚΕΝ
ΑΙΑCΠΑΜΜΟΝΙΟΥ ΑΜΕΜΠΤΩCΒΙΩCΑC ΚΑΛΟΚΑΓΑΘΙΑC
5 ΕΙΝΕΚΕΝΧΡΗCΤΕΚΑΙΖΗΤΗΤΕΧΑΙΡΕΑΙΑCΑΙΑΝΤΟC
ΤΕΚΝΟΝ
ΕΤΩΝΚΕΝΕΤΕCΙΝΟΛΙΓΟΙCΛΥΠΗΝΚΑΤΕΛΙΨΕ
ΤΕΚΟΥCΙΜΟΙΡΑΔΩC
ΚΑΤΕΚΛΩCΕΟΘΕΝΗΛΥΘΕΚΑΙΠΑΛΙΑΠΗΛΘΕ

ΑΡΜ
ΟΝΙ
ΑC

Vs. 4. Mur. ΑΜΕΜΜΤΩC. Vs. 5. init. idem ΕΙ
ΝΕΚΟΝ. Vs. 9. idem ΗΛΥΤΕΚΑΙΠΑΛΙΑΠΗΛΤΕ.

Φιλανδρίας εἶνεκεν Ἀρμονίας.

Δίας Π. Ἀμμ[ω]νίου ἀμέμπτως βιώσας καλοκάγαθίας
5 εἶνεκεν χρηστῆ καὶ ζητητῆ χαῖρε.

Δίας Διάντ[ο]ς τέκνον ἐτῶν κ̄.

ἐν ἔτεσιν ὀλίγοις λίπην κατέλιπε τεκοῦσι.

Μοῖρα δ' ὡς κατέκλωσ'. ὅθεν ἤλυθε καὶ πάλι ἀπῆλθε.

Sepulti sunt una pater et filius; mater Har-
monia fuisse videtur, quae monumentum posuit.
Duos versus extremos heroicis esse putavit qui
fecit.

6871.

Patauii deinde Vicentiae infra anaglyphum, quo representatur vir in lecto cubans, mulieri manum porrigens; edidit Sert. Ursatus
Monum. Patav. I. s. 7. p. 276. n. 1. (cf. p. 273.); hinc Fabrettus Inscr. c. 5. p. 193. n. 450. repetiit Furlanettus Lapid. Pado-
vane p. 500. Tractavit Hagenbuchius Epist. epigr. p. 399.

ΑΙΔΗΜΩΝ
ΠΡΟΜΟΙΡΟΣ
ΝΩΣΑΣ

Apud Ursatum accentus appositi sunt manu re-
centiori.

Αἰδήμων προμοίρ[ω]ς [βι]ώσας.

Vs. 3. restituit etiam Hagenbuchius.

6872.

Avonione in Gallia Narbonensi inter lapides sepulcrales qui ex Graecia allati in museo asservantur. In anaglypho conspiciuntur
feminae sedentes velataeque duae, inter eas ancilla. Descripsit Stark. in Gerhardi ephem. archaeol. (Arch. Anzeiger 1853.
p. 370.).

ΑΙCΧΡΑCΤΗCΜΙΔΙΟΥ

Αἰσχρας τῆς Μιδίου.

6873.

In ara marmoris albi, in quo repraesentatur puer apprehendens gallum gallinaceum, insequens canis; edidit Oudendorpius e legato Papenbrökiano p. 23. n. 24. Extat in codice Dorvilliano n. 7. unde habeo ex schedis Odofr. Mülleri.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ ΕΤΩΝ Γ

Müller: ΕΠΟΝΕ . . pro ΕΤΩΝ Γ.

Ἀλέξανδρος ἑτῶν γ̄.

Fortasse lapis Smyrnensis est.

6874.

In lapide in museo Britannico, ubi inter fragmenta sculpturae Aegyptiacae a Saltio depositus est, olim in museo Kempiano, unde mittente Praeside de Mazaugues edidit Muratorius T. III. p. MDCXXVIII. 14. cum Lat. interpret. et not. Est in Monum. Kempianis p. 44. n. 37. Habeo etiam ex schedis Odofr. Mülleri.

ΑΛΕΞΑΝ
ΔΡΟΣ — Ϛ
ΟΝΕΩΤΕΡ
ΟΣ ΕΤΩΝ
5 Ϛ Ε Ϛ

Apud Muratorium et in monum. Kemp. est R pro P, ibidem addita sunt foliola, quae omisit Müllerus. Vs. 5. monum. Kemp. ~ Γ Ϛ, Murat. Ε Ϛ, Müll. Ϛ Ε.

Ἀλέξανδρος ὁ νεώτερος ἑτῶν ε̄.

6875.

In anaglypho sepulcrali, quo repraesentatur femina in lecto recubans; edidit Maffei Mus. Veron. p. II. 7.

ΑΜΜΙΑ ΑΣΚΛΗΠΙΑ
ΔΟΥΧΡΗΣΤΗΧΑΙΡΕ

Ἀμμία Ἀσκληπιάδου
χρηστὴ χαῖρε.

6876.

Mutinae in museo Estensi del Catajo in aedicula, in qua repraesentatur Cybele tympanum et cornucopiae tenens inter duos leones, ad dextram homo chlamyde amictus urceum tenens, pone puer. Edidit Cavedonius Mus. Estes. del Catajo p. 101. repetiit Furlanettus Lapid. Padovane p. 497.

ΑΝΑΞΙΠΟΛΙΣ
ΧΑΙΡΕ

Ἀναξίπολις
χαῖρε.

6877.

Edidit Dousa Itinerar. Constantinop. p. 93.

ΑΝΕΙΚΗΤΙΟΙ
ΚΑΙ·ΜΑΧΙΜΟΣ
ΚΑΙ·ΜΥΡΤΙΛΟΣ
ΚΑΙ·ΣΤΡΑΒΩΝ
5 ΜΝΗΜΗΣ·ΧΑΡΙΝ

Ἀνεικήτ[ω] Κ[λ]. Μά[ξ]μος καὶ Μυρτίλος καὶ Στράβων
μνήμης χάριν.

6878.

Sub anaglyphis musei Medicei; ex schedis Andreinii edidit Gorius Inscr. Etrur. T. II. p. 465. 96. Habet etiam Maffei Mus. Veron. p. LIII. 6.

ΑΝΤΙΟΧΕ ΑΛΕΞΑΝ
ΔΡΟΥ ΛΑΟΔΙΚΕΥ
ΧΡΗΣΤΕΧΑΙΡΕ

Gorius ΛΑΟΔΙΚΕΙΧΡΗΣΤΗ.

Ἀντίοχε Ἀλεξάνδρου Λαοδικεῦ,
χρηστὴ χαῖρε.

6879.

Infra anaglyphum musei Parisini, quo vir et mulier duoque pueri exhibentur; edidit Comes de Clarac Catal. mus. Paris. n. 251. Habeo ex schedis Odofr. Mülleri.

ΗΝΟ . ΝΤΙ
ΔΩΡΑ . ΧΕΧΑΙ
ΧΑΙΡΕ

[Ζ]ηνο[δ]ώρα [Ἀ]ντί[ο]χε
χαῖρε. χαῖ[ρε].

Feminae nomen potest esse etiam Μηνωδώρα.

6880.

In subterraneis musei Britannici in lapide lato litteris magnis; habeo ex schedis Odofr. Mülleri.

Α Π Ι Ω Ν
Η Σ Τ Ε Χ Α Ι Ρ Ε

Ἀπίων [χρ]ηστὴ χαῖρε.

6881.

Lapis Dawkinsianus; edidit Chandler Marm. Oxon. II, LXXXI.

Τ Ο Μ Η Μ Α Α Π Ο Λ Λ Ο Δ Ω
Ρ Ο Υ Τ Ο Υ Φ Ι Λ Ο Ξ Ε Ν Ο Υ

Τὸ μῆμα Ἀπολλοδώρου τοῦ Φιλοξένου.

6882.

In anaglypho, in quo mulier sedet, duae figurae muliebres adstant; edidit Iac. Samuelis Söndberg Prodrromus inscriptionum musei Holmiensis, Upsal. 1833. n. 3.

ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΥ (sic)
ΙΠΠΟΤΟΥΝΕΑΠΟΛΙΤΑ
ΓΥΝΗΔΕΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ
ΧΡΗΣΤΗΧΑΙΡΕ

Ἀπολλωνία, [Ἔ]υ[γάτηρ] Ἰππότου Νεαπολίτα, γυνὴ δὲ Πτολεμαίου, χρηστὴ χαῖρε.

6883.

In museo Britannico in basi; habeo ex schedis Gerhardi, qui accepit a Britanno quodam.

ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΝΒ̄ΤΟΥ
ΕΡΜΟΓΕΝΟΥΣΤΟΝΕΠΙ
ΚΑΛΟΥΜΕΝΟΝΛΕΥΚΑ
ΚΑΝΟΝΤΟΝΠΑΤΕΡΑΠΕ
5 ΡΑΙΑΣΤΗΣΜΗΤΡΟΣ
ΤΗΣΣΩΚΡΑΤΟΥΣΝΕΡ
ΣΑΝ.ΘΑΥΤΟΙ
Ν.ΑΝΔΡΙΑΝΤΑΣ
ΠΑΝΚΡΑΤΙΟΣΣΩΚΡΑΤΗΣ
10 ΟΑΛΕΙΠΤΟΣΑΘΛΗΤΗΣ
ΤΟΝΙΔΙΟΝΠΑΠΠΟΝ

[τοῦ ἀναστή]σαν[τος] αὐτοῖν [τοῖς] ἀνδριάντας Παν-
10 κράτιος Σωκράτης ὁ ἄλειπτος ἀθλητὴς τὸν ἴδιον πάπ-
πον.

De voce ἄλειπτος cf. n. 5909. Socrates athleta Pancratius audit desumpto ex arte nomine. Matri idem statuum ponit n. 6884. Stemma familiae hoc est:

Hermogenes.
|
Apollonius.
|
Apollonius ὁ ἐπικαλούμενος Λευκανός.
|
Peraea.
|
Socrates.

Ἀπολλώνιον Β̄ τοῦ Ἑρμογένους τὸν ἐπικαλούμενον Λευ-
5 κανόν, τὸν πατέρα Περαιῆς τῆς μητρὸς τῆς Σωκράτους

Repetita syllaba KA vss. 3. 4. quadrataro deberi vi-
detur.

6884.

In museo Britannico in basi; habeo ex schedis Gerhardi, qui accepit a Britanno quodam.

ΠΕΡΑΙΑΣΠΑΡΘΕΝΙΚΟΝ
ΑΝΔΡΙΑΝΤΑΘΥΓΑΤΡΟΣ
ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥΒ̄ΤΟΥΕΡ
ΜΟΓΕΝΟΥΣΣΩΚΡΑΤΗΣ
5 ΤΗΣΙΔΙΑΣΜΗΤΡΟΣ
ΟΑΛΕΙΠΤΟΣΑΘΛΗΤΗΣ

Περαιῆς παρθενικὸν ἀνδριάντα θυγατρὸς Ἀπολλωνίου Β̄
5 τοῦ Ἑρμογένους Σωκράτης τῆς ἰδίας μητρὸς ὁ ἄλειπτος
ἀθλητὴς.

Conf. n. 6883.

6885.

In oppido Ateste, ex collectione, ut videtur, Francisci Quirini Veneti Patricii; edidit Salomonius Inscr. agri Patavini p. 81. accuratius Muratorius T. III. p. MDCXXXVI. 6. cum Lat. interpret. repetiit Furlanettus Lapid. Padovane p. 503.

ΑΡΓΑΙΟΣΜΑΡΜ
ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΟ
ΧΡΗΣΤΕΧΑΙΡΕ

Salomonius vs. 1. ΑΡΓ. . . . ΤΟΥΜΑΡΜ. . . ., et cetera lacunosa.

Ἀργαῖος Μαρμ[άκου] Ἀλεξανδρε[ύς]. χρηστὴ χαῖρε.

Argaei nomen Macedonum esse ac bene convenire cum Alexandrino monet Cavedonius Bullett. dell' Inst. arch. Rom. 1848. p. 112.

6886. 6887.

Musinae in museo Estensi in aedícula sepulcrali in qua repraesentatur femina velata sedens porrigens manum viro adstanti; inter utrumque puer, pone herma; edidit Cavedonius Mus. Estes. del Catajo p. 90. repetiit Furlanetto Lapid. Padovane p. 492.

ΙΚΟΝΙΟΝΑΝ
ΔΡΟΜΑΧΟΥ
ΑΝΤΙΟΧΙΞΕΑ
ΧΡΗΣΤΗΧΑΙΡΕ

Ἰκόνιον (i. e. Εἰκόνιον) Ἀνδρομάχου Ἀντιόχισσα
χρηστὴ χαῖρε.

ΑΡΙΣΤΟΝΙΚΕ
ΑΡΙΣΤΑΡΧΟΥ
ΑΘΗΝΑΙΕΧΡΗΣ
ΤΕΧΑΙΡΕ

Ἀριστόνικε Ἀριστάρχου Ἀθηναῖε
χρηστὴ χαῖρε.

6888.

In basi in qua exsculptus homo adstante puero, olim in museo Borgiano; ex schedis sacrae congregationis de propaganda fide edidit Clemens Cardinalis Opusc. lett. Bologna 1819. fasc. XII. p. 275. n. 168.

ΑΡΣΑΜΗΧΡΗΣΤΗΧΑΙΡΕ

Ἀρσάμη χρηστὴ χαῖρε.
Lapis ex Graecia allatus dicitur.

6889.

In anaglypho, in quo mulier in lecto sedens, figurae adstant duae; edidit Iac. Sam. Södberg Prodrum. inscriptionum musei regii Holmiensis, Upsal. 1852. n. 4.

ΑΡΤΕΜΙΣΙΑΣ
ΚΑΛΛΙΓΕΝΟΥ

Ἀρτεμισίας Καλλιγένου.

6890.

In anaglypho sepulcrali; ediderunt Maffei Mus. Veron. p. LII. 12. et Venturi Guida al Mus. Veron. T. I. tab. 9. p. 79. n. 20. (cf. p. 78.)

ΑΡΧΑΓΑΘΕΔΙΟΔΩΡΟΥ
ΧΡΗΣΤΕΚΑΙΑΛΥΠΕΧΑΙΡΕ

Ἀρχάγαθε Διοδώρου
χρηστὲ καὶ ἄλυπε χαῖρε.

6891.

In museo Estensi del Catajo in anaglypho in quo repraesentatur homo barbatus recubans prope mensam tripodem; edidit Cavedonius Mus. Est. del Catajo p. 60. repetiit Furlanettus Lapidum Padovane p. 496.

ΛΕΜΕΝΟΣΘΕΟΔΩΡΟΥ
. ΟΣΜΙΩΕΒΙΩΕΑΣ

[Ἀ]σμενος Θεοδώρου
[κ]οσμίως βιώσας.

6892.

In marmore ex collectione Besboroughiana, ut e schedis Townley, quae asservantur in bibliotheca Britannica, vidit Odofr. Müllerus. Est nunc in subterraneis musei Britannici. Inest anaglyphum piscatorem exhibens. Misit Müllerus.

ΑΓΑ
ΘΗΜΟΝ
ΡΟΣΑΙΑΧΩ
ΣΥΝΤΡΟΦΩΜΝΗ
5 ΜΗΧΑΡΙΝ

Ἀγαθήμ[ε]ρος Ἀσ[τ]ιά[κ]ω
συντρόφω μνήμης χαῖρε.

6893.

Lapis Dawkinsianus cum anaglypho; edidit Chandler Marm. Oxon. II, XCL. aeri incisam.

ΑΤΙΚΑΛΑΜΨΙΟΣ
ΓΥΝΗΗΡΟΔΩΡΟΥ

Ἀτ[τ]ικὰ Λάμψιος, γυνὴ Ἡροδώρου.
Femina ex matre vocata videtur.

6894.

Inter marm. Oxon. II, XLII.

ΚΟΙΝΤΕ ΑΥΪΛΛΙΕ ΓΑΪΟΥ ΥΙΕ ΡΩΜΑΙΕ
ΧΡΗΣΤΕ ΧΑΙΡΕ

Κοίντε ΑὐΪλλιε, Γαίου υἱέ, Ῥωμαῖε,
χρηστὲ χαῖρε.

6895.

Olim Parisiis apud Bandelob, in anaglypho; edidit Maffei Galliae ant. sel. 18. p. 87. unde repetiit Muratorius T. III. p. MDCXLIV. 4. cum Lat. interpret. Habet etiam Caylus Recueil d'antiq. T. VI. P. III. tab. 64. 2. (cf. p. 204.) aeri incisam.

ΑΥΞΗΣΙΑΝΔΡΕΟΥ
ΧΡΗΣΤΗΧΑΙΡΕ

Αὐξήσις Ἀνδρέου
χρηστὴ χαῖρε.

6896.

In anaglypho sepulcrali feminam et puerum repraesentante; edidit Maffei Mus. Veron. p. LIII. 7.

ΑΦΡΟΔΙΣΙΑΕΠΑΓΑΘΟΥ

Hoc loco anaglyphum.

ΧΡΗΣΤΗΧΑΙΡΕ

Ἀφροδισία Ἐπαγάθου
χρηστὴ χαῖρε.

6897.

In lapide; edidit Maffei Mus. Veron. p. LXL. 2.

ΒΛΑΣΤΗ
ΕΤΩΝ
μ
ΣΥΡΙΩΝ
ΕΤΩΝ
ΙΕ

Βλάστη ἐτῶν μ. Συρίων ἐτῶν ιε.

6898.

Sub ara rotunda, in qua crania et pancrepa exsculpta sunt, in museo Britannico; habeo ex schedis Rosii et Odofr. Mülleri.

ΓΑΕΙΕΚΑΣΙΝΙΑΞΡΗ
ΣΤΕΧΑΙΡΕΚΑΙΥΓΙΑΙΝΕ

Γάειε Κασινία[ς]
χρηστὲ χαῖρε καὶ ὑγίαινε.

6899.

Aquis Sextiis in domo D. Saint-Vincens; edidit Millin Voyage dans le midi de la France Vol. II. p. 203. n. 14.

5 ΓΑΙΑΝΙ
ΠΗΝΙ
ΔΟΥΛΗΧ
ΑΜΕΝΤΟΙ
ΠΑΝΙΟΝ·ΙΙΟ

Γαίᾳ - - - δούλη χρ[ηστῆ] ἀμένπτω Ἰρανίων - - -
Vide ne litteris Latinis scriptum nomen sit
quod latet vss. 1. 2.

6900.

In anaglypho repraesentante figuram hominis palliati adstante puella, olim Patavii, posthac in museo Veronensi; edidit Sert. Ursatus Monum. Patav. I, 5, 6. p. 247. n. 1. (cf. p. 248.); hinc Reinesius Cl. XVII. p. 850. n. 61. Salomoni Agr. Pat. p. 161. Muratorius T. III. p. MDCLXXXIII 6. cum Lat. interpret. Habet etiam Maffei Mus. Veron. p. CCCCLXXXVII 1. repetiit Furlanettus Lapid. Padov. p. 502. De lapidibus Patavium aliunde advectis dicit Hagenbuch. Dipt. Brix. in epist. ad Beck. p. CCV.

ΓΛΑΥΚΟΣ ΓΛΑΥΚΟΥ
ΧΡΗΣΤΕ ΧΕΡΕ

Mur. ΧΑΙΡΕ.
Γλαῦκος Γλαύκου, χρηστὲ χεῖρε (χαῖρε).

6901.

Inter marmora Oxoniensia lapis altaris quadrati formam referens, de quo Chandlerus in syllabo: „desunt in superiore eius parte nonnulla vi abrupta: in ima voces scriptae erant imprimis, uti nunc damus; superest enim plus spatii, quam quod satis sit recipiendis, quae uncis inclusae sunt, litteris.” Edidit Reinesius Synt. Cl. XVIII. p. 870. n. 16. Habet Maittaire Marm. Oxon. XXIV. Chandler. Marm. Oxon. LXXXIV.

5 Θ Κ
ΚΟΡΝΗΛΙΟΣ
ΓΛΥΚΩΝΙΚΑΙ
ΤΕΡΤΥΛΛΕΙΝΗ
ΓΝΗΣΙΟΙΣΚΑΙ
ΠΙΣΤΟΙΣ ΑΠΕΛΕ
Π.ΚΟΡΝΗΛΙΟΣ ΣΩΤΗΡΙΧΟ

Vs. 6. ΑΠΕΛΕ cum toto versu extremo omittit
Maittaire.

Θ(εοῖς) κ(αταχθονίοις).
5 Κορνηλί[ο]ς Γλύκωνι καὶ Τερτυλλεῖνῃ γνησίοις καὶ πιστοῖς ἀπελε[υθέροις] Π. Κορνήλιος Σωτήριχο[ς].

6902.

Mutinae in museo in aedicula fastigiata in qua homo palliatus sedens repraesentatur porrigens manum feminae adstanti, utrinque puer et puella; edidit Cavedonius Mus. Estes. del Catajo p. 93. repetiit Furlanetto Lapid. Padovane p. 487.

ΓΟΡΓΙΑΑΣΚΛΗ
ΠΙΑΔΟΥΑΘΗΝΑΙ
ΕΧΑΙΡΕ

Γοργία Ἀσκληπιάδου Ἀθηναῖε χαῖρε.

6903.

In anaglypho in loco Saint-Remy Galliae reperto, in quo dicuntur esse symbola s. emblemata Christiana; edidit Millin Voyage dans le midi de la France Vol. III. p. 405. tab. LIX. 8.

ΤΟΡΤΟΝΙ
ΧΑΙΡΕ

Γοργόνι χαῖρε.
De nomine conf. n. 6645. b.

6904.

In tabula; ediderunt Maffei Mus. Veron. p. LX. 6. Venturi Guida al mus. Veron. T. I. tab. XI. n. 28. ad p. 95. (cf. p. 99.)

ΓΡΑΜΜΑ
ΤΕΥΣ
ΕΤΩΝ ΙΘ
ΧΑΙΡΕ

Γραμματεὺς ἐτῶν ιθ, χαῖρε.

6905.

Lapis Nanius ex Graecia aut Graecis insulis allatus; edidit Biagi Monum. Gr. inter epitaphia n. 3. Est in Mus. Nan. ant. coll. n. 405. aeri incisa.

ΔΑΜΟΚΡΑΤΗΣ Δαμοκράτης.

Videtur esse Corcyraea.

6906.

In plasmate vitreo ex gemma collectionis Ducis de Devonshire vaccam repraesentante; edidit Winckelmann Descr. des pierres grav. cet. Cl. VII. 19. (Stosch. P. gr. tab. xi. Tölken Verzeich. d. ant. Steine d. K. P. Gemmensamml. p. 408.). Cf. Köhleri Opp. III. n. 169. Gemma sardonyx est quam repraesentat Bracci Mem. degli incis. T. I. tab. xxv. Cf. Visconti Op. var. T. II. p. 530. n. 557. et quos recenset Com. de Clarac Catal. des artist. p. 46.

ΑΠΟΛΛΩΝΙΔΟΥ Ἀπολλωνίδου.

Huius scalptoris inter quatuor celeberrimos mentionem facit Plinius H. N. xxxvii. 4. Cf. Sillig p. 78. Cornalinam eodem nomine insignitam ex coll.

de la Haye post Viscont. Op. var. T. II. n. 556. p. 330. recenset Com. de Clarac l. c. et R. Rochette Lettre à Mr. Schorn edit. alt. p. 46. qui etiam subditicia quaedam commemorant. Gemmas cum inscriptione ΑΠΟΛΛΩΝΙΔΟΥ profert etiam Spon. Misc. erud. ant. IV. p. 122.

7160.

In amethysto Dianam repraesentante, nunc collect. Neapol. ediderunt Spon Miscell. erud. ant. p. 122. Stosch. tab. 12. Bracci T. I. tab. XXVI. Natter méthode cet. p. 49. tab. XXXII. Lippert I. p. 88. 210. Viscont. Op. var. II. p. 179. Raspe n. 2144. Gemmae exemplaria habentur ap. Winckelm. Descr. cet. n. 295. p. 77. Lippert I. 211. Raspe n. 2145. 2147. Citat Com. de Clarac Catal. des artist. p. 46.

ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ

Ἀπολλωνίου.

De Apollonio cf. Viscont. l. c. p. 122. Köhleri Opp. III. p. 210.

7161.

In gemma scarabaei formam referente; edita est in ephemeride Nouvelle letterarie di Firenze dell' anno 1787. n. 48. col. 755 sqq. Cf. Amaduzzi Saggi di Corton. T. IX. p. 149. R. Rochette Lettre à Mr. Schorn edit. alt. p. 271. Com. de Clarac Catal. des artist. p. 53.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΙΧΗΣ

Ἀριστοτέ[λ]ης.

arch. Rom. T. XVII. 1845. p. 271. qui de forma ΑΡΙΣΤΟΤΕΥΧΗΣ vel ΑΡΙΣΤΟΤΕΧΝΗΣ cogitat. Sed Λ saepenumero ita exaratur in monumentis, ut litterae X speciem prae se ferat. Ductus I pro nihilo putari potest ut alibi.

Nomen Ἀριστοτέλης nihili esse vidit Letronnius Étude des noms propres Grecs in Annal. Inst.

7162.

In iaspide rubra heroem Graecum repraesentante, in Bibliotheca Parisina; edidit Dumersan Notice cet. p. 14. n. 229. Cf. R. Rochette Lettre à Mr. Schorn edit. alt. p. 121. Com. de Clarac Catal. des artist. p. 52.

ΑΡΙΣΤΩΝΟΣ

Ἀρίστωνος.

7163.

In cornalina in qua Venus marina a Tritone sustentata, ex collect. Comitum de Thoms tab. XIII. n. 2. nunc in museo de la Haye (de Jonge Notice cet. p. 145. qui omisit inscriptionem). Citavit Lessing Collectan. T. XV. p. 277. Nomen incisum est Veneris vesti. Cf. Com. de Clarac. Catal. des artist. p. 49 et R. Rochette Lettre à Mr. Schorn edit. alt. p. 120.

ΑΡΧΙΟΝΟΣ

Ἀρχι[ω]νος.

7164.

In iaspide rubra Minervae caput repraesentante; ediderunt Caninius Iconogr. tab. 32. n. 92. Bellorius tab. 73. Gronov. Thes. A. Gr. T. II. tab. 85. qui nomen male reddunt; Stosch. P. Gr. tab. XII. Bracci l. c. T. I. tab. XXIX. Winckelmann Descr. des pierres grav. n. 190. p. 61. Lippert I. p. 52. n. 119. Eckhel Choix de pierres grav. tab. XVIII. De Murr p. 51. Millin Intr. p. 185. Raspe n. 1556. Quatr. de Quincy Iup. Ol. tab. IX. Millin Gall. myth. T. I. tab. 37. Eandem gemmam ni fallor describit Arneth Das K. K. Münz- und Antiken-Kabinet, Wien 1845. p. 83. n. 117.

ΑΣΠΑΣΙΟΥ

Ἀσπασίου.

Caninius et qui inde hauserunt, male legerunt ΑΣΠΑΣΟΥ. Idem nomen sculptoris habetur in iaspide rubra Iovis caput exhibente Mus. Florent. T. II. tab. III. 1. (Stosch. tab. xv. Bracci l. c. T. I. tab. XXVIII.): in iaspide rubra Bacchi caput repraesentante (Viscont. Mus. P. Clem. T. VI. p. 63.) et in aliis gemmis ap. Raspe n. 10652. et n. 1822. Idem nomen meritum putatur subesse gemmae musei Worsleyani 143. n. 6. (ΑΙΠΑΣΙΟΥ), gemmae a Viscont. Mus. P. Clem. T.

VI. tab. 8. Opere var. T. I. p. 194. descriptae (ΑΣΠΑΣΕΙΟΥ). Adde gemmam collectionis de Thoms (tab. XIII. 4.), in qua ΑΣΠΟΥ insolentius decurtatum p. ΑΣΠΑΣΙΟΥ. Vide Raoul - Rochette Lettre à Mr. Schorn edit. alt. p. 121 sq. Cf. Com. de Clarac Catal. d. artist. p. 55. Quamquam non negaverim has tres inscriptiones videri posse recentioris esse fabricae, ut censuit Letronnius Étude des noms propres Grecs in Annal. Inst. arch. Rom. T. XVII. 1845. p. 270 sq. Brevior de hoc sculptore est Sillig l. c. p. 100. Köhler III. p. 180 sq. 193.

7165.

In gemma quae Herculem repraesentat Apollini bovem mactantem; edidit Caylus Rec. d'antiq. T. V. P. 5. tab. 49. 5. (Cf. p. 132.) aeri incisam. Cf. Com. de Clarac Catal. des artist. p. 58.

ΑΤΟΥ

Quid nominis subsit non liquet. Idem fragmentum dicam an integrum nomen habetur etiam in nummo Smyrnensi ap. Mionnet. Suppl. V. 309.

7166.

In cornalina, in qua Amor vincus; ediderunt Winckelmann Descr. des pierres grav. p. 147. n. 819. S20. Lippert II. p. 66. Denh. I. p. 92. n. 37. et p. 106. n. 44. Bracci l. c. T. I. tab. XXXIII. Raspe n. 6988. Cf. Viscont. Op. var. T. II. p. 193.

ΑΥΛΟΣ

Ἀύλος.

Idem nomen frequentius est in gemmis, ut

INSCR. GR. VOL. IV.

I

ΑΥΛΟΣ s. ΑΥΛΟC in cornalina coll. de Thoms tab. v. n. 1. Raspe n. 7067. — ΑΥΛΟC in granato partem equi anticam repraesentante ap. Cayl. Rec. d'ant. T. II. P. 3. tab. 52. 1. (cf. p. 155.) et ap. Bracci l. c. T. I. tab. xxxix. — ΑΥΛΟΥ in sarda caput Aesculapii exhibente ex coll. Stroziana nunc Ducis de Blacas ap. Gorium Mus. Florent. T. II. tab. vii. n. 3. Bracci T. I. tab. xxxiv. Cf. Winckelm. Hist. art. T. VII. p. 150. Lippert I. p. 236. n. 652. Viscont. Op. var. T. II. p. 177. cuius gemmae exemplaria repetita sunt; in cornalina Fauni caput repraesentante ex coll. Jenkins (Winckelmann. Mon. ined. p. 72. n. 58.) Bracci T. I. tab. xxxvi. Viscont. Op. var. T. II. p. 207. — in lapide Chalced. in quo Amor cum cornucopiae ap. Raspe n. 6607. — in cornalina cum capite Augusti ap. Lippert II. p. 189. n. 577. Raspe n. 10813. — in cornalina cum capite Tiberii ap. Dubois. Descr. des antiques de M. le Comte de Pourtalès-Gorgier p. 161. n. 1108. — in sarda in qua miles armatus in equo concitate currente ex coll. Stosch. tab. xvi. Gorius Mus. Flor. T. II. tab. ii. n. 1. Bracci T. I. tab. xxxviii. Tölken Verzeichn. der Steine Cl. VI, 11. Panofka Gemmen mit Inschr. tab. II, 45. — in sarda caput ignotum repraesentante ap. Bracci T. I. tab. xxxxi. — in sarda (ΑΥΛΟΥ) in qua qua-

driga ex coll. Stosch. tab. xvi. Tölken l. c. VI. 133. Panofka l. l. II. 46. Bracci T. I. tab. xxxvii. Lippert II. p. 234. n. 900. Raspe n. 7896. — in alia Venere et Amorem repraesentante eiusd. coll. Winckelmann Descr. des pierres grav. Cl. II. n. 573. in alia denique ap. Bracci T. I. tab. xxx. et in aliis quas omnes dinumerare longum est. Opera Auli quum satis diversi sint generis neque omnia artis insignioris, fuerunt, qui plures scalptores eiusdem nominis fuisse putarent; in quibus qui sex posuerunt fuisse, subtilius sane quam verius disputasse videntur. Silligius p. 103. duos voluit esse, alterum fortasse Augusti aetate florentem, alterum, qui patris nomen adscripsit (n. 8029.), recentiorem. Probabilius Viscontus Op. var. T. II. p. 122. Mus. P. Cl. III. 53. quem sequuntur Millinus et Rochettus (Lettre à Mr. Schorn edit. alt. p. 123) rem ad falsariorum artem revocavit, qui eo nomine abuterentur aut ad usum etiam antiquiorem, quo discipuli operibus suis solebant nomina magistri inscribere. Plura de abusu nominis Auli congessit Com. de Clarac Catal. des artist. p. 62. Huc rettuleris cornalinam collectionis Stoschianae (Tölken Verzeichn. p. 419. n. 243.) in qua gallus gallinam calcans et nomen mutilum -- ΛΟΥ, fort. ΑΥΛΟΥ, nisi malis ΥΛΟΥ (v. n. 7205).

7167.

In plasmate vitreo in quo Neptunus et Amynone repraesentari videntur, ex collect. Barberini; edidit Viscontus Mus. P. Clem. Tom. III. p. 53. g. Cf. Opere varie T. II. p. 120.

ΑΥΛΟC ΑΛΕΞΑΕΠΟΙΕΙ Αἰλος Ἀλεξῆς ἐποίησεν.

Aulus hic an idem sit, qui gemmis ad n. 7166. commemoratis nomen dedit, non liquet. Eundem fuisse probabile videtur. De nomine Ἀλεξῆς recte iudicarunt Viscontus l. c. Letronnius Étude des noms propres Grecs in Annal. Inst. arch. Rom. T. XVII.

1845. p. 267.), R. Rochettus Lettre à Mr. Schorn edit. alt. p. 124 sq. qui apte Welckeri et Osanni (Kunstbl. 1827. n. 84. 1830. n. 84. Syll. inscr. p. 198.) refutavit opiniones. Köhlerus p. 171 gemmam spuriam iudicat, neque aliter sentit de omnibus lapidibus Auli nomine insignitis p. 165 sq. 179, 193. Quod apud Viscontum l. l. Σ et Ε expressum est, vix recte factum est.

7168.

In sarda in qua Cupido alatus nodoso baculo innixus ex collect. Florent. edidit Gorius Inscr. T. I. Gemm. tab. v. n. 2. et Mus. Florent. T. II. tab. 3. n. 5. Cf. Raspe n. 6661. Bracci l. c. I. p. 232. Com. de Clarac Catal. des artist. p. 65.

ΖΟΛΛΗΙΔΙΘ

Nomen portentosum, quod licet a Zannonio (Gal. di Fir. V. T. II. tab. 49. n. 2. p. 97.) explicitum sit, Letronnius Étude des noms propres Grecs in Annal. Inst. arch. Rom. T. XVII. 1845. p. 271. et R. Rochettus Lettre à Mr. Schorn edit. alt. p. 126 sq. iure ex catalogo artificum (Sillig p. 108.) exulare iusserunt. Et nomen recentiori manui deberi satis apparet. Sed inde non sequitur, prorsus nihili esse. Nam

quum artifices recentiores constet saepe veterum scalptorum nominibus esse abusos (Cf. R. Rochette Lettre à Mr. Schorn ed. alt. p. 151.) eaque suis operibus inscripsisse, fieri potest, ut sciolus nomen antiquum falso reddiderit seductus fortasse scripturae prototypi difficultate. Itaque non dubito quin primitus ΙΘ fuerit Α, ΙΔ autem Θ, unde refictis litteris ΑΙ in ΑΥ nomen pristinum procedit Βάσουλλος, quod non sine specie probabilitatis reddetur catalogo scalptorum.

7169.

In sarda (cameo) in qua Philoctetes vulneratus; ediderunt Maffei Gemm. antiq. T. IV. tab. 67. Raspe tab. LIII. n. 9557. Choiseul-Gouffier Voyage pittoresq. T. II. p. 155. tab. xvi. Repetierunt Millin Gal. Myth. n. 604. tab. 115. Inghirami Gall. Omerica tab. LI. Suspiciones Köhleri vide in Opp. III. p. 204.

ΒΟΗΘΟΥ

Βοηθου.

R. Rochetto (Lettre à Mr. Schorn edit. alt. p. 127 sq.) hic Boethus videtur esse celeberrime ille cae-

lato et statuarius cuius meminerunt Plinius et Pausanias (Sillig. p. 108 sq. cf. ad n. 5974. n. 6146. 6164.), quam in sententiam Comes de Clarac Catal. des artist. p. 65. monet: des médailles, ouvrage de

ciselure, semblent prouver par leur travail que l'on y employait quelquefois la bouterolle, instrument du graveur sur pierres dures.

7170.

In granato Syriaco, in quo canicula (Sirius) eximia arte repraesentatur, ex collect. Ducis de Marlborough T. II. tab. 54. Wordlidge T. II. dedit Bracci Mem. degli incis. T. I. tab. XLV. Cf. Raspe n. 3251. Natter Traité de grav. en pierr. fin. p. 26. n. XVI. Lessing Sämmtliche Schriften T. XV. p. 281. In collect. Stoschiana crystallus extat ex imitatione Masini unde repetiit Winckelmann Descr. des pierres grav. Cl. II. 1240. Cf. Com. de Clarac Catal. des artist. p. 68. R. Rochette Lettre à Mr. Schorn edit. alt. p. 138. Eiusd. Questions de l'hist. de l'art p. 90. Köhlerus (Gesammelte Schr. III. p. 157 sq.) gemmam inter spurias reiecit, sed vide Panofk. Gemmen mit Inschr. p. 5.

ΓΑΙΟΣΕΠΟΙΕΙ

Γάιος ἐποίησεν.

Bracci falso expressit ΤΑΙΟΣ.

7170. b.

In obsidiano lapide (quem pro plasmate habuit Winckelm. Cl. II, 1136.) Marsyas insculptus est Sileni specie pelli insidentis manibusque tibiis tenentis. Ed. Tölken Verzeichn. Cl. III. 761.

ΓΑΙΟΣ

Γάιος.

Cf. Panofka l. I. qui additi verbi ἐποίησεν vestigia

Winckelm. ΓΑΙΟΥ.

quaedam in lapide detegere sibi videbatur.

7171.

In smaragdo ex collectione Kestneri legati Hannoverani Romae residentis; repraesentatur figura Spei qualis in nummis aeneis Romanis habetur; citat R. Rochettus Lettre à Mr. Schorn edit. alt. p. 138 sq. Comes de Clarac Catal. d. art. p. 118.

ΓΑΜΟΣ

Γάμος.

Nomen proprium Γάμος ex inscriptionibus notum est.

7172.

In iaspide canis aprum adoriens; edidit Bracci T. I. tab. XVIII. Repetierunt Millin Introd. p. 182. Raspe n. 2244. Cf. de Murr p. 82. Com. de Clarac Catal. des artist. p. 118.

ΓΑΥΡΑΝΟΣ ΑΝΙΚΗΤΟΥ

Γαυρανός Ἀνικήτου.

Pro scalptore habuerunt Viscontus Op. var. T. II. p. 125 et 330. Sillig p. 217. Γ. Αὐρανός legi posse putavit de Murr. Sed nomen a Gauranis montibus Campaniae repetendum videtur. Cf. Köhler III. p. 71.

7173.

In sarda, in qua Venus in tauro marino sedens Amoribus stipata; ex collectione biblioth. Paris. (Dumersan Desc. p. 68. n. 50.); edidit Millin Gal. myth. I. tab. 42. 177. Cf. Sillig. p. 220. R. Rochette Lettre à Mr. Schorn ed. alt. p. 139. Com. de Clarac Catal. des artist. p. 120. Cf. Köhler. p. 175.

ΓΛΥΚΩΝ

Γλύκων.

7174.

In beryllo caput Herculis iuvenis, ex coll. Stroziana; edidit Gorius Mus. Florent. T. II. tab. VII. n. 2. Bracci T. I. tab. XLIX. et ex plasmate vitreo in coll. Stosch. Winckelmannus Descr. des pierres grav. Cl. II. 1682. alii quos refert Com. de Clarac Catal. des artist. p. 80. Cf. Viscont. Op. var. T. II. p. 218.

ΓΝΑΙΟΣ

Γναῖος.

Idem scalptoris nomen (Sillig. p. 156.) habetur in gemma caput Thesei repraesentante (Winckelm. Catal. Stosch. p. 326. Viscont. Op. var. T. II. p. 126. 260. Bracci T. I. tab. XLVIII. cf. Com. de Clarac Catal. des artist. p. 80.); in cornalina ex coll. reg. Boruss. in qua putatur soror Caligulae repraesentari (Tölken Verzeichn. p. 329. n. 151.); et casu secundo ΓΝΑΙΟΥ, in plasmate antiquo, in quo athleta oleo sese inungens (Winckelm. Descr. Cl. V. n. 9. Venuti tab. 5. ubi male ΓΗΛΙΟΥ. Bracci T. I. tab. LI.), in cornalina Diomedem in ara sedentem cum palladio repraesentante (cf. Winckelm. l. c. Cl. III. 316. 318.).

in cornalina cum capite muliebri (ap. Bracci T. I. tab. LIII. Viscont. Op. var. T. II. p. 164.). Cf. R. Rochette Lettre à M. Schorn ed. alt. p. 151 sq. Gerhard Neap. Bildw. I. p. 398. Com. de Clarac Catal. des artist. p. 79. Nomen male lectum nonnullis imposuit, ut Silligio (v. R. Rochett. l. c. p. 152. Com. de Clarac l. c. p. 190.). Ad idem nomen exigendae videntur formae ex gemmis enotatae ΝΑΙΟ. et ΥΓΝΑΙΟΥ ap. Com. de Clarac l. c. p. 153. Apposite R. Rochettus l. c. p. 139 sq. ablegat ad nummos Neapolitanos (Mionnet T. I. p. 117. n. 172.) in quibus expressum caput muliebri cum inscriptione ΓΝΑΙΟΥ, coniciens monetae opificem Cneium eundem esse ac scalptorem nostrum; ex qua coniectura novo argumento probare studet artem caelandi

in metallo et scalpendi gemmas interdum ab eodem verse iudicantem vide Köhlerum p. 97 sq., 142, solitam esse exerceri. Postremo de his gemmis uni- 168, 191.

7175.

In lapide Lydio, in quo mumia obvoluta serpenti; ex collect. de Turbie edidit Viscontus Op. var. T. III. p. 433. n. 214. Citat Com. de Clarac Catal. des artist. p. 86.

ΔΑΜΝΑΜΕΝΕΥC

Δαμναμενεύς.

7176.

Florentiae in cornalina caput Iovis Sarapidis et solem lunamque repraesentante; ediderunt Montfauconius Diar. Ital. p. 356. et Gor. Inscr. Etrur. T. I. n. 254. p. 80.

ΔΑΜΟΝΟC

Δάμ[ω]νος.

Hoc nomen enotatur etiam ap. Gorium l. c. T. I. tab. VIII. 3. (p. LXIII.), ubi ΔΑΜΩΝΙC i. e. Δάμωνος manifesto; idemque nomen intelligendum videtur in gemma, in qua Hercules senex, et litterae ΑΔ i. e. (ΜΩΜ)ΑΔ (Dactylitheca Smithiana I. tab. 28. p. 49.), quae vulgo explicantur ΑΔΜΩΝ quod nomen in gemmis obvium iure suspectum habuit Köhlerus (Boettiger Archaeol. u. Kunst p. 50.). Enotatur ΑΔΜΩΝ ex cameo caput Augusti repraesentante ap. Mongez Icon. Rom. T. III. tab. 18. n. 6. ubi Viscontus ΑΚΜΩΝ legebat (Op. var. T. II. p. 425. n. 153.); ΑΔΜΩΝ ex gemma, in qua Hercules pateram ad os admovens, olim collect. Verospi, nunc Ducis de Blacas, ap. Bracci. T. I. tab. 1. Stosch. Pierr. grav. tab. 1. Winckelmann. Descr. cet. Cl. II. 1771. — ΑΔΜΩΝ ex gemma in qua Hercules musageta, collect. Poniatowski (R. Rochette Lettre à Mr. Schorn edit. alt. p. 103.); item ex gemma, in qua caput Alexandri tanquam Herculis, in Mus. de glyptique, Icon. gr. tab. XIII. A. p. 21. . . ut omittam gemmas eodem nomine instructas ap. Raspe (Vid. Com. de Clarac Catal. d. artist. p. 2 sq.). Habetur etiam ap. Suid. s. v. — Hoc igitur nomen ut genuinum adoptarunt Sillig. l. c. p. 2. R. Rochette l. c. p. 103. Com. de Clarac l. c. Nobis ubique ΔΑΜΩΝ intelligendum videtur, etsi originem pravae scripturae per plures gemmas propagatae indagare non possumus. Coniicias, scalptores interdum aliis nomen incidendum

reliquisse (Cf. Com. de Clarac l. c. p. 3.), qui quum semel erraverint erroris propagati auctores extiterunt. Accedit quod gemmis haud raro recentissimis temporibus addita nomina sunt, ut quae ex collect. de Thoms sunt, plerumque a Nattero signatae feruntur. Cf. n. 7168. Sed Damonis nomen etiam ulterius sors iniquior persecuta videtur. In amethysto Nympham in hippocampo delphinisque sedentem repraesentante coll. de Thoms, posthac de la Haye (De Jonge Notice cet. p. 153. n. 13. Cf. Hemsterhuis Oeuvres philos. T. I. p. 341. Lessing. Collect. I. p. 283.) dicitur legi ΔΑΛΙΩΝ, quod nomen catalogo artificum inseruit Sillig. l. c. p. 178. Ad hanc formam nominis confirmandam qui Plinii H. N. VI. 29. s. 35. XX. 17. s. 73. Dalionem in auxilium vocavit Letronnius (Étude des noms propres grecs Annal. Inst. arch. Rom. T. XVII. n. 268.) testatur in plasmate certa ratione non dispici nisi ΔΑΛ. ΩΙ, contra R. Rochettum (Lettre à Mr. Schorn ed. alt. p. 111.) qui ΑΛΛΙΩΝ legi affirmavit. Iam litterae residuae ΔΑΛ. ΩΙ summa cum probabilitate nomen ΔΑΜΩΝ praestant, idemque non dubito gemmis reddere iis, in quibus formae ΑΛΛΙΩΝ, ΑΛΛΙΩΝ (Canin. Icon. n. 91. ΔΑΛΙΩΝ), ΑΛΛΥΩΝ, ΑΛΛΙΩΝΟC (Com. de Clar. Catal. des artist. p. 26 sq.) iure explosae a Letronnio l. c. leguntur. Mitto Silligii l. c. p. 38. audaciam, qui Allionem scalptorem adoptavit, et Köhleri de his formis commenta. Ad tuendam formam ΔΑΛΙΩΝ a Letronnio propositam Minervini Bullett. arch. Napol. V. p. 108. comparat ΔΑΛ in nummo ap. Mionnet I. 158. Cf. Köhler. Opp. III. p. 61 sq.

7177.

In cornalina in qua Hercules leonem Nemeaeum necans; edita est in Catal. du Mus. de Drée Tab. III. A. Citat Com. de Clarac Catal. des artist. p. 88.

ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ

Δημητρίου.

Idem nomen decurtatum ΔΗΜΗ enotatur ex alia gemma ex coll. Schellersheim (Com. de Clarac l. c.) et Latine DEMET ex gemma ap. Raspe n. 5820.

7178.

In iaspide rubra, in qua caput Fauni juvenis, olim Florentiae, posthac collect. Stosch. ediderunt Winckelmann. Descr. des pierres grav. cet. Cl. II. 1485. (Tölken Verzeichn. cet. p. 196. n. 1010.) Amaduzzi Saggi di Corton. T. IX. p. 151. Bracci T. II. p. 285. De Murr p. 64. Lessing Collect. I. p. 278. Panofka Gemmen mit Inscr. II. 8.

ΔΙΟΚΛΕΟΥC

Διοκλέους.

V. Sillig l. c. p. 188. R. Rochette Lettre à Mr. Schorn edit. alt. p. 132 sq. Com. de Clarac Catal. d.

artist. p. 91. Tölken Sendschreiben p. 75. qui nomen possessoris esse putat, quum opus minoris pretii sit, quam ut artificem nomen suum adscripsisse probabile videatur.

7179.

In gemma cum capite Bacchae; dedit de Murr p. 64. unde citat Com. de Clarac Catal. des artist. p. 92.

ΔΙΟΝΥCΙΟΥ

Διονυσίου.

7180.

In cornalina, in qua caput muliebre (vide Viscont. Op. var. T. II. 123. 160. 336. 377.); ediderunt Denb. p. 3. n. 13. Bracci T. II. tab. LXIII. item in cornalina Mercurium criophorum repraesentante ap. Bracci T. II. tab. LXIV. Winckelm. H. A. T. II. p. 354. Viscont. Op. var. T. II. p. 185. Item in cornalina Mercurium repraesentante ap. Stosch. tab. 28. Winckelm. Descr. Cl. II. 378. Bracci T. II. tab. LXV. Cf. Viscont. l. c. Item in sarda Perseum aut Achillem exhibente ap. Stosch. tab. 500. Lippert II. p. 5. n. 12. Denb. p. 53. n. 4. Gravelle T. II. tab. 46. Bracci T. II. tab. LX. Cf. Viscont. Op. var. T. II. p. 274. Item in sarda Diomedem cum Palladio repraesentante ap. Stosch. tab. 29. Winckelm. Descr. Cl. III. 316. Bracci T. II. tab. LXI. Cf. Viscont. Op. var. T. II. p. 278. Mill. Gal. myth. T. II. E. 563. tab. 171. Item in cornalina in qua Diomedes Palladium auferens v. De Jonge Notice cet. p. 158. n. 25. — Item in amethysto cum capite Demosthenis ap. Winckelmann. T. VI. p. 298. not. 1093. et p. 255. n. 652. Mon. ined. p. XCI. n. 108. Beger Thes. Brandenb. T. III. p. 192. Bracci T. II. tab. LXIX. Cf. Viscont. Iconogr. Gr. tab. 3. (Cf. T. I. p. 257.), item in amethysto cum capite Maecenatis ap. Mariette T. II. P. 2. tab. 49. Dumersan Notice cet. p. 78. Stosch. tab. 27. Gori Mus. Flor. T. II. tab. 31. n. 2. Winckelmann. Descr. cet. Cl. IV. 214. Bracci T. II. tab. LIX. Viscont. Iconogr. Rom. tab. 13. n. 5., item in cameo Herculeum repraesentante qui Cerberum vincit, ap. Beger. Thes. Brandenb. III. 192. Stosch. tab. 31. Bracci T. II. tab. LXVI. Montfauc. ant. expl. T. I. P. II. p. 218. tab. 132. 2. Item in amethysto caput Augusti iuvenis repraesentante Thes. Glypt. Iconogr. Rom. tab. v. n. 2. Cf. R. Rochette Lettre à Mr. Schorn edit. alt. p. 142. Cf. Köhler. Opp. III. p. 100. et contra eum, qui omnes huius nominis gemmas antiquas esse negat, Tölken Sendschreiben p. 41 sq.

ΔΙΟCΚΟΥΡΙΔΟΥ

Διοσκουρίδου.

De hoc sculptore vid. Sillig l. c. p. 192 sq. De eius patria vide ad n. 7145. Forma ΔΙΟCΚΟΥΡΙΔΟΥ apparet in gemma Augusti caput exhibente (Stosch. P. Gr. tab. 25. Winckelmann Descr. cet. Cl. IV. 200. Raspe 1066.) Sardam Mercurii imaginem referentem cum inscriptione ΔΙΟCΚΩΡΙΔΟΥ (lege ΔΙΟCΚΟΥΡΙΔΟΥ) memoravit Spon Misc. erud. ant. IV. p. 122.

(Cf. Montfauc. ant. expl. T. I. P. 1. p. 132. tab. 76. 3.) Decurtatum nomen ΔΙΟCΚΟΥΡΙΔ ΔΙΟCΚΟ, ΔΙΟCΚ, ΔΙΟC in aliis gemmis incertae originis invenitur (vide Com. de Clarac Catal. des artistes p. 95 sq.) Cf. R. Rochette l. c. p. 137. Bull. d. Inst. arch. 1854. p. 128. n. 93. (De Witte Cat. Beugnot n. 408. Dubois Descr. des antiques de M. le Comte de Pourtalès-Gorgier p. 157. n. 1056. (ΔΙΟC.)

7181.

In lapide Chalcedonio, in quo Iuppiter sedens cum aquila ad pedes posita, supra duae aquilae, ante Iovem Iuno, Apollo, Mercurius; ex collect. Stoschiana; edidit Winckelmann. Descr. des pierres grav. p. 39. n. 43. (Tölken Verzeichn. cet. p. 99. n. 100.) Citarunt: Gorius Gem. astrif. T. III. p. 200. Bracci T. II. p. 284. De Murr p. 74. Lessing Collect. I. 283.

ΔΟΜΕΤΙC

Δομέτις.

Nominis negligentior forma est p. Δομήτιος (Domitius). Sculptoris nomen esse coniecit Winckelmannus; nec videtur id quidem dubium. Minus proba-

biliter Tölkenius qui statuit esse Δομετι(ανός) Σ(εβα-στός). Apud Sillig. l. c. p. 196. perperam Domes producit, qui error fugit Rochettum strenuum Silligiani libri iudicem. In artificum numero Domitium reposuit Comes de Clarac Catal. des artist. p. 98.

7182.

In gemma, in qua Luna aut Diana, ap. Goriée Dactyl. p. 2. n. 540. Citant Bracci T. II. p. 255. Com. de Clarac. Cat. des artist. p. 99.

ΔΟΥΥ

Δουυ(φόρου?)

Gronovius ΔΟΥΥΛΑΟCΕΠΟΙΕΙ intelligendum putavit.

7183.

In cornalina, in qua Antinous putatur tamquam Harpocrates repraesentari, duobus exemplaribus, quorum alterum asservatur in collect. Petropolit. (Koehler Einleitung cet. p. 23.) alterum in collect. de la Haye (de Jonge Notice cet. p. 161.); ediderunt Gallaeus tab. 64. Gronovius Thes. T. I. tab. K. Stosch. P. Gr. tab. 37. Winckelmann. Descr. cet. p. 76. n. 287. Bracci T. II. tab. LXXVII. Cf. Raspe n. 2127. De Murr p. 84. Millin Introd. p. 182. Com. de Clarac Descr. du musée royal 1820. p. 420.

ΕΛΛΗΝ

Ἑλλην.

Idem nomen enotatur ex gemma larvam comicam exhibente collect. de la Turbie, nunc Ducis de Blacas (R. Rochette Lettre à Mr. Schorn edit. alt. p. 141. Com. de Clarac Catal. des artist. p. 124.) Sculptorem significari post Silligium l. c. p. 227. pu-

tant R. Rochettus et Comes de Clarac Catal. II. cc., possessorem gemmae coniecit Viscontus Op. var. T. II. p. 430. Ad fraudem recentiore referenda videtur inscriptio ΕΛΛΗΝΟΥ (p. ΕΛΛΗΝΟC) quae habetur in topazio collect. Brandenburg. (Tölken. Verzeichn. cet. p. 196. n. 1011. Cf. Köhler Opp. III. pp. 58, 110. et Tölken Sendschreiben p. 54.)

7184.

In gemma in qua Venus victrix; collect. de la Haye; edidit de Jonge p. 145. n. 4. Cf. Ephem. litt. Ien. 1825. n. 193. p. 100. Com. de Clarac Catal. d. artist. p. 104.

ΕΠΙΤΟΝΟC

Ἐπίτρονος.

7185.

In gemma; citat Com. de Clarac Catal. des artist. n. 254.

ΕΠΙΤΡΑΧΑΛΟΕ ΕΠΟΙΕΙ

Ἐπιτ[ρύ]χα[υ]ο[ς] ἐποίησεν.

7186.

In cameo, quo representari S. Pompeii vel potius Germanici caput putatur (Millin Introd. p. 177. Visc. Op. var. T. II. p. 306.), ex collect. Stroziana, nunc Ducis de Blacas, ediderunt Fulv. Ursinus Imag. Gallaei Tab. LXXXVII. Dati Vite de' pittori ed. Milan. 1806. p. 197. Stosch. P. Gr. n. 32. Winckelmann. Descr. cet. Cl. IV. n. 250. Gor. Mus. Florent. T. II. tab. IX. 1. Bracci T. II. tab. LXX. Cf. Raspe n. 11220. De Murr p. 74.

ΕΠΙΤΥΓΧΑΙΝΟΣ ΕΠΟΙΕΙ

Ita refert Fulv. Ursinus. Dati similiter. Reliqui nil nisi ΕΠΙΤΥΓΧΑ aut ΣΠΙΤΥΓΧΑ dederunt ex lapide nunc mutilo.

Ἐπιτύγχανος ἐποίησεν.

Koehlerus (Einleitung cet. p. 52.) restitutum ibat Ἐπιτύγχανων. At notus est ex columbario Liviae Gori. tab. XVII. n. 9. Epitynchanus aurifex. Cf. R.

Rochette Lettre à Mr. Schorn ed. alt. p. 107. Similis inscriptio extat n. 6145. Errorem Silligii, qui Epitynchanum et Spitynchan in artificibus reposuit, notavit Rochettus. Decurtatum nomen ΕΠΙΤΥ habetur in gemma ap. Raspe n. 2369. Eodem Viscontus Op. var. T. II. p. 121. 252. refert gemmam cum inscriptione ΕΠΙ, improbantibus R. Rochetto l. c. p. 107. et Koehlero. Conf. Com. de Clarac Catal. des artist. p. 105. Köhler. Opp. III. p. 208.

7187.

In gemma, in qua tria capita iugata proboscidi elephantis caduceum tenentis imposita; ediderunt Chifflet Socrat. tab. IV. n. 15. Smith. (ed. Gori.) p. xxv. Gorius T. II. n. 310. Stosch. p. 4. Panofka Gemmen mit Inschr. Tab. IV, 33. Citavit Bracci T. II. p. 285.

ΕΥΕΛΠΙΣΤΟΥ

Εὐελπίστου.

Idem nomen ex cornalina Nemesin repraesentante collect. Grivaud Catal. n. 223. enotatur (Com. de Clarac Catal. d. artist. p. 108.). Pro artifice ha-

buerunt Stosch. l. c. Lessing Collectan. T. XV. p. 277. pro possessore Koehlerus Einleitung cet. p. 47. Opp. III. p. 75. Huius nominis artificem Romanum, qui tamen non videtur gemmarius fuisse, citat R. Rochettus Lettre à Mr. Schorn edit. alt. p. 309. gemmae nostrae non immemor.

7188.

In cameo, in quo Silenus; edidit Bracci T. II. tab. LXXI. Citant de Murr p. 79. Millin Introd. p. 190. Com. de Clarac Catal. des artist. p. 111.

ΕΥΘΟΥ

Εὐ[θ]ου.

Videtur nomen esse Εὐ[θ]οος nunc contractum. Köhler. Opp. III. p. 73.

7189.

In cornalina Imperatorem Rom. offerente ap. Raspe n. 7319. unde citat Com. de Clarac Catal. des artist. p. 113.

ΕΥΗΜΗΡΟΥ

Εὐημ[ε]ρου.

7190.

In gemma caput Iuliae Titi filiae exhibente, nunc in coll. Biblioth. Imp. Paris. ediderunt Dumersan Descr. cet. p. 30. Stosch. tab. 35. Bracci T. II. tab. LXXXIII. Mongez Icon. Rom. T. II. tab. 35. Lippert II. p. 201. n. 686. Dolce coll. Denh. III. p. 55. n. 68. Raspe n. 11521. Conf. Com. de Clarac Catal. des artist. p. 115 sq.

ΕΥΟΔΟΣ ΕΠΟΙΕΙ

Εὐόδος ἐποίησεν.

Eadem inscriptio ΕΥΟΔΟΣ ΕΠΟΙ habetur in gemma cum protome Musae ap. Lippert I. 414.

Raspe n. 3418. itemque in gemma caput equinum offerente ΕΥΟΔΟΣ ap. Millin. Dict. B. A. T. I. p. 711. Conf. Com. de Clarac l. c. Köhler Opp. III. p. 212.

7191.

In gemma, in qua caput Sarapidis modio ornatum, collect. Beugnot; descripsit De Witte Catal. Beugnot p. 135. n. 405.

ΖΗΝΩΝΟΣ

Ζήνωνος.

7192.

In amethysta, in quo caput Minervae, olim ex Collect. Principis Avella; ediderunt Stosch. P. Gr. tab. 34. Lippert I. p. 54. n. 123. Bracci T. II. tab. LXXIV. Raspe n. 1527. de Murr p. 79. Cf. Viscont. Op. var. T. II. p. 124. Millin. Introd. p. 178.

ΕΥΤΥΧΗΣ
ΔΙΟΣΚΟΥΡΙΔΟΥ
ΑΙΓΕΑΙΟΣ ΕΠ

Lippert dedit ΑΙΓΕΑΤΟΣ. Viscont. legebat ΑΙΓΕΑΙΩΣ.

Εὐτύχης Διοσκουρίδου Αἰγείος ἐποίησεν.

Eidem sculptori tribuitur gemma collectionis Poniatowski in qua Minerva repraesentatur suffragium ferens, cum inscriptione ΕΥΤΥΧΗC ΔΙΟC i. e. Διοσκουρίδου (Eckhel Choix de pierres grav. tab. XXI.), et alia, in qua Apollo Sol et nomen ΕΥΤΥΧΗC, ex collect. de la Haye (De Jonge Notice cet. p. 163. n. 4. olim musei de Thoms (tab. XIV. n. 3.); in tertia denique eodem nomine praedita ap. Lippert II. p. 122. 407. Raspe n. 1063. Vide Com. de Clarac Cat. des artist. p. 112. Cf. R. Rochette Lettre à Mr. Schorn ed. alt. p. 137. Haec qui omisit Silligius l. c. p. 213. recte probat Bracci sententiam, qui Eutychem Dioscuridis filium esse arbitratur, quum Stoschius de gemmis p. 46. eum Dioscuridis discipulum statuerit. Rectius R. Rochettus, qui Eutychem Dioscuridis et filium et discipulum fuisse censet. Ob eamque causam Rochettus non debuit vituperare Millinum cui

Viscontus probavit Dioscuridis (n. 8039.) patriam inde deduci. Nam quod ad filium pertinet ΑΙΓΕΑΙΟC, pertinere etiam ad patrem probabile est. Et Dioscuridem hunc eundem esse, qui plurimis gemmis nomen dedit (n. 7180.), statuit etiam Rochettus. Αἰγέαι oppidum Ciliciae campestris, quod Straboni XIV. 676. vocatur Αἰγᾶναι, Philostrato de vit. Apoll. I. 12. 2, 4. et Stephano Byz. Αἰγαί (Cf. Plin. V. 22. et Lucan. III. 227.). A forma Αἰγέαι, quam habent etiam Dio Cass. LXXVII. 30. Pausan. V. 21. 5. (Cf. Tacit. Ann. XIII. 8.), fit ethnicum Αἰγεαῖος, pro quo vulgo Αἰγεάτης. Frater Eutychem Herophilus habetur n. 7195. Antiquitatem gemmae contra Köhlerum Opp. III. p. 148. Steph. p. 309. bene vindicavit Tölken Sendschreiben p. 26, cui favet quod eandem iam Cyriaco Anconitano notam fuisse e codice Vaticano probavit de Rossi. Vide Bullet. Rom. 1853 p. 56 sq.

7193.

In gemma Medusae caput offerente; ap. Raspe n. 8974. Citant Welcker Kunstblatt 1827. 18. Oct. Com. de Clarac Catal. des artist. p. 121.

HEΔY

Ἡδύ(ς).

Hedys aurifex innotuit ex Gorii Columbar. p. 153. n. 122. more antiquo nunc HE pro H scriptum est. Cf. n. 7194.

7194.

In plasmate vitreo Dianam venatricem repraesentante, Stosch. tab. 36. Winckelmann Descr. des pierr. grav. cet. Cl. II. 287. Hist. art. VI. c. 2. V. p. 48. VII. p. 463. Lippert I. p. 90. n. 212. Denh. p. 40. n. 45. Bracci T. II. tab. LXXVI. Raspe n. 2127. (Cf. Viscont. Op. var. T. II. p. 178. Millin Introd. p. 167. de Murr p. 83.

HEI OY

Ἡῖου.

H nunc spiritum asperum esse vidit Winckelmannus qui inde colligit sculptorem satis antiquum esse. Potest tamen esse archaismus. (Cf. n. 7193. et de nomine Heio vide n. 5858. et Letronn. Annal. Inst. arch. Rom. XVII. p. 270.) Viscontus l. c. p. 116.

legebat Ἡῖος, recte obloquente Rochette Lettre à Mr. Schorn edit. alt. p. 140. Est igitur Heius, quem suo catalogo inseruit Sillig. p. 226. Tres alias gemmas eodem nomine insignitas recenset Com. de Clarac Catal. d. art. p. 122. Cf. p. 256. Stephan. ad Köhler. III. p. 313 sq. nomen Apollineum Ἡῖος subesse putat, in titulo illo (5858) *vidēs* legendum esse coniciens.

7195.

In cameo Augusti laureati caput exhibente, in museo Vindobonensi; gemma nunc fracta (Vide Com. de Clarac Catal. des artist. p. 105.); edita est in Thes. glypt. Iconogr. Rom. tab. v. n. 2. in Winckelm. Operibus edit. German. T. VI. tab. VIII. litt. D. cf. p. 301. 1121. Citavit R. Rochette Lettre à Mr. Schorn edit. alt. p. 142. Cf. Welcker Mus. Rhen. VI. 1848. p. 386.

ΗΡΟΦΙΛΟC ΔΙΟCΚΟΥΡΙΔ

Ἡρόφιλος Διοσκουρίδ(ου ἐπικαίει).

De Dioscuride vide n. 7180. Frater Herophili Eutyches habetur n. 7192. Cf. Köhler III. p. 151.

7196.

In cornalina, in qua Sphinx alata caput radens pede posteriore; in museo Vindobonensi; ediderunt Stosch. P. Gr. tab. 69. Winckelmann. Descr. d. pierres grav. Cl. III. 52. Lippert I. p. 317. n. 924. Bracci T. II. tab. CXIII. de Murr p. 120. Cf. Viscont. Op. var. T. II. p. 117. 255. Millin Introd. p. 168. — Item in alia gemma crebro repetita, quam edidit Caylus Recueil d'ant. I. tab. XLV. n. 2. Eckhel Pierres grav. de Vienne tab. xxx. Cf. Koehler. Opp. III. 199. 356.

ΘΑΜΥΡΟΥ

Θαμύρου.

Nomen sculptoris, si opus iure antiquum putatur (Cf. Viscont. l. c.), Θαμύρας est, ut dixit Koehlerus (Einleitung p. 13.), non Θάμυρας, ut posuit Sillig l. c. p. 438. censuitque Rochettus Lettre à Mr.

Schorn edit. alt. p. 156 sq. exemplo inscriptionis Latinae ap. Gruter. p. DCXLIII. ⁴ confusus, multoque minus Θάμυρας, ut alii crediderunt, quod nomen THAMYRIS dicitur legi in gemma recentiori (Com. de Clarac Catal. des art. p. 215.). Possessoris nomen iudice Tölkenio Sendschreiben p. 56.

7197.

In gemma Martem offerente ap. Amaduzzi Saggi di Corton. T. IX. p. 155. Citant Bracci II. p. 285. Com. de Clarac Catal. des artist. p. 155.

ΥΘΙΑΟΥ

Ἰσίουλου.

Legas inverso ordine IOY p. YOI.

7197. b.

In achatonyche, quem dicunt, Venerem columellae innixam repraesentante; dextra malum tenet, sinistra palmam. Edd. Winckelmann. II. Cl. 558. Tölken III. 432. Panofka Gemmen mit Inschr. (tab. I. n. 26.)

ΚΑΙΚΙΔΙΑΝΟΥ ΑΡΙΑ Καικι[λ]ιδιανού Ἀριά.

Post ΑΡΙΑ i. e. Ἀρεία Veneris cognomen notissimum foliolum est. Prius nomen falso pro Καικιδιανού scriptum esse vidit Stephanus ad Köhler. Opp. III. p. 250; idem nomen eius, qui dedicavit gemmam, esse statuit.

7198.

In iaspide rubra, in qua bacchans et nymphe in leaena vehentes aut, ut alii volunt, Bacchus et Ariadne, ex collect. mus. Florent. ediderunt Gorius Mus. Florent. T. II. tab. VI. Amaduzzi Saggi di Corton. T. IX. p. 150. Stosch. P. grav. tab. 22. Winckelmann Descr. cet. Cl. II. 1456. Bracci T. I. tab. XLVI. Denh. p. 54. n. 73. de Murr p. 56. Viscont. Op. var. T. II. p. 211. — Item in chalcedonio, in quo capita iugata Herculis et Ioles, ex collect. Medina (Winckelmann l. c. 1796. p. 292.) Cf. Bracci T. I. p. 251. Viscont. Op. var. II. p. 220. Miliotti Descr. des pierres grav. du Cab. imp. de St.-Petersbourg tab. 108. — Item in plasmate Faunum ebrium repraesentante, atque in alia Perseum exhibente (Com. de Clarac Catal. des artist. p. 72.), quibus R. Rochettus Lettre à Mr. Schorn edit. alt. p. 129 sq. (p. 139) Silligii brevitatem perstringens duas alias addit ex opere Miliotti. Cf. Köhler. Opp. III. p. 160, 198, 327.

ΚΑΡΡΟΥ

Κάρρου.

7199.

In amethysto apud Archidiaconum Com. Carlo degli Oddi; edidit Vermiglioli Inscr. Perug. Cl. XIII. p. 476. n. LXV.

ΚΑΣΤΡΙΚΙΟΥ

Καστρικίου.

Videtur nomen esse artificis.

7200.

In gemma ex collect. Stosch. in qua capita Caii et Lucii Caesarum, edidit Winckelmann. Descr. des pierres grav. Cl. IV. 213. Citavit R. Rochette Lettre à Mr. Schorn edit. alt. p. 67. B. Hertz. Catalogue of the collection etc. p. 45.

ΚΙΣΣΟΣ

ΣΟΔΑΛΑ

Κίσσος Σ[ω]δά[μου].

Κίσσος nomen proprium aliunde notum. Alterum nomen puto fuisse ΚΩΔΑΜ i. e. ΚΩΔΑΜΟΥ.

Rochettus ΗΟΔΑΜΑ explicabat parum probabiliter. Ceterum possessoris, non artificis nomina esse plerique arbitrantur notante Rochetto. Ego nihil video obstare, quo minus artificis esse putemus. Köhler Opp. III. p. 83. nomina libertorum putat Κίσσος et Σόδαλα.

7201.

In cornalina, in qua Serapis in throno sedens; edidit Mariette Catal. de Crozat p. 29. n. 552. Citat Com. de Clarac Catal. des artist. p. 76.

ΚΛΑΚΚΙΚΟΣ

Κλακκικός.

7202.

In plasmate, in quo Apollo citharoedus; edidit Gorius Inscr. Etrur. T. I. Gemm. tab. I. n. 2. (cf. p. xxxxi). Habet etiam Bracci T. I. tab. XLVII.

ΚΛΕΩΝΟΣ

Κλέωνος.

Artificis nomen recepit Com. de Clarac Catal. des artist. p. 77. De fide operis vid. Köhler III. p. 100.

7203.

In sarda mutila; ediderunt Gorius Mus. Florent. T. II. tab. LXXXVII. 4. Winckelmannus Descr. cet. Cl. II. 959. Mon. ined. tratt. prelim. p. 78. Bracci T. I. tab. VIII. p. 40. Cf. Com. de Clarac Catal. des artist. p. 17. Citant R. Rochette Lettre à Mr. Schorn edit. alt. p. 124. Sillig l. c. p. 406. Cf. Köhler Opp. III. p. 170.

ΚΟΙΝΤΟΣ

ΑΛΕΞΑ

ΕΠΟΙΕΙ

Κόιντος Ἀλεξᾶ
ἔποίη.

Frater Quinti Aulus est n. 7167. cf. 7166. et de patre utriusque n. 7143.

7204.

In onyche, in quo Adonis nudus columnae innixus; ediderunt Stosch. tab. 24. Winckelmann. Descr. cet. Cl. II. 587. Bracci T. II. tab. LIV. — Item in cornalina cum figura Pythagorae, quam edidit Viscontus Iconogr. gr. T. I. p. 155, item in alia gemma Faunum bacchantem repraesentante ap. Bracci T. II. tab. LV. Cf. Com. de Clarac Catal. des artist. p. 81.

ΚΟΙΜΟΥ

Κοί[ντ]ου.

Stoschius dedit KOINOY. Nomen Κοίνου subesse vidit Viscontus Op. var. II p. 121. in quo consentientes habet R. Rochettum Lettre à Mr. Schorn ed. alt. p. 130, qui Silligium p. 156 sculptorem Coe-

lum introducentem reprehendit, et Letronnium Étude des noms propres grecs in Annal. Inst. arch. Rom. T. XVII. p. 266. Sculptor igitur idem fuerit qui est n. 7203. Cf. Köhler. Opp. III. p. 182 sq.

7205.

In cornalina, in qua Diana Ephesia, ex collect. Stosch. edidit Winckelmann Descr. des pierres grav. cet. p. 78. n. 304. (Tölken Verzeichn. cet. p. 172. n. 802.) repetit de Murr p. 62. Cf. Eschenburg ad Lessing. Collect. p. 283. Citat R. Rochette Lettre à Mr. Schorn edit. alt. p. 131.

ΚΡΑΤΕΡΟΥ

Κρατέρου.

Nomen quod utique artificis videtur omisit Silligius, recepit Comes de Clarac Catal. des artistes. p. 83.

7206.

In gemma Terpsichoren repraesentante ex collect. Poniatowski; citat R. Rochette Lettre à Mr. Schorn ed. alt. p. 131. Cf. Com. de Clarac Catal. des artist. p. 83.

ΚΡΗΚΚΗC

Κρήσκης.

Nomen Romanum *Crescens* esse vidit R. Rochettus.

7207.

In gemma Terpsichoren repraesentante; edidit Gorius Inscr. Etrur. T. I. gemm. tab. I. n. 1. (cf. p. xxxix.); habet etiam Bracci T. II. tab. LVI. cf. p. 12.

ΚΡΟΝΙΟC. ΕΠ

Κρόνιος ἐπ(αίει).

Cronius notante Silligio p. 164. ex Plinio H. N. XXXVII. 1. s. 4. celeber sculptor fuit, pauloque antiquiorem Augusto fuisse putat Viscontus Op. var. T. II. p. 123. Bracci inscriptionem recentiorem esse contendit, neque adversantur Silligius et Rochettus (Lettre

à Mr. Schorn edit. alt. p. 131. qui praeterea aliam gemmam ex collect. Poniatowski commemorat, in qua ΚΡΩΜΟΥ, quod in ΚΡΟΝΙΟΥ non male refingendum censet concedens tamen inscriptionem subditi- ciam esse. Neque aliter existimandum videtur de cornalina Perseum repraesentante, quam affert Com. de Clarac Cat. d. art. p. 85. Cf. Köhler. Opp. III. p. 99, 6.

7208.

In gemma, in qua Minerva aut Roma sedens; edidit Raspe n. 1758. tab. 26. Citat Com. de Clarac Catal. des artist. p. 67.

ΚΛΕΣΙΛΑΞ

Κ[ρη]σίλα[ς].

Ita enim nomen scribendum esse videtur, quod ex titulo attico ΗΕΡΜΟΥΛΥΚΟΣ ΔΙΕΙΤΡΕΦΟΣ ΑΠΑΡΧΕΝ ΚΡΕΣΙΛΑΣ ΕΓΟΕΞΕΝ et codicibus

apud Plinium H. N. XXXIV. c. viii, 53. restituit L. Rossius. Idem nomen Cresilae in titulo Hermionensi T. I. n. 1195. recte agnovit Meinekius (Delectus Anthol. Gr. p. 236).

7209.

In beryllo in quo repraesentatur Neptunus in curru subiunctis hippocampis duobus; ediderunt Stosch. tab. 57. Lippert III. p. 195. Bracci T. II. tab. C. Millin. Introd. p. 193. — Item in sarda Mercurium exhibente ap. Spilsburg Gems, tab. 27. quae nunc in museo Thorwaldsenio. Cf. Com. de Clarac Catal. des artist. p. 189.

ΚΥΙΝΤΙΑ

Κυϊντία(λου).

Od. Müllerus (Denkmäler II. tab. 29. n. 317. p. 30.) volebat Κυϊντία, quem secutus Panofka Antike Weihgeschenke Tab. 1, 14. Sed Müllerus Mus. Thorwaldsen. sect. III. p. 43. Λ in gemma esse ait. Potest esse etiam Κυϊντιλίου aut Κυϊντιλιανού. Quintilium recepit Sillig. p. 406. Inter secundam et tertiam litteram interpunctum est, teste Stephanio ad Köhler.

Opp. III. 270. Possessorem, non artificem volunt esse Lessing Collect. I. p. 275. de Murr p. 104. Köhler l. l. p. 71. idque de altera gemma Mercurium repraesentante statuit etiam Viscontus Op. var. T. II. p. 184. consentiente Rochetto Lettre à Mr. Schorn edit. alt. p. 134. Quamquam Viscontus l. c. p. 126. Quintillum sculptoribus aetatis recentioris adnumerare maluit. Quod mirum est. Sed sane certi nihil definiri potest.

7210.

In cornalina, in qua Ianus; edidit Mariette Catal. de Crozat p. 1. cf. de Murr p. 64. Citat Com. de Clarac Catal. des art. p. 86.

ΔΑΡΩΝ

[Δ]α[κ]ων.?

INSCR. GR. VOL. IV.

K

7211.

In sarda (vel cornalina, ut ait Köhler. Opp. III. 187.), in qua Victoria in bigis; ediderunt Stosch. tab. 41. Winckelmann. Descr. cet. Cl. II. 1086. Lippert I. p. 246. n. 692. Denh. 102. n. 18. Bracci T. II. tab. LXXXII. de Murr p. 86. Lessing. Collect. I. p. 274. Raspe n. 7784.

ΛΕΥΚΙΟΥ

Λευκίου.

Hunc Lucium in artificum numero habuerunt Viscontus Op. var. T. II. p. 125. Sillig p. 245. Com.

de Clarac Catal. des artist. p. 138. qui praeterea profert gemmam cum inscriptione ΛΕΥΚΤΕΥ, quod omnino est ΛΕΥΚΙΟΥ, et aliam, quae inscripta putatur ΛΕΥ i. e. ΛΕΥΚΙΟΥ. De gemmis huius nominis cf. Köhler. Opp. III. 160, 187.

7212.

In plasmate antiquo sardam imitante, in qua repraesentantur quattuor quadrigae, ex collect. de Thoms (tab. XIV, 1.), repetierunt Winckelmann. Descr. cet. Cl. V, 55. p. 468. De Murr p. 64. cf. De Jonge p. 163. n. 20. Natter Méth. cet. p. 37. Lessing. Collect. T. XV. p. 277.

ΛΕΥΚΟΝΟC

Λεύκ[ω]νος.

Hanc lectionem praestat Natter; vulgo legebatur ΔΕΥΤΟΝΟC, quod pro genuino habuit Sillig. p. 184. Sed nomen nihili esse Letronnius Étude des noms propres grecs in Annal. Inst. arch. Rom. T.

XVII. p. 271. vidit. Nihil decernunt R. Rochettus Lettre à Mr. Schorn ed. alt. p. 132. Com. de Clarac Catal. des artist. p. 89 et 137. qui similem gemmam profert inscriptam ΛΕΥΚΩΝΟC. quae gemma si genuina est, de lectione Natteri dubitari non potest.

7212. b.

Volaterrae in museo publico in scarabaeo, edidit Welcker Mus. Rhen. VI. 1848. p. 385.

ΛΥΣΑΝΔΡΟ

Λυσάνδρο[υ].

Cf. Stephan. ad Köhler. Opp. III. p. 228, qui *εἰμί* supplet; vide supra n. 7097 c.

7213.

In gemma musei Worsleyani, citat Letronnius Annal. Inst. arch. Rom. T. XVII. p. 271.

ΜCΙΟΓCΙC

Μ[έτω]π[ο]ς?

Nomen *Μέτωπος* notum est ex Stob. Floril. I. 64. Inscriptionem damnat Letronnius. Sed iudicari poterit de ea ut iudicavimus de n. 7168.

7214.

In sarda ad caput hominis barbati; edidit Gruterus p. MXLIII, 10.

ΜΗΝΑC

Μηνᾶς.

Idem nomen redit n. 7215.

7215.

In onyche, in quo caput muliebri; ex collect. de Thoms tab. II. n. 3. Citat Com. de Clarac Catal. des artist. p. 143.

ΜΗΝΑ ΤΟΥ ΔΙΟΔΩΡΟΥ

Μηνᾶ τοῦ Διοδώρου.

Gemmam suspectam habet Com. de Clarac. Sed inde non sequitur dubiam esse inscriptionem, fortasse assumptam illam ex opere antiquiore.

7216.

In sarda mutila, in qua gryps, quem mordet serpens; ex collect. bibl. Paris. edidit Caylus Rec. d'antiq. T. I. tab. LIII. n. 4. p. 144. habet etiam Bracci T. I. tab. suppl. xxv. n. 1. p. 261. cf. de Murr p. 87. Dumersan Notice cet. p. 26. Com. de Clarac Descr. des ant. du musée roy. p. 420. Köhler. Opp. III. p. 356.

ΜΙΔΙΟΥ

Μιδίου i. e. Μειδίου.

Sillig. p. 278. scalptorem appellat Midium, merito notatus a Rochetto (Lettre à Mr. Schorn ed. alt. p. 143.); neque id debuit Com. de Clarac Catal.

des artist. p. 146. in medio relinquere. Nomen est *Μειδίας*. Audacius de inscriptione iudicavit Duchalais Revue archéol. VI. 1849. p. 483. Dubitant de tituli antiquitate Köhler. et Stephan. l. l.

7217.

In cornalina, in qua caput equinum eximie scalptum, ex collect. Boruss. ediderunt Winckelmannus Descr. cet. Cl. VII, 1. Mon. ined. p. 238. Hist. art. V. 4. p. 241. Bracci T. II. tab. LXXXV. de Murr p. 88. Lessing. Collect. I. p. 278. Millin Introd. p. 176. Viscont. Op. var. II. p. 118. Cf. Tölken Verzeichniss cet. p. 406. n. 65. (cf. p. xxxv sq.).

ΜΙΘ

Μιθ(ρα)

Μιθράτης aut *Μιθρίνης* subesse coniecit Com. de Clarac Catal. des artistes. p. 248. Tölkenius,

qui ΘΙΜ expressit, de nomine Θίμβρων cogitavit. Videtur potius Μίθρας esse vel eius nominis forma alia, ut Μίθρας secundo casu habetur Vol. II. n. 3173. Contra Köhlerum, qui totum opus spurium a Sto-

schio suppositum iudicaverat (Opp. III. p. 94 sq.) bene disputavit Tölken. Sendschreiben p. 21. Alias gemmas duas eodem siglo notatas profert Com. de Clarac l. c.

7218.

In gemma caput senis exhibente; edidit Spon Miscell. erud. ant. IV. p. 122. Habet etiam Bracci T. II. tab. LXXXIII. Cf. Stosch. tab. 43, qui gemmam iaspidem dicit, ceteri aut sardam aut cornalinam. Cf. Köhler. Opp. III. p. 204.

ΜΙΚΩΝΟC

Μίκωνος.

Sic Sponius; reliqui falso ΜΥΚΩΝΟC, quos secuti sunt Silligius p. 280. Com. de Clarac Catal.

d. artist. p. 150. De vera scriptura monuit R. Rochettus Lettre à Mr. Schorn ed. alt. p. 143. De duabus aliis gemmis cum inscriptione falsa ΜΥΚΩΝΟC vide Com. de Clarac l. c.

7219.

In gemma, in qua Apollo ante tripodem sedens; ex Gorii Smith. p. XI. citat Com. de Clarac Catal. d. artist. p. 146.

ΜΙΑΗΣΙΟC

Μιήσιος.

Potest sane nomen esse artificis.

7220.

In sarda Harpocratem stantem exhibente, ex collect. de la Haye; edidit De Jonge Notice cet. p. 155. n. 24.

ΜΟΥCΙΚΟΥ

Μουσικού.

Nomen in numero artificum censuit R. Rochettus Lettre à Mr. Schorn edit. alt. p. 143. Com. de Clarac Catal. des artist. p. 149. parum abest quin suspectum putet.

7221.

In gemma olim Stroziana, nunc deperdita, in qua repraesentatur Leda a cycno sublata; ex collect. Stroziana dederunt Stosch. P. grav. tab. 45. Winckelmann. Desc. cet. Cl. II. n. 142. Bracci T. II. tab. LXXXIV. Cf. De Murr p. 88. Lessing. Collect. I. p. 274. Millin Introd. p. 73. Cf. levissime de hac gemma iudicantem Köhlerum Opp. III, 186.

ΜΥΡΤΩΝ

Μύρτων.

Artificum numero inseruerunt Silligius p. 288. Com. de Clarac Catal. des artist. p. 151. Videndum ne per errorem incisum sit ΜΥΡΤΩΝ p. ΜΥΡΩΝ. Cf. n. 7222.

7222.

In cornalina caput Musae repraesentante, ex collect. Stosch. edidit Winckelmann Descr. cet. Cl. II. 1249. (Tölken Verzeichniss cet. p. 227. n. 1311.).

ΜΙΡΩΝ

Μίρων.

Winckelmannus expressit ΜΥΡΩΝ, quod non est in gemma (v. Tölken l. c. Praef. p. xviii.). Nomen per fraudem additum suspicatur Toelkenius. Inscriptionem admodum recentis aetatis esse vel ex forma litterae N apparet. Nihilo vero minus indicio est fuisse Myronem sculptorem, quod confirmatur etiam aliis gemmis idem nomen ΜΙΡΩΝ exhibentibus, altera a Winckelmanno descripta (l. c. p. 385. n. 298. cf. Raspe n. 9371.), altera a Raspe n. 3010. tab. 32. edita. His accedunt duae aliae, quas

citavit R. Rochettus Lettre à Mr. Schorn edit. alt. p. 144. Questions de l'hist. de l'art p. 93. alteram ex collect. Duc. de Blacas in qua leo incedens et inscriptio ΜΙΡΩΝΟC, alteram ex collect. Principis Gagarin, in qua protome mulieris cum larva bacchica et inscriptio ΜΥ ΕΠΟΙΕΙ, id est Μύρων ἐποίηι. quamquam Stephan. ad Köhl. Opp. III. p. 285. tantum Μ ΕΠΟΙΕΙ legi ait. Postremam hanc non notavit Com. de Clarac Catal. des artist. p. 150 sq. qui inscriptionem gemmae Stoschianae expressit ΜΥΡΩΝ. Ceterum notabilis est scriptura prava ΜΙΡΩΝ per plures gemmas propagata.

7223.

In sarda in qua iuvenis nudus sedens; ex coll. Florent. edidit Gorius Mus. Florent. T. II. tab. 15. cf. Smith. p. 27. Bracci T. II. p. 285. Raponi tab. 26. n. 9.

ΝΕΙΚΗΦΟΡΟΥ

Νεικηφόρου.

Idem nomen ΝΕΙΚΗΦΟΡΟC habetur in gemma Victoriam repraesentante ap. Raspe n. 7704. Ad eundem pertinere videtur gemma, in qua imago Mercurii aquilam in sinistra tenens et inscriptio ΦΗΜΙ i. e. Νικηφόρου, ap. Montfauc. Ant. expl. T. I. P. 1. p. 132. tab. 76. ubi alii epitheton Mercurii subesse arbitra-

bantur. Commode R. Rochettus Lettre à Mr. Schorn ed. alt. p. 145. comparat inscriptionem Doni. p. 320. n. 20. in qua Q. Plotius Nicephorus unus gemmario- rum de via sacra memoratur. Nicephorum numero artificum inseruerunt Millin Introd. p. 195. Viscontus Op. var. II. p. 127. Sillig. p. 294. (solum Com. de Clarac Descr. d. ant. du musée roy. p. 421. citans), R. Rochettus l. c. Com. de Clarac Catal. d. art. p. 154.

7224.

In cornalina, in qua Iuppiter imberbis (cf. Pausan. V. 24. 6. VII. 24. 4.) vulgo Anxur s. Axur dictus, olim collect. Crozat (Mariette Descr. p. 43.), nunc collect. Petropolit. (Tölken Verzeichniss cet. p. 461.); edidit Winckelmannus Descript. cet. Cl. II. n. 48. Hist. art. T. V. p. 213. Mon. ined. p. 10. n. 9. Lettre à Mr. Hagedorn sur le musée de Stosch. 1759. T. I. p. 283. Cf. Raspe n. 972. tab. 18. Raponi tab. 72. n. 4. de Murr n. 91.

NEICOY

Νείσου.

Sillig p. 304. Comes de Clarac Catal. d. artist. p. 152. (cf. p. 154.) qui praeterea p. 262. ad eundem refert

Amadutius (Saggi di Cort. T. IX. p. 154.) dederat nomen mutilum NEI -- gemmae collect. Rogeri in-
NIKOY. Scalptorem Nisum in catalogum retulerunt scriptum. Cf. Köhler. Opp. III. p. 192, 353.

7225.

In gemma (cornalina), in qua iuvenis nudus lyram pulsans coll. Schellersheim; citat Com. de Clarac Catal. des artist. p. 152.

NETWC

Νέπυς.

7226.

In gemma edita in Ephem. litt. Ien. 1825. n. 193. p. 100. Citant Sillig. p. 293. Com. de Clarac Catal. des artist. p. 153.

NECTWP

Νέστωρ.

Rochettus Lettre à Mr. Schorn edit. alt. p. 145. et Com. de Clarac l. c. citant aliam gemmam collect. de la Haye (De Jonge Notice cet. p. 143.) in qua Amor repraesentatur cum inscriptione NECT i e. Νέστωρ.

7227.

In amethysto in qua caput Iuliae Titi filiae, collect. Ducis de Marlborough; ediderunt Raspe Recueil de Tassie n. 11543. Bracci T. II. tab. LXXXVI. sine inscriptione; citarunt Amaduzzi Saggi di Corton. T. IX. p. 154. Dolce Mus. Denh. T. III. p. 35. de Murr p. 91. Millin Introd. p. 181. Sillig p. 293. Com. de Clarac Catal. des artist. p. 153. Köhler (Opp. III. p. 160) suspectam habet gemmam.

NIKANΔΡΟC ΕΠΟΙΕΙ

Νικάνδρος ἐποίηι.

7228.

In gemma, in qua Faunus in pelle pantherae cum duabus tibiis inter pedes, collect. Ducis de Marlborough; ediderunt Winckelmannus Descr. des pierr. grav. cet. Cl. II. 1517. Stosch. P. grav. tab. 44. Bracci T. II. tab. LXXXVII.

NICOMAC

Νι[κ]όλας.

Nomen Nicomachi subesse rebantur Viscontus Op. var. T. II. p. 119. 208. Millin Introd. p. 187. Dolce Mus. Denh. p. 10. Lippert I. p. 187. n. 478. Sillig. p. 303. Comes de Clarac Catal. des artist. p. 155. Niconias legebat Stosch. l. c. Niconas aut Ni-

sonas de Murr p. 89. Nisomas Lessing. Collect. I. p. 274. Manifesto nomen est Νικόλας, assumpta littera Latina C p. K ut alias. Et sic nunc video iudicari etiam a Letronnio (vide Com. de Clarac l. c. p. 263.). Idem nomen eodem modo scalptum enotatur ex cornalina Herculis caput referente. Vid. Com. de Clarac l. c. p. 156.

7229.

In gemma caput Hadriani exhibente fragm. ap. Raspe n. 11626. Citat Com. de Clarac Catal. des artist. p. 158.

NIAOC

Νίλος.

7230.

In cylice fig. rubr. collectionis Principis de Canino, nunc Monachii. Peleus Thetidem rapiens, utrinque Nereides tres ad dextram, duae ad sinistram, qua parte ara ardens (cf. ad n. 7396.); in parte aversa 1) duo ephēbi nudi et homo barbatus, 2) ephēbus hedera coronatus, scyphum ori admovens, ex adverso homo barbatus lyram tenens, 3) alius ceras tenens et ephēbus nudus utrem portans; in interiore parte Silenus utrem tenens, unde vinum transfusus est in craterem magnum. Descripserunt J. de Witte Cat. étr. n. 135. et O. Jahn Beschreibung cet. n. 331. cf. Réserve étr. coup. à fig. j. n. 14. Citat Gerhard Auserlesene Vasenb. III. p. 68. not. Tractat Panofka Eigennamen mit καλός p. 32 sq.

Χορῶ. Καλύκα. Πηλεύς. Θέτις. Ἐρατώ. Ἴρισία? Κυματοθή.

1. [Δωρ]έθεος, καλός· ναυχί [κ]α[λ]ός.

2. Καλὸς Ἐπέλειος· καλός.

3. Θεόδωρος καλός. ὁ παῖς καλὸς ναυχί.

Σιλανὸς τέρπων. ἡδὺς οἶνος. Καλὸς Ἐπέλειος.

Insunt formae Doricae. Ex nominibus Nereidum nova sunt Χορῶ et Ἴρισία i. e. Εἰρεσία. Nomen Καλύκη redit in bacchicis n. 7558. Κυματοθή forma productior est p. Κυμοθή, quae forma habetur n. 8158.

8354. Minus recte *Κυματοθέα* restituebat Welckerus *quō minus ΟΠΛΟΘΕΟΣ* legas, impedit quod *Η* deest. *Mus. Rhen.* 1859. p. 621. cf. Keil *Analect. epigr. et onomatol.* p. 171. In nominibus ephedorum hoc vase celebratorum *Ἐπέλειος* quod redire videtur infra n. 7819. incertum est. Dorotheus etiam alibi laudatur n. 7846. 7881. 7577 b. 7812. Quo loco

quō minus ΟΠΛΟΘΕΟΣ legas, impedit quod *Η* deest. Insolentius est *τέρπων* p. *Δυμὸν τέρπων s. τερπόμενος.* Aliter Iabnius, qui nomine *Σιλανός* silanum aquae profluentis significari putat. (Ficoron. *Cista* p. 25). *HOINOS* denique pro *ὁ οἶνος* videtur scriptum esse.

7399.

In oenochoe fig. nigr. Nolae reperta collectionis Pourtalès - Gorgier, Peleus Thetidem rapiens. Edidit Raoul-Rochette *Mon. inéd. Achill.* p. 9. tab. I. 1. repetiit Inghirami *Vasi fittili T. IV. tab. CCCLXXVII.*

In ductibus prope evanidis subesse videtur: *Πηλεύς* et *Θέτις*, si composueris ita: [ΓΕ]ΛΕΥΣ ΖΙΤΞΘ

7400.

In vase Clusino fig. flav. Peleus manu ducens Thetidem, ex adverso Chiron: in parte aversa homo calvus inter nymphas; editum *Mus. Chusin. tab. XLVI. XLVII.* repetiit Inghirami *Vasi fittili T. I. tab. LXXVII. LXXVIII.* Cf. Gerhard *Bullet. archeol.* 1831 p. 145. J. de Witte *Annal. del Inst. arch. Rom.* 1852. p. 123. Panofka *Mus. Blacas* p. 38. Eigennamen mit *καλός* p. 38.

Θέτις. Πηλεύς. [Χε]ίρων. Νικόστρατος καλός. Vasculum videtur pictum esse in gratiam Nicostrati cuiusdam (cf. n. 7555. 7562.) nuptias suas celebrantis.

7401.

In cylice fig. flav. Peleus Thetidem rapiens; in altera parte Nereides factum narrantes Nereo; in interno duo homines recubantes pateras tenentes et inter se colloquentes; edita est in *Mus. etrus. Gregoriano P. II. tab. LXXXIV. 1.*

Supra Thetidem *Καλή.*

Intus: *Καλός.*

7402.

In amphora fig. nigr. collectionis Principis de Canino, nunc in museo Britannico; Iuppiter in throno, cuius ex capite prosilit Minerva armata adstantibus diis. In parte aversa profectio ad proelium quatuor additis nominibus; priorem partem descripsit Gerhard *Auserlesene gr. Vasenbilder T. 1. p. 203.* (cf. *Bullett. d. Inst. arch. Rom.* 1859 p. 70). Utraque pictura edita est *Mon. inéd. Inst. arch. Rom. T. III. tab. XLIV. XLV.* explicante Henzenio *Annal. d. Inst. arch. Rom. T. XIV. p. 90 sqq.* repetierunt Lenormant et I. de Witte *Elite des mon. céramogr. I. p. 217. tab. LXV. A. Catal. Vas. m. Brit. n. 564.*

Ἡφαιστος. Ἥρα. Ποσειδῶν. Ἀπόλλων. Ζεὺς. Ἀθηναία. Ἰλείθυια. Καλ(λ)ι --. Καλλίας. Ἀνθιπ(π)ος. Ἐτέσπλος.

Scriptura *ΗΙΕΙΘΥΙΑ* (p. *ΕΙΕΙΘΥΙΑ*) redit n. 7403. In nominibus alterius picturae, quae argumentum historicum repraesentat, vix dubium est quin *Καλλίας* ad celebrem illam familiam Atheniensem pertineat, cuius scriptores mentionem faciunt. Aurigae nomen *Καλλι[κλῆς]* fuisse suspicantur Lenormantus et I. de Witte. *Iidem* extremum nomen *Ἐτέσπλος* recte legerunt. Illud nomen redire videtur n. 8198. Nomen *Ἀνθιππος* varia lectio est p. *Ἀντιππος* ap. Thucyd. V. 19. Panofka *ΑΝΘΙΠΟΣ* i. e. *Ἀμφιππος* legendum censet *Act. Acad. Berol.* 1848. p. 217. not. 2. sed illam formam tuetur *Ἀνθίππη* n. 8449. b.

7403.

In vase fig. rubr. collectionis Beugnot nunc in museo Britannico; repraesentatur Iuppiter in throno sedens, cuius ex capite prosilit Minerva armata; ad dextram Ilithyia etc., ad sinistram Vulcanus, Neptunus etc. sub pede vasis monogramma est ex *Λ* aut *A* et *M* compositum; edidit Gerhard *Auserlesene gr. Vasenbilder I. tab. III. IV.* repetierunt Lenormant et I. de Witte *Elite d. mon. céramogr. I. tab. LXIV. LXV.* descripsit I. de Witte *Catal. Beugnot n. 1. cf. Bullett. d. Inst. arch. Rom.* 1854. p. 12. *Cat. Vas. Mus. Brit. n. 741**.

Διόνυσος. Ποσειδῶν. Ἡφαιστος. Ζεὺς. Ἀθηναία. Ἰλείθυια. Ἀρτεμις.

De forma *Ἰλείθυια* cf. ad n. 7402. *pressum* habet *ΜΟ.ΞΟΞ.* Tertium ab initio nomen secundum *Ο* in nomine Neptuni formatum est *puta* scriptum fuisse *ΗΕΦΑΙΞΤΟΞ.* in speciem *Ω.* Nomen Bacchi Gerhardi tabula ex-

7404.

In vase fig. nigr. collectionis Pr. de Canino; repraesentatur Minerva gigantem Enceladum caedens; cf. n. 7512. descriptum est in *Mus. étrus. du Pr. Luc. Bonap. p. 146. n. 1606. Catal. di scelte antichità etrusche cet. p. 156. n. 1606. Stuart Archaeol. Brit. Vol. XXIII. p. 253. Cf. Gerhard Rapp. Volc. n. 240.*

Ἐνκέλαδος. Ἀθηναία.

Cf. n. 7404. b. 7405.

7404. b.

In amphora Vulc. fig. nigr. collectionis Durand; repraesentatur Minerva Enceladum gigantem caedens; descripsit I. de Witte Catal. Durand n. 28. edidit Gerhard Auserl. Gr. Vasenbilder I. tab. VI. Picturam qua Minerva et Enceladus repraesentantur, repetierunt Lenormantus et I. de Witte Elite d. mon. céramogr. I. tab. VIII. Denno descripsit I. de Witte Catal. Bengnot n. 2. Cf. O. Müller Denkm. der alten Kunst II. tab. XXI. 229. Creuzer zur Gall. d. alten Dramat. p. 101. n. 127. qui falso legebat Ἀθηναίαι.

Ἀθηναία. Ἐνκέλαδος.

Cf. n. 7404. 7405.

7405.

In vase Vulc. fig. nigr. collectionis Durand; idem argumentum; descripsit I. de Witte Catal. Durand n. 29.

Ἀθηναία. Ἐνκέλαδος.

Cf. n. 7404. 7404. b.

7406.

In vase Rubis (Ruvo) reperto eoque mutilo, in quo repraesentatur Gigantomachia et in parte aversa pugna Bacchi contra Indos; descripsit Henr. Wilh. Schulz Ragguaglio delle principali escavaz. operate ultimamente nel regno di Napoli Rom. Estr. d. Bull. d. Inst. arch. Rom. 1841. 42. p. 74 sq. Bullett. 1842. p. 68.

Ἐνκέλαδος.

Cf. n. 7404—7405.

7407.

In vase fig. nigr. collectionis Durand; Minerva contra Gigantem pugnans; descripsit I. de Witte Catal. Durand n. 30.

Dixeris inesse nomen ENK[ΕΙΛΑΔΟΣ]. Cf. n. culo pinacothecae Monacensis, in quo Minerva Enceladum impugnat adscriptis litteris ΠΕΣΟΜΑ. Cf. 7404—7406. Sed litterae reliquae male pictae sunt, ut nihil certi definiri possit. Idem dixeris de vase O. Jahn Beschreibung etc. n. 473.

7408.

In amphora Nolana, in qua repraesentatur Minerva heroem adoriens; edidit Panofka Vasi di premio 1826 fasc. I. tab. VI. unde repetierunt Dubois - Maisonneuve Introd. à l'étude des vases ant. tab. XCIII. Lenormant et I. de Witte Elite des monum. céramogr. I. tab. IX. p. 15 sq.

Panofka heroem Martem putat esse; melius Lenormantus et I. de Witte qui pro Encelado habent. Inscriptio utriusque figurae imposita pessumdata videtur a pictore vetere. Καθίεναι verbum proprium est de iaciendis telis missilibus. Itaque Minerva putari potest introduci dicens καθίσει, bellator κ[α-

θή]μι. (cf. Gerhard Archaeol. Zeitung 1848. p. 351). Sed videndum tamen ne pictor Minervae appinxerit ΚΑΛΟΣΕΙ, heroi ΙΕΘΝΑΧ. Verba ad os figurarum picta etiam alibi reperiuntur. Conf. n. 7705. 7759. 7811. b. 7856. 7964.

7408. b.

In amphora fig. nigr. Romae; repraesentatur Minerva hastam vibrans contra heroem armatum (fortasse Gigantem) iamiam concidentem; pone quadriga, in qua deus et dea (fortasse Mars et Venus); supra est Hercules tripodem rapiens; edidit Gerhard Auserlesene Vasenb. III. tab. CXCIII.

Ὁ παῖς καλός.

7409.

In vase collectionis Hamiltoni; edidit Tischbein T. IV. 2. repraesentatur Minerva contra heroem pugnans.

Nihil certi definiri potest de litteris male pictis ΑΘΕΝΑΙΑ et ΕΝΚΕΙΛΑΔΟΣ; supra fuerit ΚΑΛΟΣ. (conf. n. 7429.). Fortasse intelligenda sunt nomina

7409. b.

In amphora Nolana repraesentatur Minerva stans codicillos scribens, ex adverso senex baculo innixus: quam picturam Lenormantus interpretatur de Minerva Palamedem artem scribendi docente; eamque interpretationem Dux de Luynes ex vase alio (Annal. III. p. 230. tab. XXVI. n. 6.) comprobare studuit. Edidit Dux de Luynes Vases peints cet. tab. XXXV.

Ὁ παῖς καλός.

7409. c.

In patera fig. flav. collectionis Pr. de Canino; Minerva, ex adverso sacerdos; in externa duo sacerdotes ad aram Minervae; sub pede vasis sigla sunt. Descripta est Mus. étrusq. p. 99. n. 1014.

Καλ[ός]. [Κ]αλός. Καλός. Κ[αλός].

De corruptione litterarum cf. n. 7752. 7898 etc.

7410.

In vase Nolano fig. rubr. collectionis Durand; Mercurius cum caduceo; descripsit I. de Witte Cat. Durand n. 63.

Ἑρμῆς.

7411.

In vase Nolano fig. rubr. in museo Berolinensi; dea sceptrum tenens (fort. Iuno), confabulans cum Mercurio; descripserunt Levezow Verz. d. ant. Denk. p. 180. n. 849. Gerhard Berl. ant. Bildw. I. p. 246. n. 849. Panofka Mus. Bartold. p. 46. n. 31.

Ἑρμῆς.

7412.

In πύραμι reperio Clusii collectionis Pizzati, nunc Blayds Britanni; Mercurius Argum interficiens, dum aufugit vacca; edidit Gerhard Arch. Zeitung Berlin 1847. n. 2. p. 17 sq. tab. II.

Ἑρμῆς.

7413.

In amphora fig. nigr. collectionis Basseggio; nunc Londini in museo publico n. 580*. argumentum idem in parte aversa Hercules leonem strangulans; descripserunt Vinet Revue archéol. III. 1846. p. 310. O. Iahn Bullett. d. Inst. arch. Rom. 1839. p. 21. Gerhard Arch. Zeitung 1847. n. 2. p. 17. not. 3; Birch denique et Newton in Catal. Vas. mus. Brit. I. 135.

Ἡρας.

Ἑρμῆς.

[Ἄργ]ος.

Ad genitivum Ἡρας intelligi potest εἰκὼν (cf. n. 7390.).

7414.

In hydria fig. nigr. collectionis Feoli, postea Magnoncour; Mercurius, ex adverso Maea coronam praebens; sub ansis animalia ut aries (cf. Ἑρμῆς κριοφόρος. Paus. IX. 22. 2. V. 27. 5. IV. 33. 5. II. 3. 4.), hircus, leo; descripsit I. de Witte Descr. des vases peints cet. de la collection de M. de Magnoncour p. 10. n. 10. ediderunt Gerhard Auserl. Gr. Vasenbilder I. tab. XIX. 1. (cf. Rapp. Volc. not. 254.) et Panofka Eigennamen mit Kalós Tab. II, 3.

M[α]ία.

[Ἑρμ]ῆς.

Καλὸς Καρύστιος.

Videtur vasculum victoris iuvenis nomine Ca- hibet ΚΑΙΝΣΤΟΣΣ, quasi Κάρυστος; in quo per-
rystii confectum esse. Nomen Gerhardi tabula ex- mutata sedes litterarum IO videtur.

7414. b.

In vase coll. Candelori, nunc Monacensi fig. nigr. Mercurius per aerem gradiens cum parvo Hercule. Edd. Micali Monum. Tab. LXXVII, 2. Panofka Eigenn. mit Kalós T. IV. 11. Descr. Iahn Vasensammlung des K. L. p. 199. n. 611.

Ἑρμῆς.

Ἡρακλῆς.

Καλὸς ὁ παῖς.

Χαῖρε σύ.

7414. c.

In cylice Nolana fig. rubr. Mercurius cum Apolline de lyra certans; in parte aversa Cecrops cum Herse putatur representari. Descripserunt Panofka Annal. d. Inst. arch. Rom. I. p. 290. II. p. 185 sq. Monum. ined. d. Inst. arch. I. tab. IX. Bröndstedt Voy. et Rech. dans la Grèce II. p. 299. Edd. Dux de Luynes Vases peints etc. tab. XXVII. p. 16. Lenorm. et I. de Witte Elite des mon. céram. I. p. 110. tab. XL.

Ὁ παῖς καλός.

Καλὸς ὁ παῖς.

Ὁ παῖς καλός.

Scriptum ΠΑΥΣ in vasis magnae Graeciae fre- vid. n. 7500, 7541, 7670. b., 7921, 7931, 7951,
quens (cf. Kramer Styl und Herkunft etc. p. 175.); 7968, 8006, 8009.

7414. d.

In vase Nolano fig. rubr. Mercurius barbatus prope craterem, in quo est inscriptio: Καλός. Descripsit I. de Witte Cat. Dur. n. 62.

7415.

In cylice fig. rubr. collectionis Principis de Canino nunc Berolini; Vulcanus bacchicus, in curru alato sedens, dextra cantharum, sinistra malleum tenens. Descripta est Mus. étr. de Luc. Bonap. p. 101. n. 1054.; ediderunt Gerhard Auserl. Gr. Vasenbilder I. tab. LVII. 1. (cf. Rapp. Volc. n. 256.), Lenormant et I. de Witte Elite des monum. céramogr. 1. tab. XXXVIII. p. 105 sq. denuo descripsit Gerhard Neuerw. Denkmäler cet. III. n. 1757; postremo ed. Panofka Gr. Eigennamen mit Kalós Tab. II, 11.

Ἡφ[α]ί[σ]τος κα[λ]ός.

In Mus. etr. editum est ΑΚΕΘΙΤΟΣ ΚΑ ΟΣ; in curru videns legit Κήφιστος Καλός. Cum Lenorm. apud Gerh. KNEOITOS ΚΑΙΟΞ; Panofka Bacchum puta fuisse ΗΕΦΑΙΣΤΟΣ.

7416.

In cylice Nolana fig. flav. et violac. in interno, rubr. in externo, collectionis Magnencour; Minerva et Vulcanus Pandoram adornantes (Paus. I. 24. 7. Plin. H. N. XXXVI. 1. 5.); in externo duo ephebi cum equo, fort. Castor et Pollux cum equo Cylaro etc. Descripserunt Panofka Bull. d. Inst. arch. Rom. 1829. p. 19. I. de Witte Descr. des vases peints cet. de M. de Magnencour p. 7. n. 9. Guigniaut Religions de l'antiq. tab. CLVIII. 603. c.; picturam internam edidit Gerhard Festgedanken an Winkelmann Berl. 1841. tab. I. Cf. Lenorm. et I. de Witte Elite d. mon. céramogr. T. II. pl. XXIII. (Extrait de la Revue archéol. 15 Déc. 1845.) p. 10. not.

Ἀθην[αί]α. Ἀνησιδώρα. Ἡφαιστος.

AΘENAA quamquam in lapidibus post Euclidem scriptis (cf. Vol. I. p. 234 A.) atque in vasis habetur (cf. n. 7671. 7619.), hoc loco videtur excidisse AI, et ultimum A pertinere ad nomen quod

sequitur. Ἀνησιδώρα epitheton est Cereris aut Telluris. Hesych. s. v. Etym. M. s. v. Plutarch. Sympos. IX. 14. T. VIII. p. 969. R. Paus. I. 31. 2. cf. Creuzer Melet. I. p. 26. Perperam commendatur nomen Ἀνησιδώρα (Bullett. dell' Inst. arch. Rom. 1849. p. 98 sq.).

7417.

In vase Siciliensi fig. rubr. repraesentatur Vulcani reditus in caelum (cf. Gerhard. Auserlesene gr. Vasenbilder I. p. 214. Welcker Nachtr. zur Aeschyl. Trilogie p. 300. Ulrichs Achaei fragm. p. 53 sqq.): praecedit Satyrus lyram pulsans, sequitur Bacchus respiciens Vulcanum in mulo sedentem; edidit Politi Illustr. sul dipinto in terra cotta di un Ercole ed Apollo e di tre altre figuline greco-sicule agrigentine 1829. (cf. Panofka Bullett. d. Inst. arch. Rom. 1830. p. 170. O. Jahn Vasenb. p. 20.) repertierunt Lenormant et I. de Witte Elite des mon. céramogr. I. tab. XLVI. A. p. 140. Panofka Vasen mit Kalós Tab. III, 3. Cf. O. Jahn Vasensammlg. n. 780.

Διόνυ[σος] κα[λός]. Σ[ίμ]ος.

Panofka l. l. cf. p. 66. legit ΞΥΑ Μαρούας.

7418.

In stamno fig. rubr. Romae; repraesentatur Vulcani reditus in caelum, praecedit Satyrus, sequitur Bacchus; edidit Gerhard Auserlesene Gr. Vasenbilder I. tab. LVIII.

Ἡφαιστος. Διόνυσος.

Fuit haud dubie HE[ΦΑΙΣ]ΤΟ[Σ] et [ΔΙΟΝΥ]Σ[ΟΣ].

7418. b.

In cratere eximio Gelensi figg. rubris. Vulcanus cum Baccho et Satyris; sine inscriptionibus ed. Stackelb. Gräber der Hellenen Tab. 40. Müller Denkm. II. 1896. Descripsit Jahn Vasensammlg. d. K. L. n. 776. p. 240.

Ἡφα[ί]στος καλός.

7418. c.

In oenochoa fig. nigris. Vulcani officina. Descripta est in catalogo vasorum Mus. Brit. n. 668. p. 182, quem qui ediderunt, haec fere legere posse sibi videbantur: HO:MYSIAS KALOS ΔΟΚΕΙ HO..MVΞ

7419.

In hydria fig. nigr. collectionis Durand, nunc I. de Witte; repraesentatur quadriga quam adscendit adolescens, adstante figura muliebri cum cithara, pone Mercurius; ante equos Latona; descripsit I. de Witte Cat. Durand n. 14; edidit Gerhard Auserlesene Gr. Vasenbilder I. tab. XX. XXI.

[Ἐ]ρις. Ἀπόλ(λ)ωνος. Ἀρτέμιδος. Ἐρμού. Λητούς.

Nomen ΕΡΙΣ adscriptum deae quae in superiore pictura inter duas quadrigas conspicitur.

7420.

In amphora fig. nigr. collectionis Feoli; Apollo citharam pulsans, ab altera parte Diana, ab altera Latona; edita est Monum. ined. Inst. arch. Rom. I. tab. XXVI. 7. Annal. Inst. arch. Rom. Vol. III. p. 136. not. 201. d. p. 231. descripsit Campanari Vasi della collez. Feoli n. 12. p. 42. repetiit Gerhard Auserles. gr. Vasenbilder I. tab. XXV. Cf. Rapp. Volc. p. 183. not. 737.

Λητούς. Ἀρτέμιδος. Ἀπόλ(λ)ωνο[ς]. Πασικλῆς καλός.

7421.

In amphora fig. rubr. collectionis Beugnot; Tityus Latonam rapiens, ad sinistram Apollo, ad dextram Diana; in parte aversa tres athletae; ediderunt Lenormant et I. de Witte Elite des monum. céramogr. II. tab. LVI. Gerhard Auserl. gr. Vasenbilder I. tab. XXII. descripsit I. de Witte Cat. Beugnot not. 4.

Ἀπόλλων[ος]. Χαῖρε, Χαῖρε. Λητούς. Χαῖρε. Αἰδοῦς (Ἀρτέμιδος?).

In parte aversa:

Καλός Σωσίας. Δημόστρατε χαῖρε. Σώστρατος. Χάρης. Σώτιμος.

De nominibus deorum casu secundo positus cf. n. 7390, 7413, 7419 sq. *Aidōs* nunc cognomen epitheton videtur Dianae (vide I. de Witte Annal. Inst. arch. Rom. Vol. XIII. 261 sqq. XVII. p. 401. not. 3.) at bene coniecit O. Iahnus Arch. Beitr. p. 130. subesse [APTEM]ΙΔΟΣ; de quo tamen iudicare non licet nisi inspicienti vasculum et accuratius examinanti locum inscriptionis. In nominibus alterius picturae lectiones Gerhardi correxit I. de Witte, qui tamen non animadvertit legendum esse ΣΟΣΙΑΣ p. ΣΟΣΙΟΣ et ΣΟΤΙΜΟΣ p. ΣΟΤΙΝΟΣ. Cf. n. 7807. Chares redit n. 7789.

7422.

In hydria collectionis Gourieff; Minerva virum myrto coronatum comitans, praesentibus Apolline et Mercurio, accedente Diana cum facibus nuptialibus; descripsit Roulez Académie de Bruxelles VIII. n. 6. tab. 2. Citavit Gerhard Auserlesene Gr. Vasenbilder II. p. 189.

Ἀπόλλωνος. Ἑρμοῦ. [Ἀρτ]έμιδος.

Nomen Ἀρτέμιδος inesse probabiliter coniecit Gerhardus.

7423.

In vase fig. flav. collectionis Principis de Canino, nunc in museo Londinensi; Apollo cum cerva, iuxta eum Latona laurum et smilaca tenens, denique Diana cum panthera; descriptum est Mus. étr. p. 178. n. 1894. Citat Gerhard Rapp. Volc. n. 346. Auserl. gr. Vasenbilder I. p. 90. not. 78. Cat. vas. mus. Brit. n. 791.

Ἀπόλλωνος.

Λαδάμας [κα]λός.

Nota formam Doricam nominis Λαδάμας. Cf. n. 7837.

7424.

In cylice fig. flav. collectionis Pr. de Canino; Mercurius cum Apolline; descripta est in Catal. de tableaux cet. vases étrusques et antiquités, propriété de M. Lucien Bonaparte, Par. 1840. p. 37. n. 23. Inscriptionis nihil videtur subesse nisi ΚΑΛΟΣ litteris turbatis.

7425.

In hydria fig. rubr. olim collectionis Pr. de Canino; Apollo inter septem Musas; ante Apollinem Clio volumen tenens, in quo est inscriptio; descripserunt I. de Witte Cat. étr. n. 5. (cf. Réserve étrusque, grands vases à fig. jaun. p. 9. n. 29.) Gerhard Neuerworbene Denkm. des K. Mus. v. Berlin n. 1751. Edidit idem Trinksch. u. Gef. Tab. XVII. XVIII.

Inesse videtur vs. 1. Κλειώ, in sequentibus nihil liquet neque omnino ad legendum litterae compositae esse videntur.

7425. b.

In patera Vulc. fig. flav. collectionis Basseggio; Apollo Nympham persequens, in externo homines in triclinio recubantes; edita est Mon. ined. d. Inst. arch. Rom. Vol. III. tab. XII. tractavit Braun Annal. d. Inst. arch. Rom. Vol. XI. 1839. p. 451 sqq.

Ὁ παῖς καλός. Ὁ παῖς καλός. [Ὁ] παῖς καλός.

7426.

In vase Agrigentino collectionis Rogersi; Apollo et Diana Tityum sagitta petentes; editum est Annal. d. Inst. arch. Rom. Vol. II. 1830. tab. H. p. 230. repetiit Inghirami Vasi fittili T. I. tab. XLVI. tractavit Panofka Eigennamen mit Καλός p. 67. — Diana Καλή audit sollemni epitheto; Καλός Apollini idemque appictum capiti Tityi.

7427.

In cylice fig. flav. collectionis Pr. de Canino; Apollo gladio interficiens bellatorem cadentem ad pedes Dianae; in parte aversa ephēbi quattuor et homines barbati octo; Réserve étrusque coupes à figur. jaun. n. 39. Ὁ παῖς καλός sexies.

7428.

In vase fig. nigr. collectionis Hamiltoni; Apollo citharoedus, cum Mercurio et dea; ex adverso dea et Neptunus; edidit Tischbein Collect. of engravings from ancient vases cet. T. IV. 3. Peintures d. vases ant. de la collection du Chev. Hamilton, ed. Florence T. IV. 3. — Inscriptum videtur nihil nisi Καλός.

7429.

In vase fig. nigr. collectionis Venuti; quadriga, quam adscendit dea; ad latus Apollo; edidit Inghirami Vasi fittili I. tab. LXIV.

Ἀπόλλων. Ἀρτεμις.

Elementa parum distincte picta; dixeris subesse ΜΟΙΟΠΑ ΖΙΜΕΤΡΑ.

7430.

In amphora Rubis reperta; Diana hasta petens bellatorem humi prostratum; infra Hercules taurum domans; descripsit Henr. Wilh. Schulz Bullet. d. Inst. arch. Rom. 1842. p. 56 sqq.

Ἀρτεμις.

7430. b.

In patera Nolana ex collectione Betti Neapolitani; mulier ad aram sacra factura; descripsit Panofka in *Gerh. A. Z.* 1848. p. 247.

**Ἀρτεμις.*

7431.

In hydria fig. nigr. collectionis Feoli; Cora in quadriga, comitantibus diis; supra Hercules cum Cerbero; infra leones et apri; descripsit Campanari Vasi della collezione Feoli n. 63. p. 122. edidit Gerhard Auserlesene Gr. Vasenbilder I. tab. XL. Cf. Rapp. Volc. not. 213.

Δημήτηρ.

Nomen Corae appictum putatur pro Proserpina esse, id quod fieri posse demonstratur ex Pausania IV. 33. 5. ἡ ἀγνή κόρη τῆς Δήμητρος ἐστὶν ἐπίκλησις; hic vero ex usu Pausaniae (cf. V. 26. 2. VII. 24. init. II. 36. 7. IX. 39. 2.) viri docti recte scripse-

runt: ἡ δὲ ἀγνή Κόρη τῆς Δήμητρος ἐστὶν ἐπίκλησις. Gravius est quod apud Hesychium legitur: ἱερὰ παρ-
Σένος ἡ Δημήτηρ. Cf. Gerhard Mythol. I. §. 429, 2. Sed fortasse nomen referendum est ad mulierem quadrigae praeuntem aut universe ad argumentum significandum additum est.

7432.

In amphora fig. nigr. collectionis Durand; Corae in terram reditus (cf. n. 7431.); descripsit I. de Witte Cat. Durand n. 651. edidit Gerhard Auserlesene Gr. Vasenbilder I. tab. LXXIII.

Elementa perverse picta sunt, fortasse ut inscriptio inesse videatur potius quam insit. Sed possunt etiam male refictae esse in loco in quo antea evanuerant litterae; quo posito dixeris lineae verticali contineri elementa nominis ΖΟΤΖΙΑΦΞΗ, i. e.

Ἡφαιστος. Reliquae litterae pro lusu habendae videntur, similesque sunt ductus n. 7552. 7675. b. Suppar lusus in repetendis syllabis iisdem aut similibus extat n. 7948. b.

7433.

In hydria fig. rubr. collectionis Pr. de Canino, nunc Monachii; Triptolemus in curru, ad dextram Ceres, ad sinistram Proserpina; edidit Inghirami Vasi fittili T. I. tab. xxxv. Cf. Réserve étr. grands vases fig. flav. p. 11. n. 36. descripsit I. de Witte Catal. étr. n. 19. O. Jahn Vasensammlung d. K. L. n. 340. Citavit Gerhard Auserlesene Gr. Vasenbilder I. p. 217. Creuzer Symbol. IV, 2. Tab. III, 7. Müller Denkm. a. K. II, 111.

Περ[σ]έφατ(τ)α. Τριπτόλεμος. Δημήτηρ.

7434.

In vase collectionis Marchionis del Vasto Neapoli; Triptolemus, cum Cerere etc.; citat post Viscontum et Welckerum Zeitschr. p. 105. Gerhardus Auserlesene Gr. Vasenbilder I. p. 217. Habeo ex schedis Uhdeni.

Περσ[ό]φατ(τ)α. Ἐρμῆς. Ἐκάτη. Δημήτηρ.

Pictor voluit ΠΕΡΣΟΦΑΤΑ ΗΕΡΜΕΣ ΗΕΚΑΤΕ. Cf. n. 7440. Forma Περσόφαττα p. Περσέφαττα videtur esse etiam n. 7433. De forma nominis cf. Welcker Syllog. epigr. Gr. ed. alt. p. 262.

7434. b.

In vase Agrigentino; Triptolemus in curru, dextra tenens phialam, in quam Ceres liquorem infundit; post Cererem Celeus; post Triptolemum Proserpina; post hanc is, cui appictum nomen herois eponymi Atheniensium, Neptuni et Alopes filii, quem fratrem ferunt Triptolemi (Paus. I. 14, 3.), in alia parte vasis Iuppiter in throno, Thetis atque Aurora. Edidit Politi Cinque vasi di premio rinvenuti in un sepolcro agrigentino nell' Aprile del 1841 in Ephemeride Siciliensi La Concordia a. II. n. 14. tab. VII. unde descripsit Minervinus Bullett. arch. Napol. 1. p. 15 sq.

Tit. a. Ἴπποθῶν (i. e. Ἴπποθόων). Φερέφασ(σ)α.
Τριπτόλεμος. Δημήτηρ. Κελεός[ς].

Nonnulla in his a dextra ad sinistram picta dicuntur.

Tit. b. Ἔως. Ζεός. Θέτις.

7434. c.

In vase Cumanò fig. rubr.; Triptolemus conscendens currum; descripserunt H. G. Schulz Bullett. d. Inst. arch. Rom. 1842. p. 9. Minervinus Bullett. arch. Napol. I. p. 6. cf. p. 15. not. Tab. II. Elite céramogr. III, LXIV. Panofka Eigennamen mit Καλός p. 67. Tab. IV. 2. Tractavit Abeken Mittelitalien p. 339. Egregiae picturae nihil adscriptum est praeter Καλός et Καλή.

7435.

In cylice Vulc. fig. flav. Triptolemus in curru; edita est in Mus. etr. Gregoriano P. II. tab. LXXVI. 2.

Τριπτόλεμος.

Forma Τριπτόλεμος negligentiori pronuntiationi debetur, ut Ptolomaeus.

7436.

In vase collectionis Pr. de Canino; Triptolemus in curru. Descriptum est in Réserve étrusque, grands vases p. 15. n. 53. edidit Inghirami Vasi fictili T. I. tab. XXXVI. XXXVII.

Καλός. Κ[α]λός. Καλὸς εἶ.

7437.

In vase collectionis Bartholdi nunc in Museo Berolinensi; Triptolemus in curru alato; descripserunt Panofka Mus. Bartoldian. p. 67. n. 69. Gerhard Berl. ant. Bildwerke I. p. 259. n. 896.

Litterarum reliquiae, unde verbum *πεπόννημα* exculperunt, nihil sunt nisi [HO]ΓΡΑΙΣΚΑ[ΛΟΣ] i. e. ὁ παῖς καλός.

7438.

In cylice fig. flav. collectionis Pr. de Canino; Triptolemus in curru; descripta est in Réserve étrusque, coupes à fig. jaun. n. 24. Nihil inest nisi septies Καλός.

7439.

In hydria Agrigenti reperta collectionis Ducis de Luynes; repraesentatur Iuppiter Bacchum infantem sinistra porrigens figurae muliebri sedenti; edidit I. de Witte Mon. inéd. publiés par la section Française 1856. tab. IX. Nouvelles Annales de l'Inst. arch. T. I. p. 357 sqq. undē repetiit Inghirami Vasi fictili T. IV. tab. CCCLXXXIV. denuo edidit Dux de Luynes Vases peints cet. tab. XXVIII.

Καλός. Διόνυσος. Ζεύς.

men VAΔΕΣ olim arbitrabatur, sed idem in Ann. Inst. arch. Rom. XIII. p. 261 sq. sententiam suam

I. de Witte figuras muliebres pro Hyadibus interpretans in litteris parum perspicuis inesse no-

retractavit, postquam de interpretatione illa merito dubitavit O. Jahn Vasenbilder p. 21.

7440.

In vase fig. rubr. collectionis Pourtalès-Gorgier. Mercurius in rupe sedens, Bacchum infantem tenens; ediderunt Millin et Dubois-Maisonneuve Vases cet. T. II. tab. XIII. Gal. mythol. LVII. 228. Panofka Cab. Pourtalès-Gorgier tab. XXVII. p. 91. ex Millino Inghirami fictili T. I. tab. LXV. Descripsit Dubois Descr. des antiques de M. le Comte de Pourtalès-Gorgier p. 55. n. 146.

[Θ]υ[ά]ς. Ἐρμῆς. Διόνυσος. Μαινάς.

Panofka HPME, reliqui quod dedi. Pictor voluit HEPMEΣ (cf. n. 7434.). Prioris figurae muliebris nomen incertum est. Mutilum ab initio esse nomen putavit Panofka coniiciens ΚΙΣΣΟΥΣ aut

ΑΝΘΟΥΣ quod merito repudiavit O. Jahnus (Vasenbilder p. 19.) qui legebat OVE p. OVS. Gerhardus (Auserles. Gr. Vasenbdr. I. p. 210.) coniecit ΜΟΥΣΑ. Paulo probabilius videtur ΘΥΑΣ, in quo A excidit, ut in HPMEΣ excidit E. Neque opus est ut scribatur ΘΥΙΑΣ, quae vulgaris scriptura est cf. n. 7470.

7441.

In vase fig. flav. Agrigenti reperto; Mercurius Bacchum infantem tenens; descripsit Rose. Inscr. Gr. vetust. p. 78. editum est Mon. ined. Inst. arch. Rom. Vol. II. tab. XVII. explicante Panofka Annal. d. Inst. arch. Rom. VII. p. 82 sqq. Citat O. Jahn Vasenbilder p. 19. cf. Minervini Bullett. archeol. Napol. II. p. 32.

Ἀριάγνη. Ἐρμῆς. Διόνυσος.

Ἀριάγνη forma alia est p. Ἀριάδνη. Hesych. ἀδὸν, ἀγνὸν Κρητες. Minervino Ariagne nutrix est Bacchi, ut Ἀγνώ nutrix Iovis (Paus. VIII. 38. 3.).

7442.

In vase Nolano fig. flav. collectionis Millingenii; repraesentatur Bacchus barbatus Gigantem (fort. Eurytum) caedens; ediderunt Millin. Gal. Mythol. T. I. tab. LXXXVIII. Millingen Anc. uned. mon. P. II. tab. XXV.

Διόνυσος κ]αλός.

7443.

In vase Vulc. fig. rubr. collectionis Rosii; Bacchus hedera redimitus, ex adverso duo heroes barbati etc.; ediderunt Gerhard Auserl. Gr. Vasenbilder I. tab. L. LI. 1. 2. qui ad expeditionem Bacchi Indicam refert, et Panofka Annal. Inst. arch. Rom. Vol. XVII. 1845. p. 56 sq. tab. B. qui de Cabiris initiandis interpretatur. Cf. Bergkium in Gerhardsi Archaeol. Zeitung, VII ann. 1849. p. 44 sqq.

Litterae ad os alterius herois a Mercurio prehensi pictae explicari non possunt. Videndum tamen ne male refecta sint elementa nominis ΘΕΣΕΥΣ (Θησεύς). Cf. Em. Braunium (Bullett. dell' Inst. arch. Rom. 1850. p. 16).

7444.

In vase fig. rubr. collectionis Lamberg; Bacchus cantharum et thyrsum tenens, cum Satyris et Maenade; edidit De Laborde Vases de Lamberg T. I. tab. xxiv. descripsit Arneth Das K. K. Münz- und Antiken-Kabinet, 1845. p. 17. n. 4.

Διόνυσος.

7444. b.

In vase coll. Candelori figg. flav. nunc in pinacotheca Monacensi. Ed. Iahn. p. 246. n. 793. Bacchus cantharum tenens cum Satyro et femina; in altera tres Bacchae cum satyris. Cf. Panofka Eigennamen mit Kalós p. 64 sq.

Πολυφράσμων. Πολυφράσμων καλός.

Nomen bis Πολυφράσμων scriptum est.

7445.

In vase collectionis Lamberg; Bacchusque sedens thyrsum tenens et cantharum, cum Satyro et Maenade; edidit Comes De Laborde Vases de Lamberg T. I. tab. xv. p. 17. unde repetiit Inghirami Vasi fitili T. III. tab. cclxxxvi. — Litteris figurae muliebri appictis Labordio videbatur contineri PEA unde picturam interpretatus est de reconciliata pace inter Rheam et Bacchum, de quorum dissidio dicit Diodorus Siculus. Nomen Rheae ductibus illis subesse non videtur. Agnoscimus potius ΚΑΛΕ. Nomen Satyri crederes esse Μαρσύας (Cf. 7417, 7455), sed videtur etiam ibi subesse ΚΑΛΟΣ.

7446.

In hydria Vulc. fig. nigr. in museo Berolinensi; in collo vasis quadrigae duae citato cursu; in corpore vasis Bacchus quadrigam adscendens, matrem Semelen ex inferis reducit hircus; descripserunt Levezow Verz. d. ant. Denkm. p. 143. n. 699. Gerhard Berlins ant. Bildwerke I. n. 699. p. 226. edidit Gerhard Etrur. und Kampan. Vasenbilder tab. iv. v. Citat O. Iahnus Vasenbilder p. 25.

1) Quadrigis appictum, ut videtur ΚΑΛΟΣ ΚΑΛΟΣ.

2) Ad Bacchum adscriptum ΘΥΩΝΗ i. e. Θυώνη, cognomen Semeles (Diod. Sic. III. 62. Welcker Mus. Rhen. I. p. 432 sqq. O. Jahn Vasenbilder p. 16), ad figuram muliebrem, quam Semelen esse inscriptio infra equos posita ΣΕΜΕΛΕ i. e. Σεμέλη docet, appictum nomen ΔΙΟ[N]ΥΣΟΣ, Διόνυσος. Nomina aut sedem mutasse putanda sunt; aut fingendum Bacchum appellare matrem nomine Θυώνη, Semelen appellare filium Διόνυσος. Gerhardus attulit glossam Hesychii: Σεμέλη τράπεζα, παρά δὲ Φρυγίῳ ἑορτή.

7446. b.

In cylice Capuana in museo Santangelo; protomae Bacchi et Semeles, in parte aversa protomae Bacchi et trium figurarum muliebrium (Horarum), quibus appicta nomina sunt; descripsit Panofka in Gerhardi Archaeol. Zeit. 1848. p. 220.

Διόνυσος. Σεμέλη.

- - Διόνυσος. Καλλίς. Σιμή.

7447.

In hydria fig. flav. collectionis Pr. de Canino; Mercurius barbatus, Bacchus et Ariadne, deinde Neptunus et Amphitrite; in zophoro superiore quadriga in qua ephebus; post quadrigam hoplita, sequitur Paris arma induens; descripsit I. de Witte Cat. étr. n. 71. cf. Notice d'une collection de vases peints tirés des fouilles faites en Etrurie par feu le Prince de Canino, Par. 1845. p. 16. Réserve étrusque p. 13. n. 46.

1. Ἐρμῆς κα[λός]. Διόνυ[σος]. Διόνυσος. Ποσειδῶν.

In catalogo Réserve étrusque traditur ΗΕΡΜΕΣ ΧΑΙΠΕ. Alterum nomen in libello citato Notice cet. et in catalogo Réserve étrusque traditur ΔΙΟΝΑ. Sed est ΔΙΟΝΥ quod nomen per incuriam imperfectum pictor paulo remotius repetiit integrum. Cf. n. 7730.

2. Εὐθυμίδης videndum ne nomen sit pictoris va-

sculi (cf. n. 8197—99.), id quod pro comperto habet Panofka Act. Acad. Berol. 1848. p. 204. Ante equos pictum est χαιρέτω. Hoplita Χάρης audit: coniunge χαιρέτω Χάρης, ναί; nisi putes in litteris ΝΑΙ, pro quibus in catalogo Réserve étrusque refertur ΑΣΑΟ, latere repetitum [Χ]ΑΙ[ΡΕΤΟ]. In fine Σώστρατο[ς] χαιρε (cf. 7421, 7598). Nomen Χάρης extat etiam n. 7421, 7789. Celebrantur homines in bellum proficiscentes.

7448.

In hydria fig. flav. in museo Berolinensi; Bacchus Ariadnen amplectens, ad sinistram Theseus, quem Minerva abire iubet (Ovid. Her. X. 1 sqq. Theocr. II. 45. Ovid. Art. I. 527. Catull. Epith. 120. Hyg. fab. 45. Plutarch. Thes. 20.); descripserunt Levezow Verz. d. ant. Denkm. cet. p. 177. n. 844. Gerhard Berlins ant. Bildwerke I. n. 844. edidit idem Etrur. und Kampan. Vasenbilder tab. vi. vii. cf. O. Jahn Archaeol. Beitr. 277 sq.

[Θ]ησεύς. Ἀρ[η]ναία. [Δι]όνυ[σος]. Ἀριάνη i. e. Ἀριά[δ]νη. Cf. n. 7719.

7449.

In amphora fig. rubr. collectionis Pr. de Canino; nunc in Museo Britannico. Bacchus barbatus et Ariadne; in parte aversa duae deae, quae putantur esse Ceres et Proserpina, altera κοσμοσάνδαλον (Annal. II. p. 546) tenens, altera ἔλικα; descripsit I. de Witte Cat. étr. n. 42. Citat O. Iahnus Vasenbilder p. 25. Cf. Cat. Vas. mus. Brit. n. 808.

1. [Δ]ιόνυσος. Ὁ παῖς καλός. Νυμφαία (i. e. Ariadne). bis videtur inesse ΚΑΡΤΑ ΚΑΛΟ[Σ, referendum ad
2. I. de Witte nomina dearum esse putat: Καρτωνία formulam ὁ παῖς καλός. ΚΑΡΤΟΝ[Κ]Α[Λ]ΟΞ a dex-
et Δο[χία]. Illud Lenormantus ab ἄρτος repetit. No- tra ad sinistram scripta exhibent editores Britannici.

7450.

In vase Nolano fig. flav. collectionis Durand; in medio sedens Bacchus, cantharo potum praebens puero nudo adstanti, Como; ex adverso Ariadne: post Bacchum mulier, thyrsus et leporem tenens; descripserunt Raoul-Rochette Journ. d. Sav. 1826. Févr. p. 89. Gerhard Kunstblatt 1826. n. 4. Hyperb. Röm. Stud. I. p. 192 sq. Welcker Nachtr. zur Aeschyl. Tril. p. 257. I. de Witte Cat. Durand n. 114. et Descr. de vases peints cet. de la collection de M. de Magnoncour p. 17. n. 21. edidit Gerhard Auserles. Gr. Vasenbilder I. tab. LVI. 2. (cf. p. 43.). Citat O. Jahn Vasenbilder p. 25. Cf. Minervini Bullett. arch. Napol. II. 38.

Τραγωδία. Διόνυσος. Κῶμος. Ἀριάδνη.

Comus (cf. n. 7455. 7461. 7462. 8378. 8381) Bacchi et Ariadnes filius fingitur futurus citharista; unde adstat Maenas, indito nomine Tragoedia, quae quod tenet leporem Veneris symbolum (cf. Panofka

Annal. V. p. 272 sq.), ita explicatur, ut ad artem musicam referatur, quia lepus auribus acutissimis praeditus dicitur (Plutarch. Symp. IV. 5. 3). Primum nomen olim ΤΡΑΝΟΙΔΙΑ legebatur, sed ΤΡΑΛΟΙΔΙΑ scriptum esse testantur Panofka Mus. Blacas p. 42 et I. de Witte l. c.

7451.

In vase fig. flav. collectionis Durand; Bacchus et iuvenis myrto caput redimitus (cf. 8156.); descripsit I. de Witte Cat. Durand n. 389. Citat O. Jahn Vasenbilder p. 25.

Διόνυσος. Οἰνοπίων.

Oenopion filius Bacchi et Ariadnes fertur. Diod. Apollodor. I. 4. 2. Paus. VII. 4. 6. Parthen. 20. V. 79. Apollon. Rhod. III. 996. Plutarch. Thes. 20. Osann Mus. Rhen. III. p. 241.

7451. b.

In vasculo fig. flav. coll. Candelori, nunc in pinacotheca Monacensi. Bacchus cum satyris et mulis ithyphallicis. Descripsit O. Jahn Beschreibung der Vasen etc. p. 518.

Διόν[υσος]; in parte aversa ΚΑΚΑΞ et ..E.MON; asinaria vide supra n. 7370 et Panofka Eigennamen intus Μέμ[νων καλός]. De notione huius nominis mit Καλός p. 59.

7452.

In stamno collectionis Campanae; Bacchus inter duas figuras muliebres; descripsit Gerhard Archaeol. Zeit. 1846. p. 286. n. 21.

Χορον[ίκη]. Διόνυσος. [Οἰν]άνθη.

Nomen Χορονίκη redit n. 7815. 8036. Οἰνάνθη. cf. n. 7715. 8381.

7453.

In amphora Nolana fig. flav. in museo Berolinensi; Bacchus et Maenas cum thyrsu et serpente; descripserunt Levezow Verz. ant. Denkm. cet. p. 176. n. 859. Gerhard Berlins ant. Bildw. I. p. 243. n. 859.

Inscriptiones non satis certae sunt. Ονομασμος ορσεο exsculpsit Gerhardus. In priora linea subest nomen proprium hominis, in altera ΚΑΛΟ[Σ], καλός.

7454.

In cratere Agrigenti reperto fig. flav. collectionis Badensis; pompa Bacchica; edidit Creuzer Zur Gallerie der alten Dramatiker, Auswahl uned. gr. Thongefäße der Großh. Bad. Sammlung, p. 47 sqq. tab. 2. Cf. Gerhard. Archaeol. Anzeiger IX. 34. Jahn Vasenbilder p. 24.

Σωτέλης. Μαινάς. Πόσθων. Μαρσύας.

Nomen primum Creuzerus legebatur Σωτεύης; recte Iahnus (Vasenbilder p. 24.) Σωτέλης, quod nomen nunc non ad Silenum sed ad eum pertinere videtur, cuius in honorem facta pictura est. Πόσθων

nomen pueruli est ὑποκοριστικόν, de quo nomine Creuzerus confert Aristoph. Pac. 1298 ibid. Schol. et Lucian. Lexiph. 12. p. 334. ed. Wetst. Phot. Lex. Gr. p. 384. ed. Dobr. Lips. De Satyro Marsya cf. n. 7445.

7455.

In vase fig. rubr. collectionis Durand; Bacchus et Satyrus; descripsit I. de Witte Cat. Durand n. 87. Citat Jahn Vasenbilder p. 25.

Κῶμ[ος].

Cf. n. 7450.

7455. b.

In vasculo figg. flavis ex coll. Candelori in pinacoth. Monac. Mulier inter duos satyros barbatos; in altera parte iuvenis quadrigam ascendens. Descripsit Jahn Beschreibung der Vasen K. Ludwigs p. 322. n. 1104.

Πα]ρήξ[πι]πος.

Λάσιος.

Prius nomen iuveni adscriptum recte restituit Iahnus, qui de eodem nomine Cat. Vas. Mus. Brit. I. 832. Birch. Archaeol. XXXI. p. 265 sq. Panofk. Namen der Vasenbildn. p. 43 sq. conferri iubet. Alterum nomen Satyrorum nominibus addendum.

7456.

In cylice Vulc. fig. flav. collectionis Magnoncour; Bacchus, quadrigam adscensurus, cum Satyris; in parte aversa Ariadne in quadriga; in interiore parte, quam cum inscriptione edidit Panofka Eigennamen mit Καλός Tab. IV. 7., Satyrus amplexurus Maenam; descripsit I. de Witte Descr. des vases peints etc. de la collection de M. de Magnoncour p. 16. n. 20.

Παναίτιος καλός.

7457.

In patera fig. flav. collectionis Pr. de Canino, nunc in museo Berolinensi; Bacchus aggressus bellatorem iamiam cadentem, quem pro gigante Euryto habet Gerhardus (Apollodor. I. 6. 2); descripta est Mus. étrus. p. 158. n. 1725. Catal. di scelte antich. etr. cet. p. 151 n. 1725. Réserve étrusque p. 31. n. 4. Stuart Archaeol. Brit. Vol. XXIII. p. 247. descripsit Gerhard Neuerwerb. Denkm. III. n. 1850. cf. Rapp. Volc. p. 191. n. 828. edidit Gerhard Auserl. Gr. Vasenbild. I. tab. LI. 3. 4.

Παναίτιο[ς] καλός.

Nomen olim repraesentabatur ΠΑΝΤΑΙΤΙΟ. Idem Panaetius celebratur n. 7456, 7458, 7870, 7871, 8206. Cf. Panofka Eigennamen mit καλός p. 60 sq.

7458.

In vasculo musei Clusini; Satyrus in utre sedens; editum est in Mus. Chius. I. tab. XLVIII.

Παναίτιος καλός, καλός.

Cf. ad 7457.

7459.

In vase collectionis fig. nig. Pr. de Canino; nunc in museo Lugd. Batav. Satyri bacchantes et Maenades nominibus insignes; descriptum est Mus. étr. n. 802. accurate ediderunt Ianssenius Mus. L. B. inscriptt. p. 53. n. 2. tab. VIII. (cf. Leemans Animadv. in Mus. L. B. inscr. p. 23.), Roulez Choix de vases peints du Musée de Leide pl. 5. Cf. Gerhard Rapp. Volc. p. 174. n. 671. Kramer über den Styl u. d. Herkunft d. gr. bem. Thongef. p. 61. O. Jahn Vasenbilder p. 22 sq.

Σῆμος, Μυρώ, Ἰώ, Ἀντίης, Μόλπη, Φάνος, Κλυτώ, Ἴπ(π)αῖος, Ξανθώ, Χορα --, Δόρκις, Ὀφατίης.

Inscriptio satis antiqua, insolentiore formatione nominum ut Ἀντίης et Ὀφατίης conspicua; quae quum ionismum severiorem prodant, magnopere offendit forma dorica Ξανθα, nisi legendum esset ΟΘΙΑ + i. e. Ξανθώ (cf. 7460), quod vidit etiam Leemansius l. I. Gerhardus (Archaeol. Intelligenzbl. 1856 p. 50) volebat Ξανθός. Nomen Ἰώ scriptum est Φιώ cf. 7460. Roulez scribit ΕΙΩ, ex acclamatione bacchica nomen deri-

vans; idem Ὀρατίης (cf. ΟΡΑΤΙΗ Monum. Ined. del Inst. II. tav. 37.) Σῆμος habetur n. 7451. 7460. Φάνος nomen filii Bacchi ap. Apollod. I, 9, 16. Gerh. et Leemansius legebant Δάσων, Roulez: ΘΑΝΩΝ. Nomen Δόρκις probabiliter restituit Iahnus. Χώρα (non Ψώρα) scribendum et pro appellativo habendum esse censet Kramer. p. 59. Fortasse subest Κόρα[ξ].

7460.

In vase fig. nigr. inductis colore violaceo et albo; collectionis Durand nunc in museo Lugduno-Bat. cf. Gerh. Arch. Anz. 1849. p. 86. Saltatio Satyrorum et Maenadam; descripserunt I. de Witte Cat. Durand n. 145. Roulez Choix etc. p. 18. Citat O. Jahn Vasenbilder p. 23.

Ἴπ(π)ος. Ξανθώ. [Σῆ]μος. Ἰώ. [Σίν]ις. Μέλ[τ]α[ς]. Φοίβη. Δόρκις. Ναῖς. Ποδῆς. Δωρῶ.

Nomen Ἴππος habes etiam ap. Polyb. XXV. 2. 3. 11; 3. 4. Nomen Maenadis Ξανθώ est n. 7459. Scriptum est vetustiore usu +ΑΝΘΟΙ i. e. Ξανθώ, quod Keilius Anal. epigr. p. 172. frustra in ΚΑΛΙΘΟΕ mutatum ivit. Nomen Σῆμος restituit Iahnus. cf. n. 7451, 7459. Ἰώ scriptum fuit ΕΙΟ, ut n. 7459. No-

men Σίνις probabiliter dedit Keilius l. c. Μέλτας nomen ex Paus. II. 19. 2. notum. Μόλπος legit Gerhardus l. c. Δόρκις nomen Satyri est etiam n. 7459. Pro ΠΟΔΙΣ restitueris ΠΟΔΕΣ, ut sit Ποδῆς nomen ex II. XVII. 575. notum. Πόρτις legebat Gerhardus l. c.

7461.

In cylice fig. flav. collectionis Pr. de Canino; nunc in museo Berolinensi; in interno satyrus cum Maenade, in exteriori parte saltatio Satyrorum et Maenadam; descripta est in Catal. di scelte antichità etrusche trovate negli scavi del Prin-

cipe di Canino p. 82. n. 569. Stuart Archaeol. Brit. Vol. XXIII. p. 188. descripsit etiam Gerhard Rapp. Volc. p. 185. n. 748. Neuerwerb. Denkmäl. III. n. 1759. edidit Triksch. u. Gef. T. VI, VII. n. 1—5. Cf. O. Jahn Vasenbilder p. 23.

1. Καλή. Κῶμος. 2. Χ[ά]ριλλος. Κίς(σ)ος. Χορῶ. Κῶμο[ς]. Κίς(σ)ος. Φανόπη. Κίς(σ)ος. Χορῶ.

De Como cf. n. 7450. Quod sequitur nomen *λαος*. *Κίςσος* cognomen Bacchi notum est. Nomen incertum est; potest esse etiam *Χοιρίλλος* aut *Χαρί- Χορῶ* n. 7398.

7462.

In vase fig. rubr. collectionis Hamiltoni; Satyri et Maenades; edidit Tischbein Collect. of engravings from anc. vases cet. T. II. Tab. 44. (cf. Peintures des vases ant. de la collect. Hamilton; première édition de Florence, T. II. tab. 44. ubi nomina vitiose expressa sunt) unde repetiit Inghirami Mon. etr. T. V. tab. XXVI. Citant Visconti Mém. de l'Acad. III. p. 43. Lanzi Vasi ant. dipinti Diss. III. p. 199. O. Jahn Vasenbilder p. 17. Gerhard Auserles. Gr. Vasenbilder I. p. 149. Welcker Alte Denkmäler III. p. 125.

Κῶμος. Θαλία. Πόθος. Εὐοία. [Ο]ῖνος. Κ[α]λός.

De Como cf. n. 7450. ΚΑΜΟΣ quod in vasis nonnumquam legitur (Gerhard Arch. Zeitung. 1851. p. 406.) ex negligentia scripturae natum est neque de dorismo cum Welckero l. l. cogitandum esse videtur. Nomen bacchicum *Θαλία* redit n. 7468. *Εὐοία* legit Viscontus, quod nomen legitur etiam alias n. 8406. Viderunt Viscontus l. c. Welckerus ad Philostr. p. 214. R. Rochettus Journ. d. Sav. 1828. p. 716. nomen ex interiectione bacchica *εὐοῖ* (Eurip. Bacch.

141.) formatum esse. Cf. nomen tibicinis *Εὐιος* T. I. n. 224. Alii *Εὐδία* legebant. (Zoega Bassiril. l. 15. Müller Enchirid. art. 388. 5.). *Οῖνος* ut cognomen Bacchi notum ex Hesychio: *Οῖνος Διόνυσος*. Cf. n. 7464. *Πόθος* καλὸς coniungebat Lanzius. Separandas voces duxit Inghiramius praeunte Viscontus, qui monet καλὸς pertinere ad eum, cuius erat vasculum. Recte.

7463.

In amphora fig. flav. in museo Berolinensi; Silenus cum Mercurio, in parte aversa Silenus citharam pulsans; descripserunt Braun Bullett. d. Inst. arch. Rom. 1835. p. 181. Gerhard Neuerworbene Denkm. I. n. 1601. edidit Gerhard Etrur. und Kamp. Vasenbilder tab. VIII. IX. Citat O. Jahn Vasenbilder p. 24.

Ὅρειμαχχος. Ἐρμῆς. Ὅροχαρής.

Propter scripturam primi nominis Minervinus (Bullett. arch. Nap. III. p. 51, 144) suspicabatur subesse Ὅρειβακχος, ut littera M aut vitio pictoris tribuenda esset aut pronuntiationi peculiari. Alterum nomen ab aliis putatur Ὅροκρατής. Sed malui litteram T ut superfluum eici, quam + mutari in K,

praesertim quum litterarum supervacaneorum plurima in inscriptionibus vasculorum exempla supersint. Novam interpretationem auspicatus est Panofka (Arch. Zeitg. 1849 p. 128) qui ante OPO + APTEΣ vestigia ductus I ab instauratore vasis prope oblitterati animadvertere sibi videbatur. Hinc colligit fuisse olim pictum + OPO + APTEΣ; sed sic quoque *Χοροχαρής* legendum erit.

7464.

In fragmento vasis olim collect. Thorwaldsen, nunc Hafniae. Satyrus lyram pulsans. Ed. Welcker. Ann. d. I. arch. 1829. p. 400. Alte Denkm. III. p. 125). Cf. Musée Thorwaldsen I. p. 71. n. 97. O. Jahn Vasenbilder p. 21.

Διδύραμφος.

Dithyrambus, quem Aeschylus (fr. 381. Ddf.) Bacchi socium celebrat versibus his: *μῆξαβόαν πρέπει*

Διδύραμβον ἄμαρτεῖν σύγκωμον Διονύσω. De insolita nominis forma disputavit Welckerus l. c. similia afferens.

7465.

In oenochoe collectionis Leake; Satyrus tibias inflans; descripsit Gerhard Archaeol. Zeitg. 1846. p. 207.

Βρία(κ)χος.

Nomen Satyri redit in vasculo Hippaechmi n. 8227. Vox *βρίαχος* habetur Etym. M. s. v. et Sophocl. fragm. 860.

7466.

In cylice fig. rubr. collectionis Magnoncour; ephebi sex pugnantes, quorum tres scutis Argivis armati sunt; in uno scuto leo, circa quem inscriptio est; inter ceteras figuras inscriptiones sunt quae legi non possunt; in parte aversa satyri quinque cum similibus inscriptionibus; in interno Satyrus ithyphallicus, circum sunt litterae quaedam; descripsit I. de Witte Descr. des vases peints cet. de la collection Magnoncour p. 22. n. 50.

Καλὸς Οῖνος.

Nomen *Οῖνος* Bacchi est. Cf. 7462.

7467.

In vase fig. rubr. collectionis Durand; Bacchus barbatus; in altera parte Bacchi assecla Risus lyram pulsans; descripsit I. de Witte Catal. Durand n. 85. edidit Panofka Mus. Blacas tab. XIII. Citat O. Jahn Vasenbilder p. 25.

Καλὸς Γέλως.

Philostr. Imag. I. 25. τὸν Γέλωτά τε ἄγει (Διόνυσος) καὶ τὸν Κῶμον. cf. Welcker. ibid. p. 215.

7468.

In cylice fig. rubr. collectionis Pr. de Canino; 1) Maenas cauda tenens mulum ithyphallicum; Satyrus tibias inflans; in parte aversa 2) tres crotalistris; in interno 3) Ganymedes; descripsit I. de Witte Cat. étr. n. 59. et idem Descr. des vases peints cet. de la collection Magnoncour p. 20. n. 24. Citat O. Jahn Vasenbilder p. 26.

1. 3. Εὐώπη. Ἐράτων. καλός, καλός. qui male EPATON pro adiectivo habet. Est potius Erato is, quem celebrari voluit pictor; ad eundem
2. Χ[ι]όνη. Ῥοδῶ. Θαλία. etiam καλός καλός in interno scriptum. Θαλία est
Ad tit. 2. de Witte Cat. étr. I. c. dedit ΑΔΟΘ. etiam n. 7462.
Figuras pro Gratiis esse monet I. de Witte,

7469.

In vase Nolano fig. rubr. collectionis Pourtalès-Gorgier; Maenas currens; edidit Panofka Cab. Pourtalès-Gorgier tab. XXIX. p. 94 sq. descripsit Dubois Descr. des antiques de M. le Comte de Pourtalès-Gorgier. n. 172. Citat O. Jahn Vasenbilder p. 21.

Τερψ[ψ]υχό[ρ]η.

Panofka Θερσικόμη interpretari se posse putavit negans legi posse Τερψυχόρη, quod proposuerat Mus. Blacas p. 16. Nobis inscriptiones has vasculares
perreptantibus nihil probabilius videtur quam nomen ΤΕΡΨΙΧΟΡΗ hoc loco reperiri male inscriptum. Maenas Terpsichora est etiam apud Nonnum XXIX. 237 sq.

7470.

In vase fig. rubr. et alb. in museo Parisiensi; 1) figura muliebris cistam et fascias offerens adolescenti in saxo sedenti; 2) Thetis sedens ad arma, quae Achilli portatura est, dextra innixa scuto, in quo est inscriptio; edidit Dubois-Maisonueuve Introd. à l'étude des vases peints tab. XLVI.

1) Videtur esse ΘΥΙΑΣ et ΕΥΙΟΣ, i. e. Θυιάς, Εὐίος. Nomina sunt Bacchica. Εὐίος alias epitheton Bacchi a vocabulo Εὐοῖ repetendum (cf. n. 7460.) nunc adolescenti bacchanti tributum videmus. Cf. Ritschl Annal. d. Inst. arch. Rom. 1840. p. 189. not.

2) ζ videtur nunc esse i. q. Ε, Ν i. q. Ι, unde componas: ΘΕΘΙΣ ΑΧΙΛΕΣ ΜΕΘΕ i. e. Θέτις Ἀχιλλέ[ως] μήτη[ρ]. Elementum Θ pro Τ bis positum est, ut alibi. Cf. vas Pithini n. 8283.

7471.

In vase fig. nigr. in museo Monacensi; Bacchus sedens, cantharum tenens, utrinque Maenas saltans; edidit O. Jahn Beschreibung der Vasensammlung K. Ludwigs p. 531. n. 1152.

Διονύσια.

Intellige festum. A duplex est in fine.

7472.

In lecytho fig. rubr. Athenis reperta, in museo Berolinensi; repraesentatur Silenus, ex adverso Maenas nuda; descripsit Gerhard Neuerworb. Denkm. I. p. 41. n. 1612.

[Δι]ονύ[σ]ια.

Cf. n. 7471.

7473.

In cylice fig. rubr. collectionis Basseggio; Silenus barbatus cum mulo ithyphallico, quem sequitur Maenas; in parte aversa crotalistris saltans inter satyros duos; in interno Maenas saltans; descripsit Braun Bull. d. Inst. arch. Rom. 1847. p. 114. cf. Gerhard Archaeol. Zeitg. 1847. m. Mart. p. 8*.

Tit. a. Σμαῖος. Θαλεία καλή. Nomen Maenadis habetur n. 7462. quo nomine nunc simul videtur intelligenda esse femina quam honorari voluit qui fecit picturam.

Tit. b. Καλ(λ)ίας. Λίλαια. Καλός. Nomen Lilaeae Naiadi tribuit Pausanias X. 53. 2. Nunc Maenas nomine eo audit.

Tit. c. Μέμνων καλός. Idem Memnon aut cognominis celebratur n. 7576. 7679. 7655. 7760. 7853. Ne-

que enim hoc elogium metaphoricè sumendum, ut putabat Welckerus Cycl. epic. II. 1849. p. 216. cui quivis adolescens pulchritudine conspicuus vocari potuisse videbatur Μέμνων καλός, ut alibi dicitur ὁ παῖς καλός. Cf. supra n. 7451. b. et de adiectivo καλός cum deorum heroumque nominibus coniuncto O. Jahn Archaeol. Aufsätze p. 80 sq. Beschreibung der Vasensammlung etc. p. cxxvi.

7474.

In vasculo Nolano fig. flav. Satyrus Maenam persequens; descripsit Panofka Hyp. röm. Stud. 1. p. 163. Fortasse subest ΚΑΙΟΣ ΔΙΟΝΥΣ[ΟΣ], καλός Διόνυσος.

7475.

In patera fig. rubr. ex Apulia reportata collectionis Iatta; in interno ubi inscriptio Satyrus; descripsit Minervini Descr. di alcuni vasi fittili della collez. Iatta. p. 46 sqq. Bullett. arch. Napolit. III. p. 115.

Ἀλυβιάδης καλός.

7475. b.

In amphora fig. rubr. collectionis Durand; Bacchus inter Satyros; in parte aversa, in qua inscriptiones sunt, vir baculo innixus instruens ephebum laureatum; descripsit I. de Witte Catal. Durand n. 430. Descr. des vases peints cet. de la collection Magnoncour p. 56. n. 66. Cf. Gerhard Rapp. Volc. p. 185. n. 742. e.

Θρασυκλείδης. Διογένης καλός. Ἀντιμέ[δ]ων. Diogenes laudatur etiam n. 7809.

7475. c.

In vasculo fig. rubr. musei Bourbonici Neapol. Bacchus et Vulcanus cum Satyris; editum est in Mus. Bourbon. Vol. III. tab. LIII. repetierunt Lenormant et I. de Witte Elite des mon. céramogr. I. tab. XLV. A. p. 137. cf. Gerhard et Panofka Neap. ant. Bildw. I. p. 245. n. 1509. Adscriptum diis nihil nisi καλός, καλός, ut recte legit Kramer Über Styl und Herkunft etc. p. 119. Panofka volebat Καλός Καλλίας.

7476.

In vase fig. nigr. collect. Candelori, nunc in Mus. Monac. Bacchus cum Satyris, infra arbor, unde mulieres nominibus insignes poma decerpunt. Descripsit O. Jahn Beschreibung der Vasensammlg. des K. L. p. 45. n. 142.

Σιμούλ[α Κορωνίς? Reliqua non liquet praeter καλή in fine.

7477.

In cylice fig. flav. in museo Berolinensi; Orestes gladio petens Aegisthum in throno sedentem, post Orestem accelerans Clytaemnestra; post Aegisthum Electra; descripserunt Levezow Verz. d. ant. Denkmäl. cet. p. 254. n. 1007. Gerhard Berl. ant. Bildw. I. p. 295. n. 1007. edidit Gerhard Etr. u. Kampan. Vasenbilder tab. XXIV.

Tit. a. Κλυταιμ[ν]ήστρα. Ὀρέστης. Αἴγισθος. Ἡλέκτρα.

Tit. b. Νικόστρατος. Is est Nicostratus, qui celebratur hoc vasculo. Cf. n. 7400. 7555. 7562.

7702.

In vasculo collectionis Casanova Neapoli; expiatio Orestis adhibito sanguine porcino (cf. Aeschyl. fragm. 329. Dind.); descripsit A. de Feuerbach Kunstblatt 1841. p. 349 sqq. Citant Braun Bull. dell' Inst. arch. Rom. 1844. p. 84. 1846. p. 92. Gerhard Arch. Zeitung 1844. p. 317. 1846. p. 258.

Quod ab aliis exsculptum nomen artificis est (Εὐηνος), id ab aliis merito repudiatur, praesertim quum litterae non ut certae notentur. Cf. I. de Witte Revue de philol. cet. T. II. p. 386. Vide ne fuerit Κ]ΛΕΕΙ, καλή εἶ.

7703.

In lecytho Attica collectionis Beugnot; femina ad cippum libatura, qui putatur tumulus esse Pyrrhi Achilles filii (Schol. ad Pind. Nem. VII. 62. Pausan. X. 24. 5.); descripsit I. de Witte Cat. Beugnot. n. 58.

ΠΥΡΡΟΣ

Πύρρος.

Exhibetur monumentum sepulcrum Pyrrhi herois, ut alibi Aiakis n. 8414. Troili n. 8415. Phoenicis n. 8416. Agamemnonis n. 8419. 8420. Oedipi n. 8429.

7704.

In amphora Vulc. fig. rubr. collectionis Beugnot; Euphorbos pastor puerum Oedipodem portans; in parte aversa Polybus rex Corinthi; edita est Mon. ined. d. Inst. arch. Rom. Vol. II. tab. XIV. explicavit Panofka Annal. d. Inst. arch. Rom. Vol. VII. p. 78 sqq. descripsit I. de Witte Cat. Beugnot n. 38. Citavit O. Jahn Arch. Beitr. p. 115.

Εὐφορβος. Οἰδιπόδας.

Pastor Phorbas dicitur Senec. Oedip. act. III. 839. De alterius nominis forma patronymica vid. Jahn. l. l. Cf. n. 8429.

7705.

In cylice Vulc. fig. flav. in museo Vaticano; Oedipus sedens coram Sphinge in columna posita (cf. n. 7698); edita est in Mus. etr. Gregoriano P. II. tab. LXXX. 1. Citat O. Jahn Arch. Beitr. p. 113.

Οἰδιπόδης. Καὶ τρί[πουν], verba quae ori Sphingis *vetai* (Apollod. III. 5. 8. conf. Diod. Sic. IV. 64. appicta, constituunt partem aenigmatis: *τί ἐστιν* Brunck. Anal. III. p. 521. n. 15). De sententiis ori ὁ μίαν ἔχον φωνήν τετράπουν καὶ δίπουν καὶ τρίπουν γί- personarum appictis cf. n. 7408, 7865, 7980.

7706.

In cratere Caeretano fig. rubr. collectionis Campana; Danae in lectulo recubans; in altera parte Danae Perseum infantem tenens, iuxta est Acrisius et arca aperta; descripserunt Campana Bullett. d. Inst. arch. Rom. 1845. p. 214 sq. Gerhard Archaeol. Zeitung 1846. p. 209 et p. 285. Ed. idem: Danae Ein Griech. Vasenbild. Vierz. Programm zum Winckelmannsfest 1854. Cf. Welcker Mus. Rhenan. Nov. Ser. X. p. 235.

Δανάη. Ἀκρίσιος. Ὁ παῖς καλός.

7707.

In vase Vulc. fig. rubr. collectionis Durand; Sisyphus prope equum, coram Sisypho Hipponous peregre profecturus; in parte aversa Hipponous redux; descripsit L. de Witte Cat. Durand n. 250. — Ὁ παῖς καλός. Ὁ παῖς καλός. Καλός ὁ παῖς.

7707. b.

In amphora Tyrrhena fig. nigr. ex coll. Basseggio, nunc in museo Britannico; Castor et Pollux equis vebentes, coram Tyndareus. Ex schedis Sam. Birchii descripsit Gerh. Archaeol. Anzeiger 1849. p. 55. idem vas iam descripserat Arch. Zeitg. 1847. p. 24*. Cf. Catalogue of vases n. 584*. Tractavit Panofka Eigenn. mit Καλός p. 64. (Abb. der phil. hist. Kl. der Berl. Ak. 1849 p. 100).

Philonoe soror Dioscurorum. Apollod. III. 10. 6.

Κάστωρ. Πολυδεύκης. Τυνδάρεος. [Φιλον]όη. Ὁ[ν]ήτωρ καλός. Philonoe loco ΕΛΛΑΝΑ habent Panofka l. c. et Gerh. A. Z. 1847 l. c.

7707. c.

In oxybapho fig. rubris quod Locris repertum esse dicunt, in mus. Carlsruh. Dioscuri in equis. Descripsit Gerhard. Archaeol. Anzeiger 1851 p. 34.

Κάστωρ. Πολυδεύκης.

7708.

In vase fig. nigr. viol. alb. collectionis Magnoncour; Adrastus rex recubans in lecto; pone ad dextram est noctua; ad pedes lecti quinque homines imberbes; in extrema pictura columna Dorica; in parte aversa figura muliebris quattuor alis, similis Gorgoni, inter duas Sphinges, quae Adrastea esse videtur Panofkae; descripsit L. de Witte Descr. d. vases peints cet. de la collection Magnoncour p. 39. n. 50. editum est Annal. d. Inst. arch. Rom. 1859. tab. P.

* Ἀδρηστος. Τυδ[ε]ύς: [Πρ]όμαχος.

7709.

In vase fig. flav. Amphiarus armatus stans dextram iungens feminae adstanti; editum est Mon. ined. Inst. arch. Rom. Vol. IV. tab. LIV.

Ἀμ[φ]ιάρεως.

7710.

In lecytho Agyllae (Cerveteri) reperta; Amphiarus valedicens Eriphylae (cf. Jahn Archaeol. Beitr. p. 441); descripsit Braun Bullett. d. Inst. arch. Rom. 1844. p. 35.

Ἀφιέρεως i. e. Ἀ[μ]φιάρεως

Putat prius Ε fuisse Α i. e. Α.

7711.

In vase fig. nigr. reperto in loco S. Agata de' Goti in Campania, quod asservabatur Neapoli in museo archiepiscopi Tarentini; Amphiarus cum Batone in quadriga; in altera parte quadriga in qua heros et auriga; ante quadrigam femina praecedens vultu ad equos converso (Pind. Nem. IX. 30. Diod. IV. 65. Apollod. III. 6. Hygin. fab. LXXIII.); edidit Angelus Antonius Scotti Illustrazione di un vaso italo-greco del museo di Mons. Arcivescovo di Taranto. Nap. 1811. 4. (unde excerpta Mag. encycl. T. II. 1814. p. 201 sq.), Ab. Pasquale Ponticelli Osservazioni sull' illustrazione di un vaso italo-greco cet. Nap. 1813. 4. (unde excerpta Mag. encycl. T. VI. 1814. p. 229 sqq. et p. 402 sqq.), Auctor personatus in libello: sulle osservazioni recentemente pubblicate intorno all' illustrazione di un vaso italo-greco, composta dall' Abate Scotti, lettera di Crestofilo Parresiaste, Nap. 1815. 4. (unde excerpta Mag. encycl. l. c. p. 402 sqq.), alius rursus personatus Lettera di Filalete a Cristobulo sulla scrittura di Crestofilo Parresiaste in difesa dell' Abate Scotti cet. Nap. 1814. 4. (cf. Mag. encycl. l. c. p. 427 sqq.), Millingen Peint. ant. et inéd. d. vases gr. tab. xx. XXI. unde repetiit Inghirami Vasi fittili T. III. tab. CCXIX. CCXX. Müller Denkm. I, 19, 98. Inscriptiones repetiit Rose Inscr. Gr. vetust. p. 78. cf. Roulez Annal. d. Inst. arch. Rom. Vol. XV. p. 211 et p. 218.

a. Καλώπα. Ἀμφιάραος. b. Ἐριφύλη. Καλλιφόρα. Ἄριστος.

Καλώπα (vel Καλιόπα) epitheton videtur Eriphy-
les, cuius venustas persuasit marito ut Adrastum se-
queretur. O. Müllerus (Comment. Soc. Gotting. VII.
p. 91.) ΚΑΛΟΣ ΠΑΙΣ subesse putavit, similiterque
Minervinus ΚΑΛΕΠΑΙΣ. At formula sollempnis est
ΚΑΛΟΣΗΟΠΑΙΣ aut ΚΑΛΗΗΕΠΑΙΣ. Accedit quod
vocabulum feminae appictum eodem modo est quo
in altera parte ΕΡΙΦΥΛΕ. Epitheton Eriphytes pu-
tatur esse etiam Καλλιφόρα; sed hoc nunc nomen
equi videtur esse, ut alibi (v. 8154. 8155), quae
etiam Minervini sententia est (Bullett. arch. Napol.
II. p. 122), qui praeterea id ita esse non male ex
collocatione litterarum collegit, simul regulam exem-
plis firmans, qua pictores veteres scripturam aut a
sinistra aut a dextra ducere solebant, prout vultus

figurarum aut sinistrorsum aut dextrorsum spectaret.
Ceterum forma Καλλιφόρα vix mutanda est in Καλλι-
φόρας, ut proposuit Minervinus; immo tuta est lectione
repetita n. 8154. Heros in altero latere Ἄριστος au-
dit, pro quo Ἀδραστos legendum putavit Ponticellus
(cf. Minervini l. c. p. 123). Vera videtur lectio esse
ΑΡΙΣΤΟΣ. Nimirum epitheton est herois, ut Καλώπα
Eriphytes. Ceterum heroes illi Scotto videntur esse
Polynices et Adrastus, Millingenio et Inghiramio
Amphilochus et Alcmaeon, Amphiarai filii. Utrum-
vis statueris, heros primarius sive Adrastus sive
Alcmaeon, patre iustissimo natus, audire ἄριστος po-
test. De commentis interpretum Italorum non est
quod dicamus.

7712.

In cylice fig. flav. collectionis Pr. de Canino; heros sedens, cuius arma suspensa sunt ad murum; ex adverso heros lituum tenens,
qui habetur pro Amphiarao; descripta est Mus. étr. p. 138. n. 1534. Inest ὁ παῖς καλός.

7713.

In hydria Romae, fig. nigr.; puella ad fontem, supra quem corvus praesagus malorum; post fontem heros armatus conquinscens,
cuius in scuto panthera (cf. n. 8032); edidit E. Gerhard Auserl. Gr. Vasenbild. II. tab. XCII. Litterae perverse compositae.

7714.

In oenochoe fig. nigr. collectionis Pr. de Canino; nunc in museo Britannico; heroes pugnant inter se, ut videtur, fratres;
ediderunt Inghirami Vasi fictili T. I. tab. XLI. Lenormant et I. de Witte Elite des monum. céramogr. I. tab. VII (cf. p. 13 sq.);
descripta est Mus. étr. p. 125. n. 1418. Catal. di scelte antich. étr. 116. n. 1418. Stuart Archaeol. Brit. Vol. XXIII. p. 220 —
Litterae legi non possunt.

7715.

In hydria fig. flav. collectionis Pr. de Canino nunc in museo Britannico; Gaea ad dimidium apparens (cf. Mon. ined. Inst. arch. Rom.
Vol. I. tab. x.) Erichthonium infantem porrigens Minervae; descripsit I. de Witte Cat. étr. n. 109. ediderunt Lenormant
et I. de Witte Elite des monum. céramogr. I. tab. LXXXV. Gerhard Auserlesene Vasenb. III. tab. CLI. Panofka Eigennamen
mit Kalós. Tab. II. n. 8. Cf. Braun Annal. d. Inst. arch. Rom. 1841. p. 92 sq. O. Jahn Archaeol. Beitr. p. 70 sqq. Catal. Vas.
Mus. Brit. 749.

Οἰάνθη καλή.

Oenanthe femina Attica videtur esse, quae hoc
vasculo honoratur. Neque inauditum est nomen
Oenanthe in vita civili.

7716.

In amphora fig. flav. collectionis Pr. de Canino, nunc Monachii; Boreas Orithyiam rapiens, coram Cecrope et Cecropidis; unde
Gerhardus (Etr. u. Kamp. Vasenb. p. 39) rationem a vulgari narratione diversam hic subesse conicit; descripserunt I. de
Witte Cat. étr. n. 105. (Réserve étrusque p. 10 et 35). Cf. Gerhard Auserl. Vasenb. III. p. 13. not. 35. O. Jahn Beschreib. d.
Vasensamml. K. Ludw. p. 121. n. 576. Ed. Welcker Mon. ined. d. Inst. Sect. Fr. tab. 22. 23. Nouv. Annales 1858 p. 358 sq.

Κέκρο[ψ]. Ἄγλαυρος. Ἐ[ρ]εχ[θ]ε[ύ]ς. [Ἐ]ρεσ[η].
[ᾠ]ρεΐ[θυα]. Βορᾶς. [Πά]νδροσος.

Putas scriptum esse ΚΕΚΡΟΦΣ, ΞΞΡΕΗ.
Mulieris ante Pandrosus incedentis nomen in-
distincte scriptum, olim ΑΦΥΑΣ legebatur. Erech-
thei nomen videtur scriptum fuisse ΕΡΕΧΣΕΣ; cf.
Welcker Alte Denkm. III. p. 169.

7717.

In amphora Vulc. fig. flav. in museo Berolinensi; Boreas Orithyiam rapiens; descripsit Gerhard Neuerw. Denkmäl. I. n. 1602. edi-
dit idem Etr. et Kamp. Vasenb. tab. XXVI — XXIX. Cf. Gerhard Berl. ant. Bildw. I. p. 341. Welcker Alte Denkmäler III. p. 144.

ᾠρεΐ[θυα]. Βορᾶς.

7718.

In fragm. vasis fig. flav. Hadriae reperto collectionis Grimani Venetiis; mulier ornatu regio, ex adverso Cecrops(?); edidit Schiassi
Lettera sopra alcuni antichi fictili dipinti, Bologna 1805. tab. v. unde repetiit Inghirami Mon. étr. T. V. tab. LV. 5. descri-
psit Welcker Bullett. d. Inst. arch. Rom. 1834. p. 159. cf. ibid. 1836. p. 137. Citat Raoul-Rochette Lettre à M. Schorn p. 22.

Ἄγλαυρος.

7718. b.

In cylice fig. flav. coll. Pr. de Canino nunc in museo Berol. Aegaeus rex laureatus coram femina quae ex tripode oraculum edit; in exteriori parte venatio hinc cervi, illinc apri. Descripta est Mus. étr. p. 81. n. 591. Rés. étr. coupes à figures jaunes p. 22. n. 15. Edidit Gerhard Das Orakel der Themis Programm z. Winkelmannsfeste Berl. 1846. Cf. Neuerw. Denkm. n. 1752: Zeus (sic enim olim legebatur) und Themis.

a. Θέμις. Αἰγέως.

b. Μελέαγρος. Πηλεύ[ς].

Cf. Plut. Thes. 3. Sacerdos fatidica nunc est Themis, quae vulgo memoratur in iis numinibus, quae ante Apollinem Pythium oraculum Delphicum tenuerunt. Duorum heroum nomina venatoribus adscripta nuper, quum vasculum purgaretur, rursus apparuerunt.

7719.

In amphora fig. nigris coll. Prin. de Canino nunc in museo Lugd. Bat. Theseus Minotaurum occidens; adsunt septem obsides et in altera parte Minos. Descr. Pr. de Can. Bullet. d. Inst. arch. Rom. 1829. p. 178. Edd. Ianssenius Mus. Lugd. Bat. Inscr. Gr. et Lat. p. 52. n. 1. Tab. VIII. (cf. Leemans Animadv. in mus. Lugd. Bat. inscr. p. 22. Gerhard Arch. Anzeiger 1849. p. 86) Roulez Choix de Vases de Leide pl. x.

Mίνως. Δη[μ]οδίκη. (Δεινοδίκη mavult Ianss. Τιμονίκη De reliquis nominibus (Σφήκες, Χαῖτος, Πέγκος s. Τελενίκη s. Τελοδίκη Roulez) Ἀριάνη i. e. Ἀριάδνη. vel Λευκός ut vult Gerhard.) nihil ausim definire. [Τα]ῦρος. Θη[σεύς]. Ἀστυδάμα[ς]. Δημονίκη (?). Φαίνιππος Πρόκριτος inter obsides redit n. 8185. i. e. Φαίνιππος. Καλικράτης. Πρόκριτος.

7719. b.

In vase fig. flav. coll. Candelori, nunc Monachii. Theseus cum Ariadna. Descripsit Jahn Beschreibung der Vasens. Kg. Ludwigs. p. 96. n. 529.

Θησεύς. [Ἀ]ριάνη.

7720.

In vasculo Nolano fig. rubr. collectionis Magnoncour; Theseus Minotaurum occidens; in parte aversa ephēbus baculum tenens; sub pede vasculi est O et duae aliae notae; descripsit I. de Witte Descr. des vases peints cet. de la collection Magnoncour p. 45. n. 54. Citat Gerhard Auserles. Vasenb. III. p. 38. n. 29.

Θησ[ε]ύς.

7720. b.

In amphora Nolana fig. rubr. collectionis Pr. de Canino; Theseus Minotaurum occidens; in parte aversa Minos; descripsit I. de Witte Cat. étr. n. 115. citat Gerhard Auserl. Vasenb. III. p. 38. n. 29. — Ἡ παῖς καλή. Cave putes alludi ad naturam androgynam Thesei, de qua cogitabat I. de Witte. Celebratur puella, cui vasculum dedicatur.

7721.

In cylice fig. flav. collectionis Pr. de Canino; Theseus taurum Marathonium, idem Sinin occidens; in parte aversa idem suem Crommyonis interficiens; descripta est Notice d'une collection de vases tirés des fouilles faites en Etrurie par feu le Pr. de Canino, Par. 1845. p. 25. citat Gerhard Auserlesene Vasenb. III. p. 54. not. — Fuit ΑΛΚΟΣ ΑΛΚΟΣ litteris turbatis p. ΚΑΛΟΣ ΚΑΛΟΣ; cf. ad n. 7478.

7722.

In cylice fig. in museo Vaticano; Theseus taurum domans; in altera parte quinque bellatores; edita est in Mus. étr. Gregoriano P. II. tab. LXXXII. 2. — Ὁ παῖς καλός.

7723.

In cylice fig. flav. in museo Berolinensi; Theseus Scironem de rupe deiiciens; in externo Hector et Ajax pugnantes super cadavere Patrocli; descripserunt Levezow Verzeichn. d. ant. Denkm. cet. p. 244. n. 1004. Gerhard Berl. ant. Bildw. I. p. 289. n. 1004. Edidit Panofka Der Tod des Skiron Berol. 1856.

Θησεύς. Σκίρων.

7724.

In cylice Nolana fig. rubr. in museo Berolinensi; Theseus et Sinis; descripserunt Levezow Verz. d. ant. Denkm. cet. p. 169. n. 807. Gerhard Berl. ant. Bildw. I. p. 259. n. 807. Panofka Mus. Bartold. p. 54. n. 36. (p. 118 sq.). Citat Gerhard Auserles. Vasenb. III. p. 55. not. 18.

Θησεύς. Σίνις.

7725.

In vasculo Nolano fig. rubr. collectionis Crescenzi; Theseus et Sinis; in parte aversa figura muliebris, fortasse Perigune Sinis filia (Plut. Thes. 8.); descripsit H. G. Schulz Bullet. d. Inst. arch. Rom. 1842. p. 15. Cf. Gerhard Auserles. Vasenb. III. p. 55. not. 10.

Θησεύς. Σίνις. Καλός.

7726.

In cylice Vulc. fig. flav. collectionis Durand nunc in museo Britannico; Theseus Procrusten caedens; item luctans cum Cercyone, item Minotaurum occidens; in parte aversa Theseus taurum Marathonium conducens cet.; in interno ephelus myrto coronatus; descripsit I. de Witte Cat. Durand n. 348. citat Gerhard Auserles. Vasenb. III. p. 33. not. 9. — Ter Καλός. Ὁ παῖς καλός.

7727.

In vase fig. flav. collect. Pr. de Canino; Theseus contra Procrusten pugnans; descriptum est Mus. étr. p. 134. n. 1492. Καλός.

7728.

In cylice Vulc. fig. flav. in museo Vaticano; Centauri saxa iacentes contra heroem (Theseum); edita est in Mus. etr. Gregoriano P. II. tab. LXXXV. 1. Citat Panofka Eigennamen mit Καλός. p. 92. n. 237.

K[α]λ[ός]. [Α]άχης καλός.

Cf. n. 7838.

7729.

In vase Vulc. fig. rubr. collectionis Durand, nunc in museo Britannico; Theseus contra Amazonem pugnans; in parte aversa Sinis; descripsit I. de Witte Cat. Durand n. 346. ediderunt Gerhard Auserles. Vasenb. III. tab. CLXIII. Panofka Eigennamen mit Καλός Tab. IV, 5. Cf. Cat. Vas. Brit. n. 754.

a) Θησ[ε]ύς. Ἐπιμήδης καλός. b) Σίνις.

7730.

In vase fig. nigr. viol. alb. collectionis Pr. de Canino, nunc Monachii; Theseus rapiens Amazonem; in altera parte Hercules leonem strangulans praesente Minerva: sub pede vasculi notatio est; descriptum Mus. étr. p. 147. n. 1614. Catal. di scelte antich. etr. cet. p. 138. n. 1614. Réserve étrusque p. 5 n. 9. Jahn Beschreibung der Vasensammlung K. L. p. 4. n. 7. Citant Gerhard Rapp. Volc. p. 152. n. 386. Raoul-Rochette Lettre à Mr. Schorn ed. I. p. 10. Walz Heidelb. Jahrb. 1845. n. 25. p. 389. I. de Witte Revue de philol. cet. T. II. p. 388. Gerhard Auserles. Vasenb. III. p. 44. not. 52. Welcker A. Denkmäler III. p. 357. n. 14.

Ποσειδῶν. Ποσειδῶνος. Π[ε]ρ[ι]ΐδος (?). Θησεύς. Ἀντιόπεια.

Interest facinori Neptunus Thesei pater. Huius nomen bis positum est semel casu recto secundum casu genitivo. Hoc alterum additum videri potest ad locum significandum, ad quem raptus fingitur accidisse. Potest tamen etiam pictoris deberi incuriae, qui bis nomen dei pinxit. Nomen quod sequitur in catalogo italico expressum ΖΞΔΙΧΟΠ, ap. Iahnium ΖΔΔΙΗΟΠ, unde Gerhardus ΠΟΣΙΔΑΣ. Welcker ΠΟΚΙΔΑΣ. Putaveris fuisse ΖΟΘΙΡΕΠ. Eiusdem alibi una cum Theseo et Antiope mentio fit in huiusmodi monumentis. Vid. n. 7756. 8231.

7731.

In fragmento vasculi quod ex vicinia Tarenti reportavit Millingenius; Theseus cum Phalero contra Antiopam pugnans; edidit Dux de Luynes Vases peints etr. ital. cet. tab. XLIII. Citant Panofka Mus. Blacas p. 4. not. 17. Welcker Alte Denkmäler III. p. 357. n. 15.

[Φ]άλη[ρ]ος. [Ἀντ]ιόπ[ει]α. Alterum nomen videtur pictum fuisse IIV
 IOPEIA .

7732.

In amphora fig. flav. collectionis Pizzati Florent. Heros (Theseus) contra Amazonem pugnans; edidit Gerhard Auserles. Vasenb. III. tab. CLXV. 3. 4. cf. Roulez Bull. de Bruxelles XI. n. 2. Fuisse ΚΑΛΟΣΘΕΣΕΥΣ (καλός Θησεύς) coniecit Gerhardus.

7733.

In patera fig. flav. in museo Bourbonico; Amazo Hippolyta inter socias; in parte aversa Amazo Andromache manum porrigens heroi armato; in interno heros (Theseus) et Amazo (Antiopa); descripserunt Gerhard et Panofka Neap. ant. Bildw. I. p. 349. n. 98. citat Gerhard Auserles. Gr. Vasenb. II. p. 62. not. 23. III. p. 44. not. 53.

a. Καλή Ἴππολύτη, καλή. Videtur evanida esse iuvenis qui una cum Andromache quadam hoc vasculo celebratur. Lysis quidam laudatur etiam 7608.

b. [Α]ύσις. Ἀνδρομάχη καλή. Priorem vocem 7850 sq. pro appellativo habet Gerhardus. Significatur potius

7734.

In fragmento vasculi Vulc. fig. flav. collectionis Ducis de Luynes; Theseus quadrigam conscendens, propter quam Amazo (Antiopa); ex adverso heros (Pirithous); descripsit Dux de Luynes Annal. d. Inst. arch. Rom. Vol. V. 1835. p. 249 sq. tab. A. Citat Gerh. Auserles. Vasenb. III. p. 44. not. 55.

Θησεύς. Αεζιάς.

Antiopa nunc Αεζιάς vocari videtur.

7735.

In vasculo fig. flav. collectionis Durand; Theseus cum Pirithoo contra Amazonem pugnans; descripsit I. de Witte Cat. Durand n. 345. Vasculum geminum eiusdem argumenti cum iisdem inscriptionibus in loco Bomarzo repertum memorat L. Vittori Memorie sulla città di Polimmarzio oggi Bomarzo, 1846. p. 57 sq. Καλός. Καλή.

7736.

In amphora fig. nigr. collectionis Feoli; Theseus contra Amazones pugnans; supra heroem noctua picta, index ut videtur Athenarum; descripsit Campanari Vasi della collezione Feoli n. 91. p. 163. Cf. Gerhard Auserles. Vasenb. III. p. 42. not. 49. — Fuit haud dubie ΖΥΞΖΞΘ, Θησεύς.

7737.

In amphora fig. flav. collectionis Pr. de Canino, nunc in pinacotheca Monacensi; Theseus Coronem rapiens reluctantem Helena, post Helenam Pirithous; in parte aversa mulieres duae, quarum altera Antiopa; sequitur homo barbatus. Descripserunt I. de Witte Cat. étr. n. 110. O. Jahn Beschreibung der Vasensamml. K. L. p. 141. n. 410. Cf. Mus. étr. n. 194L table. Réserve étrusque p. 9. n. 28. edidit Gerhard Auserles. Gr. Vasenb. III. tab. CLXVIII. (cf. p. 171). Citat Gerhard Rapp. Volc. p. 152. n. 386 387. p. 167. n. 623. p. 186. n. 755. Dixit de eodem vasculo Panofka Monatsbericht d. K. Akad. d. Wiss. Berl. 1848. p. 90 sqq. Welcker Alte Denkm. III. p. 252. idem in O. Müller. Enchir. Arch. ed. III. p. 689.

Κορώνη. Θησεύς. Ἑλένη. Περσίθους. Ἥρης. Εἶδον Φήμην (?). Ἀντιόπεια. Χαῖρε. Θησεύς.

Panofka: Ἥρης εἶδον φήμην i. e. Ἥρης ἔκλυον φήμην (κορώνην) interpretatur; at Welckerus cum Gerhardo et de Wittio: εἶδον Θησεύα, haec verba a socia Antiopae exclamari ratus, dum senex qui sequitur advenientem salutet heroem: Χαῖρε Θησεύς pr. Χαῖρε Θησεῦ. In priore pictura nomina adscripta sedem permutaverunt iudicibus Gerhardo et Welckero, qui

si recte iudicaverunt, Helenae raptus repraesentatur praesente antistite Iunonis Corone. Sic vero etiam fabulam immutatam esse dicendum erit, pro Diana, de cuius fano rapta dicitur Helena (Plut. Thes. 31), alio numine τελείω assumpto, ut coniecit etiam Gerhardus Prodrum. p. 35, 88.

7738.

In vasculo Vulc. fig. rubr. collectionis Beugnot; heros Graecus contra Amazonem pugnans; in parte aversa tres ephēbi; descripserunt Gerhard Bull. d. Inst. arch. Rom. 1830. p. 233. not. 1. I. de Witte Cat. Beugnot. n. 41. L. Vittori Memorie sulla città di Polimmarzio oggi Bomarzo p. 58.

Εὐμάχη. Δεινόμαχος[ς].

Gerhardus, qui ΔΙΟΜΑΧΟΣ scripsit, significat in hoc vasculo legi etiam ΗΟΓΑΙΣΚΑΛΟΣ, ὁ παῖς καλός. Suspiciatur I. de Witte epitheta nunc esse quibus intelligantur nomina propria, ut Δεινόμαχος sit Theseus, Εὐμάχη Hippolyta aut Antiopa. Cf. Lenor-

mant et I. de Witte Extrait de l'Elite d. mon. céramogr. T. II. comment. de la pl. XXIII. (Extrait de la Revue archéol. 15. Dec. 1845) p. 10. not. Immo videntur celebrari sponsus et sponsa ut n. 8042.

7738. b.

In hydria Nolana fig. flav. collectionis Calefati; Theseus contra Amazones; descripsit Minervinus Bullett. Napol. I. p. 75. citat Gerhard Auserl. Vasenb. III. p. 45. not. 49.

Ἀντίμαχος.

Antimachus laudatur n. 7892. Hoc nomen quoniam bellatori Graeco contra Amazonem pugnanti inscriptum est, ad bellatorem (sive Theseum sive Achillem) pertinere putabat Minervinus; parum probabiliter. Cf. n. 7738.

7738. c.

In amphora Nolana; Theseus Amazonem hasta percuciens; citat Gerhard Auserles. Vasenb. III. p. 45. not. 49. Litteris ΛΑΟΝ subesse videtur ΚΑΛΟΞ καλός.

7739.

In vasculo fig. flav. collectionis Lamberg; Amazo eques hastam vibrans contra bellatorem Graecum; edidit De Laborde vas. de Lamberg T. I. tab. xcv. Nihil inesse videtur nisi ΗΟΓΑΙΣΚΑΛΟΣ bis.

7740.

In vase fig. flav. collectionis Rogers; pugna Amazonum; figurae sunt tredecim; descripsit Waagen Kunstwerke in England II. p. 416 sq. citavit Gerhard Auserl. Vasenb. T. II. p. 64. not. 58.

Nomen [ΑΝΔΡΟ]ΜΑΧΑ esse coniecit Gerhardus l. c. p. 188. Sed videndum ne nomen ΖΑΜΑΔΑ[ς], Ζαδάμας (cf. n. 7425) subsit.

7741.

In vasculo fig. flav. collectionis Pr. de Canino nunc Londini in museo; heros pugnans contra Amazonem in quadriga stantem; in scuto bellatoris inscriptio est; descriptum Mus. étr. p. 80. n. 582. Catal. di scelte antich. étr. cet. p. 87. n. 582. Stuart Archaeol. Brit. Vol. XXIII. p. 195. Cat. Vas. in the Brit. Mus. 759. Editores catalogi legunt ASNOE; cf. Iahn de inscriptionibus clypeorum pictorum Beschreibung der Vasen K. Ludwigs p. 561. n. 1505. Fortasse fuerit ΣΟΙΣΟΝ i. e. σῶσον.

7742.

In cylice fig. flav. collectionis Pr. de Canino; quadriga in qua heros et auriga; in altera parte duo bellatores et Amazo; in interno mulier saltans; descriptum Mus. étr. p. 115. n. 1261. — Ter ὁ παῖς καλός.

7743.

In vasculo fig. flav. collectionis Lamberg; duae Amazones, adorientes bellatorem Graecum iam concidentem; edidit de Laborde Vases de Lamberg T. II. tab. xvii. descripsit Arneth Das K. K. Münz- und Antiken-Kabinet, Wien 1845. p. 8. n. 89. Καλός — nomen ephēbi male pictum est.

7743. b.

In vasculo fig. nigr. alb. violac. collectionis Pr. de Canino; duae Amazones hastis munitae; descriptum est Mus. étr. p. 159. n. 1755. Cat. di scelte ant. étr. cet. p. 153. n. 1755. Réserve étrusque, petits vases fig. noir. p. 17. n. 1. Stuart Archaeol. Brit. Vol. XXIII. p. 249. ubi tit. b. n. 7807. huic annexus est. Cf. Gerhard Rapp. Volc. p. 172. n. 661. p. 181. n. 750.

Litterae vitiose pictae sunt. Elementis NOEKTΣ dubium non est quin subsit Καλός. Sequuntur nomina ΚΑΛΕ ΕΥΟΤΜΕ (Καλή Εὐότμη, quod nomen aut pro Εὐπότμη scriptum esse videtur, aut ex pronuntiatione duriore pro Εὐδότμη) et ΤΕΛΕΜΑ + ΟΣ Τηλέμαχος quod nomen coniungendum cum voce καλός.

7743. c.

In vase Nolano fig. flav. musei Britann. Antiope Theseum in urbem Themiscyram, ut putant, introducens. Descr. Welcker Bull. d. Inst. arch. Rom. 1855. p. 150. Cf. Catal. Vas. of the Brit. Mus. n. 875. edidit Millingen Anc. uned. mon. I. tab. XIX. reperierunt Panofka Rech. sur les vérit. noms des vases grecs. Tab. VIII. n. 4. Inghirami Vasi fitt. T. II. tab. CLXVIII.

Καλλίας καλός.

ΚΑΛΙΟΕΣ expresserunt et Milling. et Angli, qui catalogum vas. mus. Brit. ediderunt. ΚΑΛΛΙΑΣ in vase legi testatur Panofka Mus. Bartold. p. 44. Cf. Eigennamen mit Καλός p. 82. n. 203. Calliae nomen redit n. 7829 sq.

7743. d.

In vasculo fig. flav. collect. Palagi Milani. Theseus hastam tenens, ex adverso Aethra; post Theseum comes adolescens (Pirithous). Ed. Gerhard Auserl. Vasenb. III. tab. CLVIII.

Ἄθρα. Θησεύς.

7744.

In cylice fig. flav. collectionis Pr. de Canino, nunc Monachii; iuvenes sese armantes; in interno Penthesilea, ab Achille necata; descripta Réserve étrusque, coupes à figures jaunes, n. 40. Jahn Vasensammlung König Ludwigs p. 116. n. 570. Ed. Gerhard Trinkschalen u. Gef. T. C, 4—6. — Sexies ὁ παῖς καλός.

7745.

In cylice fig. nigr. musei Vatic. Amazo armata. Mus. Gregor. P. II. tab. LXIX. 1. — Ὁ παῖς καλός.

7746.

In vase Vulc. fig. flav. collectionis Durand, nunc in museo Brit.; Demophon et Acamas Aethram reducentes (cf. Pausan. x. 25. 3); in altera parte Hercules tripodem rapiens; editum Mon. ined. Inst. arch. Vol. II. tab. xxv. Descripserunt Panofka Annal. d. Inst. arch. Rom. Vol. VII. p. 242 sq. I. de Witte Catal. Durand n. 411. Citat Gerhard Auserl. Gr. Vasenb. II. p. 147. Cat. Vas. mus. Brit. n. 786.

Ἀκάμας. Ἀέθρα. Δημοφῶν.

De scriptura AE p. AI cf. n. 7756.

7747.

In amphora fig. nigr. collectionis Feoli; in utraque parte vasis Europa in tauro sedens; descripsit Campanari Vasi della collezione Feoli p. 15. n. 5. Cf. Gerhard Rapp. Volc. p. 142. n. 249. edidit Gerhard Auserl. Gr. Vasenb. II. tab. xc. (cf. I. p. 211).

E[ὐ]ρώπ[εια]. T[α]ί[ρος] ἀνιάδης. Ταῖρος φορβάς. Εὐρώπεια.

Vulgo in litteris Ῥωσανιάδης putabatur nomen inesse eius, qui honoratur vasculo. Sed ΠΟΣ finem

esse vocis Ταῦρος vidit Panofka *Bullet. d. Inst. arch. Rom.* 1848 p. 159, ubi quod nummum attulit ad nomum Aegypti Pharbaethicum pertinentem, in quo Apis taurus cum inscriptione ΦΩΡΒΑΙ aliosque in quibus scriptum nomen ANIAΔΕΣ, ad explicandam rationem inscriptionis vasculi non sufficit. Frustraque Birchius (*Gerh. Arch. Anzeiger* 1849 n. 10. p. 102) ἀλιάδης coniecit.

7748.

In vase fig. flav. collectionis Pr. de Canino, nunc in museo Britannico; Medea iuxta tripodem, ex quo prodit aries; ex adverso Iason; descriptum *Mus. étr.* p. 154. n. 1693. *Catal. d. scelte ant. étr. cet.* p. 147. n. 1693. *Stuart. Archaeol. Brit. Vol. XXIII.* p. 242 sq. edidit Sam. Birch. *Class. Mus.* n. 10. p. 417. descripsit etiam Gerhard *Archaeol. Zeitung* 1846. p. 287. Cf. *Auserl. Vasenb. III.* p. 30. not. 21. et *Revue archéol. III.* 2. p. 821 sq.

[M]ήδεια. Ἰάσων.

7749.

In vase Agyllae reperto in museo Vaticano; Iason in faucibus draconis, adstante Minerva; edidit Gerhard in programme: *Iason des Drachen Beute*, 1855. 4. editum est etiam *Mon. ined. Inst. arch. Rom. Vol. II. tab. xxxv.* cf. *Annal. d. Inst. arch. Rom. Vol. VIII.* p. 289 sqq. et in *Mus. étr. Gregoriano P. II. tab. LXXXVI. 1.* Tractavit Welcker *Mus. Rhen.* 1835. p. 503. *Alte Denkmäler III.* p. 378.

Ἰάσων.

7750.

In vase fig. rubr. collectionis Durand, ephebus (Iason) hastam tenens phiala libans; adest Mercurius; descripsit I. de Witte. *Catal. Durand* n. 256.

[Ἰ]άσων.

7751.

In cylice Vulc. fig. rubr. collectionis Durand; intus est Iason vim hastae explorans, ante eum adolescens (fort. Absyrtus, cf. *Schol. ad Apoll. Rhod. Arg. III.* 242.); in externa parte duo pugiles pugnantes inter se; in parte aversa duo luctatores; descripsit I. de Witte *Cat. Durand* n. 257. *Descr. d. vas. peints de la collect. Magnoncour* n. 52. p. 41.

a) Ἰάσων i. e. Ἰάσων. De forma singulari nominis I. de Witte comparat EASVN litteris Etruscis scriptum in scarabaeo ap. Micali *Stor. degli ant. pop. ital. tab. cxvi.* 2.

b) I. de Witte *Cat. Magnoncour* l. c. expressit ΠΛΟΕΙ. Videtur subesse [HO]ΡΑΙΣ, ὁ παῖς (καλός). c) Videtur subesse ΚΑ[Λ]Ο[Σ] ΠΕΔΙΕ[VS], καλός Πεδιεύς. Cf. n. 73912.

7752.

In vase Vulc. fig. rubr. collectionis Durand, nunc in museo Britannico; Bellerophon contra Solymos pugnans, in interno Bellerophon equum frenis tenens. Descriptum est in *Cat. Durand* n. 249. in *Cat. Vas. Mus. Brit.* n. 837. In titulo a) ubi regis Solymorum nomen ΕΝΟΣΑΝΟΣ reperire sibi videbatur Lenormant, nihil subesse puta nisi καλός ter repetitum; b) ΕΔΟΣ. ΖΤΟΒΟΕΝ litterae circa equum scriptae, quas explicavit idem Lenormant. ἔδος ἔστ' ὀλέον (c'est un mauvais endroit). Quae verba parum apta sunt ut taceam requiri ΗΕΔΟΣ. Quodsi his litteris sententia subest, probabilius ita videtur restituenda esse ΕΡΟΣΕΣΤΟΛΟΕΣ ἔρος ἔστ' ὀλόεις, quae verba tanquam ex oratione vincta desumpta referri possunt ad causam certaminum Bellerophonti impositorum.

7752. b.

In vase fig. flav. Rubis (Ruvo) in Apulia reperto, nunc Monachii; figurae multae, in his senex sceptrum tenens, ex adverso heros qui illi sive tesseram praebet sive folium, in quo inscriptio est; edidit Dubois-Maisonneuve *Introduction* tab. XLIV. Tractavit Panofka, qui Iasonis nuptias inesse putat, *Arch. Ztg.* 1844 p. 256. *Annal. d. Inst. XX.* p. 167 sq.; descripsit Jahn *Vasensammlung K. Ludwigs* p. 254. n. 805.

Σίσυφος.

7753.

In vase Vulc. fig. rubr. collectionis Durand; Minos, Procris, Pasiphae; in parte aversa Aurora respiciens Phosphorum ex adverso Cephalus; descripsit I. de Witte *Cat. Durand* n. 263. *Cat. Beugnot* n. 46. Cf. Gerhard *Archaeol. Intelligenzbl. d. A. H. Litteraturzeit.* 1836. p. 317. 323. a) Καλός, καλός. Elementum O inter utrumque vocabulum errori pictoris debetur. Cf. n. 8455. b) Καλός.

7754.

In patera Apuliae collectionis Carelli, nunc Berolini; homo barbatus nudus alatus volaturus; descripsit Gerhard *Hyp. röm. Studien* I. p. 173.

Δαιδαλος. Ἰκαρος.

Litterae OE natae videntur ex repetitione ultimae syllabae nominis praecedentis. Gerhardus prius

nomen (Δαίδαλος) pro epitheto habet nominis Icari. Parum probabiliter. Nomen patris Icari additum videtur a pictore ad argumentum fabulae plenius explicandum.

7755.

In cylice fig. rubr. Clusii reperta, nunc in museo Berolinensi; heros barbatus regio ornato praeditus in area sedens aperta; putatur esse Thoas rex a filia Hypsipyle salvatus; descripsit Gerhard Verzeichn. der vorzüglichsten Thongefäße des K. Mus. zu Berlin n. 121. edidit Panofka Annal. d. Inst. Arch. Rom. 1847. p. 225 sq. tab. M. — Litterarum quod superest quid significet non liquet.

CAPUT TERTIUM. HISTORICA, AGONISTICA ETC.

7756.

In amphora Vulc. fig. rubr. collectionis Durand nunc in museo Parisino; Croesus sedens in throno rogo ardenti imposito, sceptrum tenens, phiala libans; ex adverso servus rogam adspersens, ut recte explicavit Welckerus; in parte aversa Theseus cum Pirithoo rapiens Antiopam (cf. n. 7750); descripsit I. de Witte Cat. Durand n. 421. Cf. Gerhard Rapp. Volc. p. 155. n. 427. Bull. d. Inst. arch. Rom. 1830. p. 263. Welcker Mus. Rhen. 1834. II. p. 501. (Alte Denkmäler III. p. 481); edita est Mon. ined. Inst. arch. Rom. Vol. I. tab. LIV. LV. cum explicatione Ducis de Luynes Annal. d. Inst. arch. Rom. Vol. V. p. 257 sqq. unde repetiit Inghirami Vasi fictili T. IV. tab. CCCXIX. CCCXX. Citat Roulez Annal. Inst. arch. Rom. 1847. p. 269. Cf. Lenormant Annal. Inst. arch. Vol. XIX. Suppl. p. 349.

a) Κροῦσος. Εὐθύμο[ς]. De scriptura OE p. OI cf. n. 7746. Litterae Σ in fine nominum omissae exempla in vasculis sunt innumera, quorum aliquot congressit Welckerus Mus. Rhen. 1833, I. p. 319. De nomine allegorico quod inditum est sacrificulo, cf. Lenormant I. de Witte Extrait de l'Elite des

mon. céramogr. T. II. Commentaire de la pl. XXIII. (Extrait de la Revue archéol. 15 Déc. 1845) p. 10 not. Welckerus (Alte Denkmäler III. p. 484) ipsius Croesi εὐθυμίαν hoc nomine addito significari docuit. Cf. Jahn Vasensamml. K. Ludw. p. cxx.

b) Θησεύς. Ἀντιόπη. Περίθους. Cf. n. 7730.

7757.

In cylice fig. nigr. et violac. collectionis Durand nunc in museo Parisino; Cyrenis in loco publico saccos silphio, ut videtur, repletos ad libram portant praeside Arcesilaos; descripsit I. de Witte Cat. Durand n. 422. cf. Gerhard Rapp. Volc. p. 156. n. 439. edita est in Mon. ined. Inst. arch. Rom. Vol. I. tab. XLIX. edidit etiam Micali Storia degli ant. pop. ital. tab. xcvi. 1. explicavit Duc de Luynes Annal. d. Inst. arch. Rom. Vol. V. p. 56 sqq. ex Mon. ined. et ex Micali repetiit Inghirami Vasi fictili T. III. tab. CCL. Panofka Bild. ant. Lebens tab. xvi. 3. Welcker Alte Denkmäler III. p. 488. Cf. Lenormant Annal. Inst. arch. Rom. Vol. XIX. Suppl. p. 350. Jahn Vasensammlung p. cxx.

Ἀρκεσίλαος. Ἰοφόρος. [στ]αθμός. [Ε]ίρημοφόρος. Ὀρυ --. Σ[ιλ]φόμαχος. Φύλακος. -- --.

Arcesilaos rex est Cyrenensium; aliis ut O. Muellero (Handbuch der Archaeol. der K. §. 99, 14) non rex sed magistratus esse videtur. Materia quae trutina penditur si lana est, ne hoc quidem abhorere a loco monuit Dux de Luynes ad Libyae epitheton μηλοτρόφος provocans (Herodot. IV. 155. 157. Schol. Pind. Pyth. IX.). Sed probabilius esse silphium, plantam regionis illius propriam (Herodot. IV. 169. Paroemiogr. Gr. App. I. 51. IV. 70). Inscriptiones, quibus eximium hoc vasculum ornatum est, difficillimae intellectu sunt, ut fatetur Boeckhiius in litteris ad Welckerum datis (Alte Denkm. III. p. 492). Pueri prope regem stanti appictum ΙΟΦΟΡΤΟΣ, quod Welckerus legit Σώφορτος (*Lastwahrer, Gewichtsaufseher*), Dux de Luynes Ἰόφορτος, interpretans *l'évuyer qui porte ses flèches*. Neuter probabiliter. Vocabulum si ad puerum pertinet, delenda omnino est littera Τ. Ac si nihil excidit litterarum, ἰοφόρος videri potest significare i. q. δερυφόρος vel potius τοξοφόρος. Sed ut in voce σταθμός primae duae litterae desunt, ita etiam in voce ΙΟΦΟΡΤΟΣ litteras initiales excidisse putaveris. Quae res ad liquidum perducere vix potest. Alteri puero adscriptum ΙΡΜΟΦΟΡΟΣ. Είρημοφόρος restituit Dux de Luynes

(porteur de sac tressé). Fortasse recte; etsi subesse potest etiam [συ]ρμοφόρος i. e. συρμαιφόρος, nota planta συρμαίη ab Aegyptiis ad purgationes adhibita (Herodot. II. 77. 88. 125). Alii servo inscriptum Ο + VΘΟ, quod Welckerus legebat ὀχύρου, Dux de Luynes ὀρύξω (*extraham?*); hoc alterum melius conveniret alphabeto harum inscriptionum, in quo littera X forma Ψ exprimitur, ut apparet in nomine sequenti. Parum tamen probabilis interrogatio servo tributa. Immo his quoque litteris initium nominis proprii videtur subesse, fortasse [Δ]ορυξός. Postremus servus Σιλφόμαχος audire videtur (Welckerus: Σιλφομάχος, a μάρπτω derivans). Infra picturam primariam custos, φύλακος, i. e. φύλαξ, praesidet iis qui saccos apportant, sive εἰρημοφόρους sive συρμοφόρους vocaveris. Uni eorum adscriptum MAEN, Welckero iudice infinitivus verbi MAΩ, quo putat admoneri servos, ut festinent in peragendo opere. Subest hic quoque nomen proprium, ut videtur, decurtatum, in quo syllaba AE est pro AI ut alibi (cf. n. 7746); sed definiri enucleatius non potest praesertim, quum praecedant litterae, quae num coniungendae sint cum MAEN, non liquet.

7758.

In vasculo fig. flav. in museo Vaticano; rex, ut videtur, Persarum, sceptrum tenens, ex adverso regina vasculum portans; supra noctua expansis alis; editum est in Mus. etr. Gregoriano P. II. tab. IV. 2. Annal. d. Inst. arch. Rom. 1847. tab. v. cf. Annal. 1845. p. 179. not. 1. O. Jahn Archaeol. Beitr. p. 338 et Lenormant Annal. Inst. arch. Rom. Vol. XIX. Suppl. p. 351 et 370 sq. qui argumentum ad Aeschylī Persas revocavit.

Βασιλη(ί)ς.

Βασιλεύς.

De forma βασιληῖς cf. interpr. ad Soph. Antig. 941.

7759.

In vase fig. rubr. Agrigenti reperto collectionis Panettieri, nunc in pinacotheca Monacensi; Alcaeus poeta (de imagine Alcaei cf. Visconti Iconogr. Gr. T. I. tab. III.); ex adverso Sappho diademate ornata, et sicut Alcaeus, magadin tenens cum plectro; in parte aversa Bacchus barbatus; ex adverso mulier tunica longa induta phialam et ramum vitis tenens; edidit Steinbüchel Sappho und Alcaeos, ein altgr. Vasengem. Wien 1822. fol. repetierunt Nillingen Anc. uned. mon. I. tab. XXXIII. XXXIV. Dubois Maisonneuve Introd. à l'étude d. vases ant. tab. LXXXI. Panofka Bild. ant. Lebens tab. IV. 7. Eigenn. mit Καλός T. I, 11. Welcker Alte Denkmäler II. p. 226, qui contra dubitationem Gerhardi (Annal. d. Inst. arch. 1831. p. 155) argumentum picturae historicum dici posse bene demonstravit. Descripsit Jahn Vasensammlung K. Ludwigs p. 235 n. 753. Citant Haute-Roche Sappho p. 19. Lenormant Annal. Inst. arch. Rom. Vol. XIX. Suppl. p. 348.

a) Ἀλκαῖος. Σαφώ (Σαπφώ). Δάμα[ς] καλός.

Δαμέας legebat Duboisius. Forma Δάμας non confundenda cum Δαμᾶς, ut fecit Raoul - Rochette Lettre à Mr. Schorn ed. alt. p. 125. Ad defendendam formam ΔΑΜΑ Osannus (Revision der Ansichten über Herk. der gr. Vasen p. 68) nomen servi *Dama* ex Horatio et Persio attulit monens Δάμα

p. Δάμας videri posse formam esse Doricam, ut apud Sophronem habeatur Μυρίλλα p. Μυρίλλας. Sed de Dorica illa forma vide Ahrens de Dial. Dorica p. 224. neque quidquam probant exempla latina, ubi abiecta littera finali Arta, Apella pro Artas, Apellas occurrunt. Damas laudatur n. 7807.

b) Καλός. Καλός.

7760.

In vase Vulc. fig. rubr. collectionis Durand, nunc Londini in museo publ.; Anacreon barbatus, lyram pulsans; coram duo ephēbi; in parte aversa Hercules barbatus prehensens scutum Amazonis aufugientis; in interno femina nuda adaptans sibi calceos; descripsit I. de Witte Cat. Durand n. 428. Citant Panofka ap. Gerhard Arch. Zeitung 1845 p. 127. 128. Lenormant Inst. arch. Rom. Vol. XIX. Suppl. p. 351. cf. R. Rochette Peint. inéd. p. 438. Panofka Eigennamen mit Καλός p. 93. Catal. Vas. Mus. Brit. n. 821.

Tit. a. Ἀνακρέων. Νύμφης καλός. De scriptura Νύμφης p. Νύμφης cf. n. 7679. ubi Nymphes una cum Memnone celebratur.

Tit. b. Ἡρακλῆς. Καλός. Αὐκῶπις. Amazo Αὐκῶπις habetur etiam n. 7576.

Tit. c. Μέμνων καλός. Memnon celebratur n. 7473. 7576. 7655. 7679. 7853.

7761.

In amphora fig. nigr. alb. viol. collectionis Pr. de Canino, nunc in pinacotheca Monacensi; Minerva hastam vibrans, utrinque columna Dorica in qua gallus; in parte aversa quattuor stadiodromi aut dolichodromi; descripta est Mus. étr. p. 94. n. 807. Catal. di scelte antich. etc. p. 95. n. 807. Réserve étrusque p. 3. n. 2. Stuart Archaeol. Brit. Vol. XXIII. p. 199. Jahn Beschreibung der Vasensammlung K. L. p. 169. n. 498. edita Mon. ined. Inst. arch. Rom. Vol. I. tab. XXII. 4. b. Annal. d. Inst. arch. Rom. Vol. II. p. 217. Vol. V. p. 68. cf. Gerhard, Rapp. Volc. p. 157. n. 455.

a. Τῶν Ἀθήνηθεν ἄθλων. Quomodo haec verba accipienda sint, docet inscriptio τῶν Ἀθήνηθεν[ε]ν ἄθλων εἰμί (sum ex praemiis, quae Athenis reportata sunt), quae habetur in vasculo antiquissimo Burgoniano (Cat. Vas. Mus. Brit. n. 569), quod occupavit Boeckh in Vol. I. n. 33, ubi quum olim falso legeretur τῶν Ἀθηένων (AOENON) ἄθλόν εἰμι (cf. p. 450 B.), hinc colligere voluit H. Alex. Mueller. (Ersch. u. Gruber Encycl. III. 10. p. 298), figulos Etruriae formulam sollemnem immutasse, quo exemplaria ab ipsis

confecta a vasis Panathenaicis atticis distinguerentur. Mirum quidem est, tantum in hoc uno vase illud εἰμί additum esse, sed quoniam sine detrimento sensus omitti poterat, hinc nihil concludere licebit. Mitto coniecturam quam a Madvigio propositam protulit Ussing de nominibus vas. gr. p. 11, qui censet scribendum esse Τῶν Ἀθήνηθεν ἄθλων.

b. Σταδίου ἀνδρῶν νίκη. Sic pro στάδιον ἀνδρῶν νίκη (Annal. d. Inst. II. p. 217) recte legit O. Mueller de orig. pict. vas. p. 82. Ambrosch. Annual. V. p. 68.

7761. b.

In amphora Vulc. fig. nigr. collectionis Londinensis n. 575**; Minerva cum Iove et Mercurio; in parte aversa adolescens victor ad iudices ducitur, ad cuius os verba adscripta sunt. Ed. Gerhard Auserles. Vasen 247. Cf. Jahn Vasensamml. K. L. p. CXXII.

ΔVNEIKETV. ἵπ(π)ος νικᾷ.

Primum verbum Gerhardus legit Δυσνικήτου. Videtur exclamatio esse eius, qui victor e certamine redit.

7762.

In amphora Nolana fig. nigr. in museo Berolinensi; Minerva hastam vibrans, cuius in scuto Gorgonium; utrinque columna Dorica, in qua gallus; in parte aversa quattuor stadiodromi aut dolichodromi; descripserunt Levezow Verz. d. ant. Denkm. p. 119. n. 644. Gerhard Berl. ant. Bildw. I. p. 296. n. 644. edidit Gerhard Ant. Bildw. tab. v. VI. p. 117. cf. Mon. ined. Inst. arch. Rom. Vol. I. tab. XXII. Annal. Inst. arch. Rom. Vol. II. p. 209. Vol. V. p. 64 sqq.

Τῶν Ἀθήνηθεν ἄθλων. Cf. n. 7761.

7763.

In amphora Nolana fig. nigr. collectionis Pourtalès-Gorgier; Minerva hastam vibrans, cuius in scuto serpens; utrinque columna Dorica, in qua gallus; in parte aversa quattuor stadiodromi; descripsit Dubois Descr. des antiques de M. le Comte de Pourtalès-Gorgier p. 34. n. 140. cf. R. Rochette Journ. d. Sav. m. Mars 1830. Inscriptio ut n. 7762.

7764.

In amphora Vulc. fig. nigr. collectionis Beugnot; Minerva hastam vibrans, cuius in scuto Sirena tibias inflans; utrinque columna Dorica, in qua gallus; in parte aversa quattuor stadiodromi; descripserunt I. de Witte Cat. Beugnot n. 60. Dubois Descr. d. antiq. de M. le Comte de Pourtalès-Gorgier p. 33. n. 139. Inscriptio ut n. 7762.

7765.

In amphora fig. nigr. alb. viol. collectionis Pr. de Canino; Minerva cuius in scuto Gorgonium; utrinque columna Dorica, in qua gallus; in parte aversa quattuor stadiodromi; descripta est Mus. étr. p. 162. n. 1767; edita Mon. ined. Inst. arch. Rom. Vol. I. tab. XXII. 7. a. b. Annal. 1830 p. 218. Inscriptio ut n. 7762.

7766.

In amphora fig. nigr. ut videtur Nolaeperta (cf. Vol. I. Add. p. 888. ad n. 33) collectionis Koller; repraesentatur Minerva hastam vibrans, cuius in scuto symbolum evanidum est; utrinque columna Dorica, in qua gallus; in parte aversa quattuor stadiodromi aut dolichodromi; descripserunt Panofka Mus. Bartold. p. 2 sq. Rose Inscr. Gr. vetust. Praef. App. p. v. qui dicit vas in Calabria repertum esse. Cf. Gerhard Kunstbl. 1825. n. 61. Böttig. Amalthea T. III. p. 376. Raoul-Rochette Journ. d. Sav. 1825 p. 475. Annal. d. Inst. arch. Rom. 1830 p. 217. — Inscriptio ut n. 7762.

7767.

Amphorae duae fig. nigr. collectionis Pr. de Canino; Minerva inter columnas Doricas; in parte aversa quattuor stadiodromi; descriptae sunt Cat. des tableaux, vases étr. et antiquités, propriété de M. Lucien Bonaparte Par. 1840. p. 37. — Inscr. ut n. 7762.

7768.

In amphora fig. nigr. collectionis Pr. de Canino; Minerva inter columnas Doricas; in parte aversa quattuor hoplitodromi; descripta est Réserve étrusque p. 3. n. 1. — Inscriptio ut n. 7762.

7769.

In amphora fig. nigr. collectionis Pr. de Canino; Minerva inter columnas Doricas; in parte aversa tres hoplitodromi; descripta est Notice d'une collection de vases peints tirés des fouilles faites en Etrurie par feu le Prince de Canino, Par. 1845. p. 10. — Inscr. ut n. 7762.

7770.

In amphora Vulc. fig. nigr. collectionis Beugnot; Minerva inter columnas Doricas; in parte aversa tres ephebi dialodromi; descripsit I. de Witte Cat. Beugnot n. 61. — Inscr. ut n. 7762.

7771.

In amphora fig. nigr. alb. viol. collectionis Pr. de Canino; Minerva cuius in scuto Pegasus, inter columnas Doricas; in parte aversa tres ephebi dialodromi; descripta est Mus. étr. p. 126. n. 1430. Conf. Gerhard Annal. d. Inst. arch. Rom. 1830. p. 222. — Inscr. ut n. 7762.

7772.

In amphora Vulc. fig. nigr. in museo Vaticano; Minerva inter columnas Doricas; in parte aversa quinque dialodromi; edita est Mus. étr. Gregor. P. II. tab. XLIII. 1. — Inscr. ut n. 7762.

7773.

In amphora fig. nigr. alb. viol. collectionis Pr. de Canino; Minerva hastam vibrans, cuius in scuto tres globuli; utrinque columna Dorica, in qua gallus; in parte aversa quinque dialodromi; descripta est Mus. étr. p. 112. n. 1195. Edita Mon. ined. Inst. arch. Rom. Vol. I. tab. XXII. 6. a. b. Annal. 1830. p. 216. — Inscr. ut n. 7762.

7774.

In amphora fig. nigr. collectionis Pr. de Canino, deinde Basseggio, nunc in mus. Brit.; Minerva inter columnas Doricas; in parte aversa biga citato cursu, ut in vase Burgoniano (v. ad n. 7761); descripsit I. de Witte Cat. étr. n. 161. Edidit Gerhard Etr. und Kamp. Vasenb. tab. A. 1. 2. p. 42. Cat. vas. mus. Brit. n. 571. Cf. ibidem n. 570. — Inscr. ut 7762.

7775.

In amphora fig. nigr. collectionis Feoli; Minerva, cuius in scuto caput leonis, inter columnas Doricas; in parte aversa quadriga citato cursu; descripsit Campanari Vasi della collezione Feoli p. 131. n. 67. — Inscr. ut n. 7762.

7776.

In amphora fig. nigr. collectionis Durand nunc Londini in museo; Minerva cuius in scuto draco, inter columnas Doricas; in parte aversa cursus equestris duorum epeborum; descripsit I. de Witte Cat. Durand n. 702. Idem vasculum, ni fallor, est quod descriptum habes Mus. étr. p. 112. n. 1202. Cat. vas. mus. Brit. n. 572. — Inscr. ut n. 7762.

7777.

In amphora fig. nigr. collectionis Pr. de Canino nunc in museo Lugd. Bat.; Minerva inter columnas Doricas; in parte aversa cursus equestris duorum epeborum; descripta est Mus. étr. p. 67. n. 545. edita Mon. ined. Inst. arch. Rom. Vol. I. tab. XXII. 5. a. b. Annal. 1830. p. 218. Descripsit Leemans Animadv. in Mus. L. B. inserr. Grr. et Latt. p. 24. — Inscr. ut n. 7762.

7778.

In amphora Vulc. fig. nigr. alb. viol. collectionis Pr. de Canino, nunc in Mus. Lugd. Bat.; Minerva, cuius in scuto cervus quem aggreditur panthera; utrinque columna Dorica in qua gallus; in parte aversa pentathlon (quattuor epebi); descripta Mus. étr. n. 1946; edita est Mon. ined. Inst. arch. Rom. Vol. I. tab. XXII. 1, a. b. cf. Annal. d. Inst. arch. Rom. 1830. p. 269. repetiit Inghirami Vasi fittili T. III. tab. CCII. CCIII. Descripsit Leemans Animadvers. in Mus. L. Bat. inscriptt. Grr. et Latt. p. 24. Inscr. ut n. 7762.

7779.

In amphora fig. nigr. alb. viol. collectionis Pr. de Canino; Minerva, cuius in scuto Gorgonium; utrinque columna Dorica; in parte aversa cursus equestris quattuor epeborum; descripta est Mus. étr. p. 102. n. 1114. Edita Mon. ined. Inst. arch. Rom. Vol. I. tab. XXI. 9. a. b. Annal. 1830. p. 219. repetiit Gerhardus Etr. u. Kamp. Vasenb. tab. A. 3. 4. p. 42. Idem vasculum videtur esse, quod descriptum est Splendid collection of greek and etruscan vases formed by Sig. Basseggio of Rome, p. 20. n. 70. — Inscr. ut n. 7762.

7780.

In amphora fig. nigr. alb. viol. collectionis Pr. de Canino, nunc in museo Lugd. Batavo; Minerva, cuius in scuto Pegasus; utrinque columna Dorica; in parte aversa duo athletae nudi luctantes; descripta est Mus. étr. p. 47. n. 526. Edita Mon. ined. Inst. arch. Rom. Vol. I. tab. XXII. 8. a. b. Annal. 1830. p. 218. Edidit etiam Ianssenius Mus. Lugd. Bat. inscriptt. p. 56. n. 5. tab. VIII. — Inscr. ut n. 7762.

7781.

In amphora fig. nigr. alb. viol. collectionis Pr. de Canino; Minerva, cuius in scuto ancora; utrinque columna Dorica; in parte aversa duo athletae; descripta est Mus. étr. p. 161. n. 1766. — Inscr. ut n. 7762.

7782.

In amphora fig. nigr. alb. viol. collectionis Pr. de Canino, deinde Basseggio; Minerva, cuius in scuto Silenus specie saltantis, inter columnas Doricas; in parte aversa duo athletae nudi luctantes; edidit Gerhard Etr. u. Kamp. Vasenb. tab. A. 9. 10. — Inscr. ut n. 7762.

7783.

In amphora fig. nigr. alb. viol. collectionis Pr. de Canino, deinde Basseggio; Minerva, cuius in scuto serpens; utrinque columna Dorica; in parte aversa duo pugiles; edidit Gerhard Etr. u. Kamp. Vasenb. tab. A. 7. 8. — Inscr. ut n. 7762.

7784.

In amphora fig. nigr. alb. viol. collectionis Depoletti, nunc in museo Berolinensi; Minerva cuius in scuto serpens; utrinque columna Dorica; in parte aversa pancratiastae tres; descripsit Gerhard Neuerw. Denkm. I. n. 1584. edidit idem Etr. u. Kamp. Vasenb. tab. A. 11. 12. p. 42. — Inscr. ut n. 7762.

7785.

In amphora fig. nigr. alb. viol. collectionis Pr. de Canino; Minerva, cuius in scuto Pegasus; utrinque columna Dorica; in parte aversa duo pugiles; descripta est Mus. étr. p. 151. n. 1636. Idem vasculum significari videtur in Cat. of greek and etruscan vases by Basseggio 1838. p. 12. n. 77. Splendid collection of greek and etruscan vases formed by Sig. Basseggio of Rome, p. 21. n. 71. Edita Mon. Inst. arch. Rom. Vol. I. tab. XXI. 10. a. b. Annal. 1830. p. 218. — Inscr. ut n. 7762.

7786.

In amphora fig. nigr. in museo Vaticano; Minerva, cuius in scuto noctua; utrinque columna Dorica; in parte aversa discobolus et saltator; Mus. étr. Gregorian. P. II. tab. XLIII. 2. — Inscr. ut n. 7762.

7787.

In amphora moduli minoris fig. nigr., cuius in utraque parte eadem pictura, exhibens Minervam inter duas columellas, in quibus galli, hastam vibrantem; citavit Braun Bull. d. Inst. arch. Rom. 1844. p. 35. — Inscr. ut n. 7762.

7787. b.

Amphorarum panathenaicarum agmen claudat, quamquam titulos ionica litteratura scriptos exhibet, quae in Cyrenaica in parietinis veteris *Berenices* (hodie Bengazi) reperta est amphora moduli maioris, in qua repraesentatur Minerva hastam vibrans; utrin-

que columna, in qua Victoria alata; in parte aversa tres hoplitodromi (cf. Schol. ad Aristoph. Aves. 292). Ex schedis Vauttieri de Bourville edidit Lenormantus *Revue archéol.* V. 1848. p. 230 sqq. Cf. O. Jahn *Beschreibung der Vasensammlung K. Ludwigs* p. xxviii sq. et cxcix.

K
H
Φ
Ι
Ξ
Ο
Δ
Ω
Ρ
Ο
Μ
Α
Ρ
Χ
Ω
Ν

Τ
Ω
Ν
Α
Θ
Η
Ν
Η
Θ
Ε
Ν
Α
Θ
Λ
Ω
Ν

Τῶν Ἀθήνηθεν ἄθλων.
Κηφισόδωρος ἄρχων.

Habes geminum exemplum vasis, cuius inscriptionem edidit Boeckhius Vol. II. n. 2035. ex Munitorio, qui habuit ex Paulo Luca cum lemmate: *Perae in urna fictili*. At Lenormantus feliciter demonstravit vas, quod repraesentatur ap. Paul. Lucam Itin. 1714. Amstel. p. 84. accurate illud descriptum ab eo, qui reperit, Lemario ibid. II. Paris. 1712. p. 126. non aliud esse atque illud, ex quo inscri-

ptionem Boeckhius repetiit, neque esse Perae repertum, sed in Cyrenaica in parietinis eiusdem Berenices, ex quibus est amphora 7787. b., id quod ipse monuit Lemarius l. c. locum Bingazi vocans, qui est Bengazi, et inscriptionis Graecae in vase positae mentionem iniiciens. Huius vasis nostro simillimi delineationem accuratam Lenormantus l. c. exhibuit, ex qua inscriptio ita se habet:

Τ
Ω
Ν
Α
Θ
Η
Ν
Η
Θ
Ε
Ν
Α
Θ
Λ
Ω
Ν

Η
Γ
Η
Ξ
Ι
Α
Ξ
Α
Ρ
Χ
Ω
Ν

Τῶν Ἀθήνηθεν ἄθλων.
Ἡγησίας ἄρχων.

De forma utriusque vasis ita Lenormantus tradit: „la dimension assignée aux deux monuments est la même: la forme de l'un et de l'autre est plus élancée que celle des amphores panathénaïques découvertes en Italie. Minerve s'y présente tournée à droite, circonstance qui ne s'est encore présentée que sur un seul des vases de cette catégorie figurés et décrits jusqu'à ce jour (v. Gerhard *Etr. u. Kamp. Vasenbilder des K. Mus. zu Berlin* Pl. 13. n. 35). Le costume de la déesse offre des ailes pendantes (*περίγυια Θεταλινα*) de la Minerve Itonide, représentée sur quelques rares monnaies de bronze frappées à Athènes: ce n'est plus le type de l'antique Palladium, qui figure sur tous les autres vases panathénaïques sans exception. Ces vases montrent sur les colonnes qui accompagnent Minerve, le plus souvent des coqs, des chouettes, quelques fois des panthères ou des vases sans anses, comme ceux dans lesquels on plaçait les palmes de prix. Ici, sur les deux peintures trouvées à Bengazi, nous avons des Victoires ailées, attribut inconnu partout ailleurs. Enfin ces deux vases sont les seuls où l'on rencontre les lettres de Simonide et où les caractères sont disposés en colonnes verticales.”

Hinc aetas utriusque amphorae in Cyrenaica repertae manifesta est. Nam Hegesias archon fuit

Olymp. 114, 1. Cephisodorus Olymp. 114, 2. Ex quo patet artem pingendi vetustiore in hac suppellectile etiam Alexandri temporibus obtinuisse ac vasa eiusmodi Attica eadem aetate in Cyrenaicam esse translata. Iam in loco, in quo aetate Ptolemaeorum fuit Berenice, olim Hesperis obtinuit oppidum, cuius incolae *Εὐεσπεριῖται* audiunt (Herodot. IV. 198. Thucyd. VII. 50. Pausan. IV. 26. 1): ad quos Lenormantus probabiliter rettulit nummos manifesto Cyrenenses, inscriptos ΕΥΕΞ, quorum exemplaria extant in bibliotheca Parisina. Atque ex Pausaniae loco et Diodoro XIV. 34. idem collegit Messenios olim Naupacti constitutos ab Atheniensibus post pugnam ad Aegospotamos factam in Cyrenaicam delatos urbem Euesperitarum incremento auxisse, iisque potissimum videri tribui posse monumenta attica in sepulcris Euesperitarum reperta. Utcumque est, patet amphoras Atticas in urbem Euesperitarum translatas esse Olymp. 114. In quo tamen ambiguum manet, an vasa illa putanda sint translata esse a victore ipso, ut coniecit Lenormantus coll. Pind. Nem. X. 33. Sed ut revertamur ad inscriptiones horum vasorum, quae hoc loco inseruimus argumenti potius quam aetatis ratione habita, Lenormantus verba τῶν Ἀθήνηθεν ἄθλων et Ἡγησίας, Κηφισόδωρος ἄρχων quodam modo construenda esse ratus, ita accipi posse

statuit, ut dictum sit Ἡγησίας vel Κηφισέδωρος ἀρχων
 προύθηθεν ἐκ τῶν Ἀθήνηθεν ἄθλων, argumento usus,
 quod ἀρχων ἄθλα προτεθέναι dicitur ap. Xenophont.
 Hier. IX. 4. Immo, ut in vasis Panathenaicis longe
 plurimis habetur simpliciter τῶν Ἀθήνηθεν ἄθλων (cf.
 ad n. 7761), ita etiam in his amphoris accipienda
 notatio est, in quibus praeterea archontis nomen
 primo casu expositum, ut alibi. Cf. n. 7787 et tab.
 Heracl. n. 5774. 5775. Ceterum quos errores com-
 misit Radulphus Rochettus in citando vase Lema-
 riano (Annal. Inst. arch. Rom. VI p. 287. not. 2.) et
 deinceps Letronnius in reprehendendo Rochetto (Re-
 vue archéol. 1846. p. 379), eos satis exagitavit Le-
 normantus.

7787. c.

In Cyrenaica, duo vasa eiusdem generis, quae reportavit Vattier de Bourville, cuius litterae publici iuris factae sunt Revue arch.
 VI. 1849. p. 56 sq.

Tit. a. Τῶν Ἀθήνηθεν ἄθλων. Θεόφραστος ἀρχων. Theophrastus archon fuit Olymp. 110, 1 et
 Tit. b. Ἀ[ρ]χιππος ἀρχων. Τῶν Ἀθήνηθεν ἄθλων. 116, 4. Archippus Olymp. 114, 4 et 115, 3. De sin-
 gulis cf. ad n. 7787. b.

7788.

In cylice fig. flav. collectionis Pr. de Canino; in interno ephesus scyphum et baculum tenens; in externo duo ephesi et figura
 muliebris tibias inflans; descripta est Mus. etr. p. 152. n. 1471. Panofka Eigennamen mit Καλός (Abh. der Akad. 1849) p.
 61. I. de Witte Cat. étr. n. 166.

a) Καλός Ἀθηνόδοτος. b) Καλό[ς] Ἀθηνόδοτος. Athenodotus laudatur n. 8283.

7789.

In vasculo Attico fig. nigr. collectionis Guilford; coronatio victoris; edidit Stackelberg Die Gräber der Hellenen tab. XII. Cf.
 Gerh. Arch. Zeitung XI. 1853. p. 17. Welcker Alte Denkm. III. p. 528.

Laudantur quattuor ephesi; ad sinistram: Ἀντ[ι]-
 σθένης [καλός], in medio: Χάρ[η]ς καλός. Δινί[α]ς κα-
 λός (sic enim legendum †APEΣ (cf. 7421. 7447)
 et AINIΣ: neque cogitandum est de nomine Δίνιος
 quod habetur Iliad. XXI. 210); ad dextram: [Ἀ]λε-
 [ξι]κλή[ς]? aut Ἀλέξανδρος (ut voluit Welckerus) καλός.
 A tergo iuvenis victoris legitur ἀπόδος τὸ διαμήριον,
 quod recte de re obscaena interpretatur Otto Iah-
 nius (Zeitschr. f. Alterthumsw. 1841. p. 756) compa-
 rans verbum διαμηρίζειν ap. Aristoph. Av. 705. et
 Aeschyl. fragm. 128. σέβας δὲ μηρῶν ἀγνὸν οὐκ ἐπηδέσω
 ac Solonis fragm. 4. μηρῶν ἡμείρων, minus tamen re-
 cte ille legens τὸ διὰ μηρῶν. Videtur τὸ διαμήριον de-
 notare pretium ab erasta pendendum eromeno. De
 flagitio paederastiae in gymnasiis inprimis gliscente
 cf. Becker Charicles ed. alt. Tom. II. p. 206.

7789. b.

In vasculo Nolano fig. rubr. collect. Blacas. Genius alatus volans versus aram, flagellum tenens, quo adolescentem anxie curren-
 tem ab ara depellere videtur. Descriptum est in Gerh. Hyperb. Röm. Stud. I. p. 160; ed. Panofka Eigennamen mit Καλός
 Tab. IV, 9.

Καλός Ἀκεστοριδῆς καλός. Cf. n. 7553.

7790.

In vasculo Nolano fig. rubr. in museo Berolinensi; iuvenis armatus, cuius in scuto stella; descriperunt Levezow Verz. d. ant.
 Denkm. cet. p. 166. n. 799. Gerhard Berl. ant. Bildw. I. p. 257. n. 799; tractavit Panofka Eigennamen mit Καλός I. I. p. 50.

Ἀλκαῖος καλός.

7791.

In vasculo sine figuris, collectionis Candelori; citavit Gerhard Rapp. Volc. p. 186. n. 767.

Ἀνδρ[έ]ας κάλλιστος.

Epitheton gradu superlativo positum habetur
 etiam n. 7526.

7792.

In cylice Vulc. fig. flav. in museo Vaticano; in interno sagittarius deposito scuto arcum intendens, in externo binae monomachiae
 bellatorum; edita est Mus. etr. Gregorian. P. II. tab. LXXIV. 2.

a) Δισ[χ]ι[ν]ιάδης. b) ΒΛΕΘΣΙΑΣ, Βλεΰίας; [ΝΙ]ΚΟΣ, Ἀνδρόνικος. Androclis mentio in mentem
 ΑΝΔΡΟΣΟΕΝΕΣ, Ἀνδρσοθένης; ΑΝΔΡΟΚΛΕΣ, Ἀνδρο-
 κλής, quo nomine qui appellatur prostratus humi ia-
 cet; deinde Γ[Υ]ΘΑΡΑΤΟΣ, Πυθάρατος. ΑΝΔΡΟ-
 λεμαρχεῖ.

7793.

In amphora fig. nigr. collectionis Pr. de Canino; Bacchus inter Satyros, utrinque columella in qua gallus; in parte aversa homo barbatus, ex adversa figura coronam tenens; pictura et inscriptio Baccho apposita refictae sunt et restauratae; descripta est Catal. de tableaux cet. vases étrusques et antiquités, propriété de M. Luc. Bonaparte, Par. 1840. p. 41. n. 42. Bullett. d. Inst. arch. Rom. 1829. p. 177 sq. Edidit Gerhard Etr. u. Kamp. Vasenb. tab. A. 17. — Gerhardus suspicatus est subesse ἀνδρομητήρ. Sed litteris male refictis Α.... ΡΟΣΜΕΘΕΡ continetur, ni fallor, Ἀ[νδ]ρομέ[ν]ης [καλός].

7794.

In patera fig. rubr. in Etruria reperta in museo Berolinensi; bellator armatus sagittis petitus; descripserunt Levezow Verz. d. ant. Denkm. cet. p. 197. n. 885. Gerhard Berl. ant. Bildw. I. p. 257. n. 885. Edidit idem de Capaneo explicans, Vasen und Trinkschalen d. K. Museums T. VI, VII, 5. Panofka Eigennamen mit Καλός. Tab. IV, 4.

Ἀντίας καλός.

Antias laudatur etiam n. 7892.

7794. b.

In hydria fig. nigr. collect. Principis de Canino, nunc in museo Lugd. Batavo; templum, in quo lavantur duo homines, quorum alteri inscriptum nomen est; extra templum utrinque vir se ungens, vestimentis et vasculis in arboribus suspensis; edidit Ianssenius Mus. L. B. inscr. p. 58. n. 9. tab. VIII. cf. Leemans. Animadv. in Mus. L. B. inscr. p. 25. Sub pede vasis nota, quam memorat Ianssenius l. c. p. 27. n. 42.

Καλός Ἀντιμένης.

Alteri inscriptioni fortasse subest: φιλῶ σε.

7795.

In cylice Nolana fig. flav. in museo Berolinensi; tres ephēbi in palaestra; descripserunt Levezow Verz. d. ant. Denkm. cet. p. 164. n. 797. Gerhard Berl. ant. Bildw. I. p. 236. n. 797. Ediderunt Gerhard ant. Bildw. tab. LVII. l. 2. Panofka Bilder antiken Lebens tab. 1. 8. Eigennamen mit Καλός. Tab. I. n. 12.

Ἀντιφῶν καλός. Ἀντιφῶν καλός.

7796.

In fragmento vasculi Adriae reperto; ediderunt Mاتيoli Catalogo degli oggetti di antichità dissotterati in Adria negli anni 1819 e 1820, n. 10. (cf. Bullett. d. Inst. arch. Rom. 1834. p. 136), Micali Mon. ined. 1844. tab. XLVI. 11. Citat Raoul-Rochette Lettre à Mr. Schorn, ed. alt. p. 19.

Ἀπ[ολ]λόδωρος καλό[ς].

Videtur scriptum fuisse ΑΠΟΛΟΔΟΡΟΣ simplice liquida.

7797.

In cylice fig. flav. collectionis Pr. de Canino; in interno ephēbus lyra canens; in externo tres homines myrto coronati; descripta est Notice d'une collection de vases peints tirés des fouilles faites en Etrurie par feu le Pr. de Canino, Par. 1845. p. 30. Cf. Panofka Eigennamen mit Καλός (Abh. der Akad. 1849) p. 51.

Ἀρίσταρχος καλός.

7798.

In fragmento cylicis collectionis Pr. de Canino; homo barbatus baculo innixus contemplans leporem ex muro appensum; pone est cippus; descriptum est in libello Notice cet. (ad n. 7797 citato) p. 32.

Ἀριστείδης καλός.

7799.

In fragmento cylicis collectionis Pr. de Canino; repraesentatur lyricen et bellator hasta munitus et scuto; descriptum est in libello Notice cet. (ad n. 7797. 7798 citato) p. 32.

Ἀριστείδης [καλός]. Cf. 7798.

7799. b.

In amphora Tarquinii reperta; insunt numina Delphica; citat Gerhard Rapp. Volc. p. 191. n. 830.

Ἀριστόδημος καλός.

7800.

In vasculo Siciliensi ap. Tischbeinium fol. 15. a. Part. IV. n. 4.

Ἀρχ[ι]ππος καλός. Δρομακλ[είδης] - -

7800. b.

In vasculo fig. rubr. collect. Candel. nunc in pinacoth. Monacensi; iuvenes venatores, leporem suspensum contemplantes; descripsit O. Jahn Beschreibung der Vasensammlung K. Ludwigs p. 197. n. 603.

Ἀριστόλ[ας] καλός. Πραξιτέλης καλός. [Ἄρισ]τεὺς(?) καλός. Πραξιτέλης. Πραξιτέλης καλός.

7801.

In phiala Vulc. fig. nigr. collectionis Feoli; duo ephēbi colloquentes inter se; in altera parte gallus et gallina; descripsit Campanari Vasi della collezione Feoli p. 228. n. 155. Inscriptiones refictae, ut videtur, quibus subesse credideris: AVTOΛVKOC, Αὐτόλυκος (καλός). Syllabae temere repetitae, ut saepe.

7802.

In vasculo fig. flav. collectionis Pr. de Canino; adolescens hastam tenens; descriptum est Mus. étr. p. 72. n. 553. Catal. di scelte antich. étr. cet. p. 70. n. 553. Stuart Archaeol. Brit. Vol. XXIII. p. 178. Citat Panofka Eigennamen mit Καλός p. 65.

Γλαύκων καλός. Cf. n. 7803. 7805.

7803.

In cylice fig. flav. collectionis Pr. de Canino; bellator hastae innixus, cuius in scuto taurus; prope ephēbus; in externo utrinque pugna Graecorum et barbarorum; descripta est Notice d'une collection d. vases peints tirés des fouilles faites en Etrurie par feu le Pr. de Canino, Par. 1845. p. 24.

Γλαῦκος καλός.

Nisi fuit Γλαύκων ut n. 7802.

7804.

In vasculo musei Florentini; edidit Lanzi Saggio di lingua etrusca T. I. p. 112. tab. IV. n. XIV. Viscontus explicabat Κάυκος καλός; sed fuit haud dubie ΛΑΥΚΟΣ, Γλαῦκος καλός. Cf. n. 7803.

7805.

In vasculo Ruvis reperto quod Neapoli asservatur; repraesentatur homo barbatus sceptrum tenens mulierem persequens fugientem (fort. Neptunus Amymonen cf. n. 7391. b.); citat Minervinus Descr. di alc. vasi della collez. Iatta, I. p. 15. Videtur fuisse ΚΑΛΟΣ ΛΑΥΚΟΝ, Καλός Γλαύκων. Cf. n. 7802. 7803.

7805. b.

In amphora Nolana. Diana sagittam ex pharetra promens, in altera parte puella taedam tenens; ediderunt Dux de Luynes Choix de Vas. Pl. xxv. Lenormant et de Witte Elite céramogr. II, XVIII. Panofka Eigennamen mit Καλός T. II, 9.

Καλός Γλαύκων.

7806.

In vasculo fig. flav. in sepulcro Nolano reperto, collectionis Blacas; tripus basi trium graduum impositus; ad sinistram Victoria alata libationem faciens (cf. Gerhard Auserles. Gr. Vasenb. II. p. 10); in parte aversa vir baculum gestans, caput taenia cinctus; edidit Panofka Mus. Blacas tab. I. p. 8 sq. Citant Gerhard Bullett. d. Inst. arch. Rom. 1832. p. 87 sq. Boeckh Ind. lect. Univers. litt. Berol. 1831—52. p. 10. Kramer Über d. Styl u. d. Herkunft d. gr. bem. Thongef. p. 157 sq. Lenormant et I. de Witte Elite des mon. céramogr. I. p. 302. O. Jahn Beschreibung der Vasensammlung K. Ludwigs p. cxxiv. Panofka Eigennamen mit Καλός p. 65. not. 124.

In suprema plintho basis tripodis:

Ἀναμαντῆς ἐνίκα φυλή.

In tertia et infima:

Γλαύκων καλός.

Superior inscriptio ex eo est genere, ex quo aliae Atticae supersunt tripodibus aereis olim subscriptae. Cf. Vol. I. n. 217—227. Notavit Boeckhii collocationem verborum prisco more sollemnem, quum in recentioribus huius generis inscriptionibus aut desit vox φυλή aut sit ante verbum ἐνίκα collocata. Cf. Vol. I. n. 25. Iam quum verba illa aetatem prodant Olympiade 86 anteriorem (cf. Elem. epigr. Gr. p. 110), titulus quo ΓΛΑΥΚΩΝ quidam celebratur haud paucis Olympiadibus recentior est utpote litteratura Ionica exarata (cf. Elem. epigr. Gr. p. 148). Itaque, ut taceam coniecturam Panofkae Glaucōnem

nostrum pro poeta comico venditantis satis refutatam illam a Boeckhio, apparet hoc vasculum esse ex iis, in quibus usui vetustiori honor est habitus, sive ex imitatione supellectilis Atticae confectum Nolae esse sive Athenis post Ol. 94. 2. pictum credideris. Comparatur alia amphora ex eo sepulcro Nolano effossa, in qua Diana et ΚΑΛΟΣ ΛΑΥΚΟΝ, καλός Γλαύκων, atque aliud vasculum Vulcense eadem inscriptione insigne n. 7802 (cf. 7805). Haec autem duo vascula non ad eum pertinere Glaucōnem, qui n. 7806. celebratur, sponte patet.

7807.

In vase fig. flav. collectionis Pr. de Canino; bellator quadrigam conscendens; in parte altera matrona coronam lauream offerens adolescenti; descriptum est Mus. étr. p. 160. n. 1756. Catal. di scelte antich. étr. cet. p. 164. n. 1756. Réserve étrusque p. 13. n. 43. Stuart. Archaeol. Brit. Vol. XXIII. p. 251. ubi tit. b. omisus est et adnexus inscriptioni n. 7743. b. Notice d'une collection de vases peints tirés des fouilles faites en Etrurie par feu le Pr. de Canino Par. 1845. p. 16. 17. Cf. Gerhard Rapp. Volc. p. 181. n. 730.

a. Inscriptiones in libello Notice d'une collection b. Σώ[τι]μος. Χαιρέ[στρατος]. Nomen Σώτιμος haec. ita exhibentur: Δ. ΜΑΣΧΑΙΡΕΣΤΡΑΤΟΣΚΑΛΟΣ; bes n. 7421. Chaerestratus laudatur etiam n. 7885. in quo secundum nomen recte scriptum videtur. 8149. 8150. Damas n. 7759. Legas igitur: Δάμας [κ]α[λός]. [Κ]α[λός] Χαι[ρέστρατος].

7808.

In cylice fig. flav. collectionis Pr. de Canino; paedotriba bacillum tenens; in externo magister praesidens exercitationibus athleticis octo ephorum; descripta est Mus. étr. p. 75. n. 562. Catal. di scelte antich. étr. cet. p. 76. n. 562. Stuart Archaeol. Brit. Vol. XXIII. p. 183. Catal. of greek and etruscan vases by Basseggio 1838. p. 10. n. 65. Splendid collection of greek and etruscan vases formed by Sig. Basseggio of Rome, p. 8. n. 21. Cf. Roulez Mém. de l'Acad. Belg. de Sciences T. XV. pl. III.

Διογένης καλός. Ὁ παῖς καλός. [δ] παῖς καλός. Diogenes laudatur n. 7475. b. 7809.

7809.

In cylice Vulc. fig. flav. in museo Berolinensi; officina fabri aerarii, ubi heros hastam vibrans et puer supplex fabricatur; in interno Vulcanus in officina sua sedens adstante Thetide; descripsit Gerhard Neuerw. Denkm. I. n. 1608. cf. Bull. d. Inst. arch. Rom. 1855. p. 166 sqq. Ediderunt Gerhard Gr. u. étr. Triakschalen tab. IX. 1. tab. XII. XIII. Panofka Bild. ant. Lebens tab. VIII. Cf. Panofka Eigennamen mit Καλός p. 60.

a) Διογένης καλός, ναυχί. Ὁ παῖς καλός, ναυχί. b) Ὁ παῖς [κ]αλός. Diogenes laudatur n. 7808. 7475. b.

7810.

In vase fig. flav. collectionis Durand, nunc Londini in museo; repraesentatur Amor alatus bacillum tenens ad vibrandum τροχόν, sinistra columbam (Cf. Panofka Annal. d. Inst. arch. Rom. Vol. II. p. 143); in parte aversa ephesus manus extendens; descriptus I. de Witte Cat. Durand n. 47. edidit Raoul-Rochette Mon. inéd. tab. XLIV. 1. Cat. Vas. M. Brit. 859.

Διοκλῆς καλός. Καλός.

7811.

In lecytho Siciliensi, in qua repraesentatur adolescens hastam tenens, ex adverso figura muliebris; descripsit Kramer Über d. Styl u. d. Herkunft d. gr. bem. Thongef. p. 171. Habeo etiam ex schedis O. Muellieri, qui vidit Syracusis.

Ita O. Muellierus. Parum differt Krameris apographum, qui habet ΔΟΣΚΙΚΕΙΤ. FH et ΔΣΙΚΗΟ Διοκλῆς καλός. Femina dicit: ΚΑΛΟΣ ΔΟΚΕ, i. e. καλοκε. — Refictae videntur inscriptiones (conf. n. 7432) turbata elementorum positione (cf. n. 7478). λός δοκεῖ. Cf. n. 5770. 7846.

7812.

In hydria fig. flav. Nolae reperta collectionis Pourtalès-Gorgier; duo ephēbi nudi, coronatus uterque, alter λαμπαδηφόρος, inter utrumque columella; in parte aversa item duo ephēbi nudi, alter coronatus hastas duas tenens, alter taenia caput cinctus strigilem, ut videtur, tenens; celebratur igitur, ut videtur victor λαμπαδηφορέα, nomine Diphilus; edidit Panofka Antiq. du Cab. Pourtalès-Gorgier tab. 25. p. 28 sq. descriperunt Broendstedt Voyage dans la Grèce I. p. 287. Dubois Descr. d. antiques de Pourtalès-Gorgier p. 70. n. 279.

Δίφιλ[ος]. Δίφιλ[ος].

Deest nunc epitheton καλός. Panofka putat nomen Δίφιλος hoc loco symbolicum esse ad designandum dualismum amicitiae. In scriptura nota formam Λ pro Ι; hoc et usus formae Ω pro Ο prodit picturam esse ex aetate ea, qua litteratura Ionica iam increbrescebat.

7813.

In cylice fig. flav. in qua puer nudus floribus cinctus caput funem tenens rapido cursu persequens taurum, in altera parte duae mulieres nudaē coronatae in pulvinaribus recubantes; descripsit Braunius Bull. d. Inst. arch. Rom. 1844. p. 100 sq. cf. Gerhard Archaeol. Zeitg. 1844. p. 352. Panofka Eigennamen mit Καλός p. 46.

Διώξιπ(π)ος καλός. Πῖνε καὶ σύ.

De sentiētiis ori personarum appictis cf. n. 7408. De priore pictura ad ταυροκαθάψια referenda vide Panofka l. c.

7814.

In *πιννακίω*, ut videtur, Clusino collectionis Thomae Blayds; duo ephebi athletae, alter discobolus; descripsit Birch in Gerhardi Archaeol. Zeitung 1846. p. 296.

Ξενοφών. Δωρόθεος. Nomen *Δωρόθεος* habetur etiam n. 7578.

7814. b.

In vasc. fig. rubr. coll. Candelor., nunc in pinacoth. Monacensi. Iuvenis currens; in parte altera vir ithyphallicus; intus iuvenis myrto coronatus. Descr. O. Jahn Beschreibung der Vasens. K. Ludwigs p. 349. n. 1245.

a) *Δωρόθε[ος]*. b) *Καλός*. c) *Δωρόθεος καλός*.

7815.

In *hydria* Vulc. fig. flav. collectionis Campanari, nunc in museo Vaticano; putatur *Thamyris* esse inter Musas, quarum uni nomen *Choronice* appictum; descripserunt Campanari *Bullett. d. Inst. arch. Rom.* 1854. p. 109 sq. *Cavedoni* *ibid.* p. 202 sq. cf. *Bull.* 1855. p. 9 sq. Editam in *Mon. ined. Inst. arch. Rom. Vol. II. tab. xxiii.* explicavit *Panofka* *Annal. d. Inst. arch. Rom. Vol. VII. p. 231* sqq. Edita est etiam in *Mus. etr. Gregorian. P. II. tab. xiii. 1.* et ap. *Panofka* *Eigennamen mit Καλός* *Tab. III, 5.* Citavit *Welcker* *Ep. Cyclus I. p. 150.*

Χορονίκη. Θαμύρας. Εὐαίων καλός.

Euaeon celebratur etiam n. 7537. Forma *Θαμύρας* p. *Θάμυρις* est ap. *Plat. Resp. X. 620. A. Leg. VIII. 829. E.* et aliquoties ap. veteres auctores *Sophoclis* fabulam *Thamyris* inscriptam citantes. Vid. *Sophocl. fragm. v. Θάμυρις.* Itemque *Θαμύρας* titulus est *comoediae Antiphanis* (*Meineke* *Fragm. comic.*

Graec. I. p. 325). Quare coniecit *Panofka* repraesentari nunc scenam ex *dramate Θαμύρας* inscripto desumptam, indeque celebrari *victoriam* ab *Euaeone* quodam in ludis musicis reportatam. Ultima littera nominis *Χορονίκη* aut *Ξ* aut *Α* est.

7816.

In *cylice* fig. flav. collectionis *Pr. de Canino*; ephebus in lectulo recubans *lyram* et *cylicem* tenens; descripsit *Dubois* *Descr. d. antiques de Pourtalès-Gorgier* p. 83. n. 327. cf. *Catal. de tableaux cet. vases étrusques et antiquités, propriété de M. Luc. Bonaparte, Par. 1840. p. 52. n. 99.*

Ἐλπίνικος καλός.

7816. b.

In *vasculo* fig. flav. *pinacothecae* *Monacensis*. Descripsit *O. Jahn* *Beschreibung der Vasensammlung König Ludwigs* p. 160. p. 469.

Ἐπέλειος καλός. Cf. n. 7398. 7819.

7817.

In *cylice* fig. flav. collectionis *Pr. de Canino*; ephebus *palliatum* *leporum auriculis* tenens; ad pedes eius *canis*; descripta est *Mus. étr. p. 125. n. 1425.* *Catal. di scelte antichità etr. cet. p. 117. n. 1425.* *Stuart* *Archaeol. Brit. Vol. XXIII. p. 220.* *Panofka* *Eigennamen mit Καλός* p. 42.

Stuartus nomen expressit *ΕΓΙΑΡΟΜΑΣ*. *Atheniensis* nomine *Epidromus* memoratur in *cata- Ἐπίδρομος καλός.* Idem *Epidromus* celebratur n. 7818. *logo militari* *Vol. I. n. 169. vs. 41.*

7818.

In *cylice* *Vulc. fig. flav. collectionis Pr. de Canino*; *figura palliata cum cane*; descripta est *Mus. étr. p. 134. n. 1475.* *Catal. di scelte antichità etr. cet. p. 125. n. 1475.* *Stuart* *Archaeol. Brit. Vol. XXIII. p. 224.* Edita a *Panofka* *Eigenn. mit Καλός. Tab. I. 7.*

Ἐπίδρομ[ος] καλός. De *Epidromo* cf. n. 7817.

7818. b.

In *cylice* fig. flav. *musei Britannici*. *Iuvenis myrto coronatus, baculum tenens in genua procumbens, sinistra pallio involuta.* Descripta est in *catal. mus. Brit. n. 850**.

Ἐπίδρομος. Ἰξίας (aut [N]ι[κ]ίας) καλός.

7819.

In *vasculo* fig. rubr., in quo *Mercurius κροφόρος*. Ediderunt *Inghirami* *Mus. Chiusino* *Tab. xxxv.* *Panofka* *Eigennamen mit Καλός* *Tab. II, 2.* Citat *Gerhard* *Rapp. Volc. p. 191. n. 851.*

Ἐξίλος καλός, ut voluit *Panofka*. Vide ne fuerit *Ἐπέλειος* aut *Ἐπέλειος καλός* (cf. 7398) neque *adversabor*, si quis legerit *ΕΡΙΦΟΣ ΚΑΛΟΣ*; quae explicatio iis facile probabitur, qui nominibus hominum ad argumentum *picturae* accommodatis delectantur.

7820.

In cantharo parvo Magnae Graeciae, collectionis Millingenii, nunc in museo Britannico; insunt ornamenta colore rubro picta; descripserunt I. de Witte Cat. Durand n. 1004 et Birch in Gerhard Archaeol. Zeitung 1847 p. 155. n. 6; tractavit Panofka Eigennamen mit Καλός p. 54.

Εὐπολις καλ[ός].

7821.

In amphora Vulc. fig. nigr. in museo Britannico; Minerva hastam vibrans, cuius in scuto inscriptio est; utrinque columna Dorica, in qua gallus; in parte aversa quattuor ephēbi nudi, quorum duo hastam, duo halteres tenent. Descripta est ab Em. Braun. Bullett. dell' Inst. 1841 p. 135. in Catal. Vas. M. Brit. n. 573. Edidit Gerhard Etrur. u. Kamp. Vasenbilder Tab. A. 5, 6.

Εὐφίλητος καλός.

Cf. Panofka l. l. p. 64. Iuxta columnam more solito scriptum est τῶν Ἀθήνηθεν ἄθλων. Idem Euphiletus n. 7624. 7822.

7822.

In oenochoe fig. nigr. collectionis Pr. de Canino; citharoedus (Apollo) inter tres figuras muliebres (Gratias); descripta est Mus. étr. p. 162. n. 1790. Réserve étrusque, petits vases fig. noir. p. 17. n. 2. cf. Gerhard Rapp. Volc. p. 172. n. 661. Ediderunt Micali Storia degli ant. pop. ital. tab. xci. 2. Lenorm. et de Witte Elite céramogr. II, 32. Panofka Eigennamen mit Καλός Tab. II, 6. Descripsit I. de Witte Cat. étr. n. 4.

Inscriptiones partim depravatae; ad dextram ΕΥΦΙΛΗΤΟΣ ΚΑΛ[ΟΣ], Εὐφίλητος καλός; idem repetitur ad sinistram, ubi puta fuisse aliquando: ΚΑΛΟΣ ΕΥ ΦΙΛΗΤΟΣ ΦΙΛΗΤΟΣ i. e. καλός Εὐφίλητος. De Euphiletō cf. n. 7821. Quae tentavit Lenormantus ap. I. de Witte l. c. sciens omitto. Syllabae repetitae, ut n. 7858. 59. 7893. 8323. 8526. 8554. 35.

7823.

In amphora fig. rubr. collectionis Durand, nunc in museo Britannico; Minerva dextra hastam sinistra aplustre tenens, adoriens figuram muliebrem quae aufugit; putatur repraesentari victoria proelii navalis; descripsit I. de Witte Cat. Durand n. 26. cf. Gerhard Archaeol. Intell. Bl. zur Allg. Litt. Zeit. 1856 p. 308. Welcker Mus. Rhen. V. p. 156. Ediderunt Lenormant et I. de Witte Elite des monum. céramogr. I. p. 245 sqq. tab. LXXV. Cat. Vas. Mus. Brit. n. 857.

Ἡρὰς καλή. Ἡρὰς καλή.

Nomen singulare. Ἡραῖς scribendum esse non male suspicatur Keilius Anal. epigr. p. 171 sq.

7824.

In hydria fig. flav. reperta in sepulcro Cyrenaices, in qua homo barbatus corona cinctus, pallio amictus, stans; ad sinistram ex adverso figura muliebris speculum tenens, sedens, pone in alto sedens Amor coronam porrigens; ad dextram post virum barbatus figura muliebris cylicem asserens; edita est in Mon. ined. Inst. arch. Rom. Vol. IV. tab. XLVII. tractavit Lenormant Annal. Inst. arch. Rom. Vol. XIX. Suppl. p. 395 sqq. qui argumentum picturae ad Aristippum philosophum referri arbitratur.

Ἐρ[ω]ς. Ad figuram muliebrem sedentem καλά; ad hominem barbatus ΚΑΛΟΣ, καλός; ad fig. muliebrem stantem ΚΑΛΑ, Καλά.

7825.

In vasculo fig. rubr. coll. Candelori, nunc Monacii. Adolescens nudus, galeatus laeva arcum tenens, dextra sagittam examinans. Descr. Jahn Beschr. etc. p. 346. n. 1229.

Εὐβόλος.

Cf. nomen sagittarii Εὐβύβωλος n. 8199.

7825. b.

In cylice Vulc. fig. rubr. musei Berolinensis. Adolescentem baculo innixum amplectitur puella. Orestes et Electra iudice Panofka qui edidit Eigennamen mit Καλός Tab. I, 10.

Ἰκέτ[ης] καλός. Panofka Ἰκέτας.

Idem nomen in vasculo collect. Fontanae, quod descr. Gerhard Arch. Ztg. 1855 p. 402. Καλός Ἰκέτης.

7826.

In oenochoe fig. nigr. collectionis Pr. de Canino; heros quadrigam conscendens, ad latus Minerva incedens; ante equos canis; descripsit I. de Witte Bullett. d. Inst. arch. Rom. 1852. p. 59 sq.

Mira conguessit I. de Witte. Prope certum videtur fuisse inscriptionem ΗΙΠΙΟΝ ΚΑΛΟΣ, i. e. Ἴπ(π)ίων καλός. Eadem inscriptio habetur n. 7558, ubi errore factum est, ut n. 7822 pro n. 7826 scriberetur.

7827.

In cylice fig. rubr. in pinacotheca Monacensi. Adolescentes in palaestra. Descr. Jahn Beschreibung der Vasensamml. K. Ludwigs p. 254. n. 804.

Ἴπποδάμας καλός. Cf. n. 8220.

7827. b.

In cylice Vulc. fig. flav. collect. Basseggio. Repraesentatur quater adolescens binos equos domans; in interiore ephebus myrto coronatus currens. Descr. et edidit Roulez Bullet. de l'Acad. de sciences de Bruxelles T. IX, 1. 1842 p. 267 sq. cf. ibidem VIII, 1. p. 457. (Mélanges arch. IV, 4).

Ἰππόκριτος. Ὁ παῖς καλός.

Cf. n. 7526. 8144. b. Abderum repraesentari, qui ab equis Diomedis dilaceratur, coniecit Roulez, cui Ἰππόκριτος epitheton videtur significans 'déchiré par des chevaux'. Cui iure obloquitur Jahn Arch. Aufs. p. 139. Cf. Panofka Eigennamen etc. p. 46.

7827. c.

In vasculo fig. nigris Monachii; insunt Sphingae et Sirenae. Descr. Iahn Beschreibung etc. p. 5. n. 10.

Ἰπ(π)οτέλη[ς] καλός.

Alterum nomen legitur ut videtur ΙΠΟΚΕΜΕΝΟΣ ΕΛΙΟΣ i. e. ΚΑΛΟΣ. Intus apparent litterae ΠΟΙ- ΗΕ..ΟΙ et ΣΕΣΙΝ.

7828.

In vasculo Nolano fig. rubr. collectionis Raph. Barone Neapoli; mulier taedam ardentem ferens, in altera parte mulier sceptrum tenens; descripsit Panofka in Gerhardi Archaeol. Zeitung 1847. p. 190.

Ἰππόζενος καλός.

7828. b.

In cylice fig. nigris collect. Candelori, nunc Monachii; in utraque parte caput mulieris ornatae. Descripsit Iahn Beschreibung der Vasens. K. Ludwigs p. 7. n. 36.

Καλιστάνθη καλή.

7829.

In vase fig. rubr. collectionis Hope Londini; bellator gladio pugnaus cum alio iam concidente; infra tres figurae muliebres; edidit Dubois-Maisonneuve Introd. à l'étude des vases cet. tab. XXIII.

Καλός Καλλίας.

7830.

In cylice Nolana fig. flav. quam emit Gerhardus; Amor ephebum auferens, in altera parte homo barbatus palliatus, fortasse paedagogus ephebi; descripsit E. G. Schulz. Bullett. d. Inst. arch. Rom. 1842. p. 15.

Καλός Καλλίας.

7831.

In cylice Nolana fig. flav. in museo Berolinensi; figura muliebris hastam et galeam porrigens ephebo nudo corona caput cincto; in altera parte ephebus palliatus baculo innixus, ante eum stele in qua inscriptio est; descripserunt Levezow Verz. d. ant. Denkm. cet. p. 179. n. 847. Gerhard Berl. ant. Bilder I. p. 245. n. 847.

Καλός Καλλίας. Χαρμίδης καλός.

Charmides laudatur etiam n. 7883. 7888 sq. 8017.

7832.

In vasculo fig. flav. in museo Bourbonico; tibicen tunica longa indutus, pone ephebus halteres tenens, ad dextram alius sceptrum tenens; descripsit Panofka in Gerhardi Hyp. röm. Studien I. p. 194.

Καλός Καλλίας. Εὐνικος.

Hoc alterum nomen proprium est, non epitheton, ut dicit Panofka Mus. Bartold. p. 44.

7833.

In cylice fig. flav. Nolae effossa inter vasa Mastrilliana; Victoria alata libationem faciens ad aram, in qua ignis ardet; edidit Mazochius Tab. Heracl. p. 158. aeri incisam; repetiit Dubois-Maisonneuve Introd. à l'étude des vases cet. tab. LXXVII. 5. ex Mazochio descripserunt Lanzi Diss. de' Vasi dipinti cet. p. 163. tab. I. 6. Rose Inscr. Gr. vetust. p. 95. tab. XII. fig. 3. 2.

Καλλικλῆς καλός.

7834.

In amphora Nolana fig. flav. Apollo gradiens, arcum et sagittam tenens; in parte aversa ephebus baculo innixus. Ediderunt Dux de Luynes Choix des vases peints etc. Tab. XXIV. qui argumentum funebre subesse putat, et Panofka Eigenn. mit Καλός Tab. II, 10.

Καλός Καλλικλῆς.

7835.

In vasculo Nolae reperto, in quo repraesentatur ephēbus in equo vehens; descripsit Panofka Bullett. d. Inst. arch. Rom. 1829. p. 21.

Καλὸς Κλεινίας.

Eundem fere titulum: ΚΛΕΝΙΑΣ ΚΑΛΩΣ in schedis Gerhardi cum Boeckhio communicatis reperio enotatum ex vasculo collectionis Fiscalis Viven-
tīi Neap.

7836.

In fragmento cylicis collectionis Leake; repraesentatur ephēbus coronatus dextra galeam tenens, sinistra scutum, in quo vulpes unam derodens (cf. Theocr. Idyll. I, 48); descripsit Panofka in Gerhardi Archaeol. Zeitung 1846. p. 208.

Κράτης.

7837.

In cylice fig. flav. collectionis Pr. de Canino; repraesentantur duae figurae viriles confabulantes, altera tibias tenens; descripta est Mus. étr. n. 137. n. 1515. Catal. di scelte antichità etr. cet. p. 129. n. 1515. Stuart Archaeol. Brit. Vol. XXIII. p. 228.

Λαβότας καλός. Κλ[ε]ιταγόρα[ς] aut Κλειταγόρα.

Nota formam Doricam nominis Attici Λεωβότης. Cf. n. 7423.

7838.

In patera fig. flav. in museo Berolinensi; repraesentatur ephēbus palaestrīta dextram extendens; pone est pila s. stele; descripsit Gerhard Neuerw. Denkm. III. n. 1773.

Ὁ παῖς ναρχί καλ[έ]ς. Δάχης καλός.

Idem Laches celebrari videtur n. 7728.

7839.

In hydria fig. nigr. collectionis Pr. de Canino; quinque bellatores pugnam conserentes; supra heros (Achilles) post columellam conquiniscens; ante columnam fig. muliebris (Polyxena) prope fontem; a tergo duo bellatores; descripsit I. de Witte Cat. étr. n. 122. Tractavit Welckerus Annal. inst. arch. Rom. Vol. XXII. p. 75.

Λέαγρος.

Leagrus laudatur n. 7602. b. 7616. 7840. 7841 sq. Falso de Meleagro cogitabat I. de Witte.

7840.

In cylice fig. flav. collectionis Pr. de Canino; figura seminuda crotala tenens; descripta est Mus. étr. p. 80. n. 584. Citat Panofka Eigennamen etc. n. 182.

Λέαγρος.

7841.

In cylice fig. flav. collectionis Pr. de Canino; duae figurae nudaee recubantes in lectulo; descripta est Mus. étr. p. 136. n. 1510.

Λέαγρος καλός.

7842.

In vase Vulc. fig. rubr. collectionis Com. Gouriéff; duo ephēbi luctantes; in altera parte adventus hirundinis, quam suspiciunt tres homines in alto volantem; editum in Mon. ined. Inst. arch. Rom. Vol. II. tab. XXIV. tractavit Panofka Annal. Inst. arch. Rom. Vol. VII. p. 258 sqq. idem edidit Bild. ant. Lebens tab. II. 1. tab. XVII. 6. Cf. Jahn-Archaeol. Aufs. p. 116. Beschreibung der Vasens. K. L. CXII.

a. Ὁ π[αι]ς καλός. Λέαγρος. Cf. n. 7839.

maxime idoneus est Aristoph. Equit. 419. Cf. Ari-

b. Ἰδοὺ χελιδών (dicit ephēbus). Νῆ τὸν Ἡρακλέα (vir). Αὐτήϊ (puer). Ἔαρ ἤδη (vir). De hirundine ve-

stoph. Av. 1410. 715. Pax 800. Anacreon XXXIII. Athen. VIII. 360. Colloquia similia habes n. 7853 etc.

ris praenuncia locos congressit Panofka, ex quibus

7843.

In hydria Vulc. fig. flav. in museo Vaticano; equites duo pileati binas hastas tenentes; edita est in Mus. etr. Gregoriano P. II. tab. VIII. 2. Cf. Gerhard Rapp. Volc. p. 189. n. 795* b. Panofka Eigennamen mit Καλός p. 76.

Ὀλυ(μ)πίδωρος καλός. Λέαγρος καλός. Cf. de Olym-
piodoro n. 7892. de Leagro n. 7833. De scriptura
Ὀλυπ — pro Ὀλυμπ — cf. Keil. Spec. Onomatol. Gr.
p. 57 sq. Litteris ad dextram positissubesse vi-

detur ΗΘ ΓΑ[Ι]Σ ΚΑΛ]ΟΣ. Panofka ΘΡΑΣΟΣ legit,
quod pro nomine equino habet. Alterius equi no-
men est Ἀρέτη.

7844.

In amphora fig. flav. collectionis Pr. de Canino; citharistria recubans; in parte aversa ephebus recubans; descripsit Dubois Coll. du Pr. de Canino n. 36. Notice d'une collection de vases peints tirés des fouilles faites en Etrurie par feu le Prince de Canino, Par. 1845. p. 15. Cf. Panofka Eigennamen p. 77.

Λέαγρος καλός. Λέαγρος καλός. [Ο] παῖς (καλός).

De Leagro cf. n. 7839. Insolentior formula est ad os citharistriae scripta: ΜΑΜΕΚΑΙΠΟΤΕΟ, quam Panofka comparavit cum formula in vasculis obvia χαῖρε καὶ πῖε (Gerh. Arch. Zeitg. 1847 p. 16). Eam doricam esse apparet. MA videtur imperativi Dorici μῶσθαι forma esse pro μάσο, μῶσο, μάο, μῶ (Cf. πρία ex πρίασο pro πρίω Ahrens Dial. Dor. p. 198). Itaque fuerit μᾶ με i. e. ζήτει με. Eadem forma redit non sine mendo, ut videtur, in vasculo collectionis Blacas MAMO (n. 8111). In altero verbo coniecturas subesse imperativum πότες i. e. πόθεο, ποθεῖ a verbo ποτίσθαι i. e. προσίεσθαι. De neglecta aspiratione vid. Ahrens Dial. Dor. n. 38. Itaque formula fuerit μᾶ με καὶ ποτοῦ i. e. ζήτει με καὶ προσεῦ.

7845.

In cylice fig. flav. collectionis Pr. de Canino; quattuor figurae nudae, in altera parte bacchanale; descripta est Réserve étrusque, coupes à fig. jaunes, n. 26.

Inscriptiones parum accurate traditae sunt. Tantum apparet: Λέαγρος καλός (cf. n. 7839); Σμίν[ε]α; deinde Θεαίεα, Κορώνη. [Καλ]ός - - Καλί - - -. Videndum ne haec cilix eadem sit quam in collect. Campana Romae viderunt Welckerus, qui descripsit Mus. Rhen. VI. 1848. p. 394 sq. et Panofka Act. Acad. Berol. 1848. p. 208. Ille ex nominibus enotavit ΣΜΙΚΡΑ, ΠΑΛΗ (i. e. ΚΑΛΕ) hic ΣΜΙΚΡΑΠΑΛΛΑΙΣΤΕ. Uterque animadvertit etiam inesse ΕΥΦΡΟΝΙΟΣΕΛΡΑΦΣΕΝ, Εὐφρόνιος ἔγραψεν (cf. n. 8232).

7846.

In hydria fig. nigr. collectionis Candelori nunc in pinacotheca Monacensi; duae bigae cum aurigis, et heroes duo galea instructi; supra Memnon et Achilles; descripta est Bullet. d. Inst. arch. Rom. 1829. p. 82. Rapp. Volc. p. 190. n. 807. edidit Gerhard Auserl. Vasenb. III. tab. CCXI. CCXII. 1. 2. Cf. Panofka Eigennamen p. 78. Jahn Beschreibung der Vasens. K. L. n. 138.

Καλός Λεωκ[ρ]άτης.

7847.

In cylice fig. flav. collectionis Pr. de Canino; ephebus recubans; prope suspensa est lyra; descripta est Mus. étr. p. 110. n. 1187. Catal. di scelte antichità etr. cet. p. 109. n. 1187. Stuart Archaeol. Brit. Vol. XXIII. p. 214. Cf. Gerhard Rapp. Volc. p. 191. n. 824.

Λύκος καλός.
καλός.

Λύκος laudatur in vasculis duobus Euphronii n. 8204. 8205. Cf. n. 7848.

7848.

In vasculo fig. rubr. collectionis Pr. de Canino (n. 1984); citat Gerhard Rapp. Volc. p. 175. n. 670. δ. ΛΥΙΟΥΙΟΣΚΕ ΛΥΙΟΥΣ ΛΥΙΟΥΣ ΚΗΟΣΥΙΣ. Litteris imperite pictis subesse ΛΥΚΟΣ ΚΑΛΟΣ, Λύκος καλός (cf. n. 7847) recte suspicatur Gerhardus. De syllabis repetitis cf. n. 7822.

7849.

In vase fig. nigr. et alb. collectionis Princ. de Canino; quadriga, in qua senex confabulans cum alio sene adstante; in altera parte matrona inter duos viros; sub pede vasis notatio est ♠; descriptum est Mus. étr. p. 125. n. 1589. Catal. di scelte antich. etr. cet. p. 115. n. 1589. Stuart Archaeol. Brit. Vol. XXIII. p. 219.

Stuartus ad dextram expressit ΙΤΙΣΙΤΟΣ. Subesse videtur ΛΥΚΟΣ ΚΑΛΟΣ, Λύκος καλός (cf. n. 7848), ter repetitum. De syllabis iteratis cf. n. 7848.

7850.

In cylice Vulc. fig. flav. in museo Berolinensi; vir coronatus in lectulo recubans; descripserunt Levezow Verz. d. ant. Denkm. cet. p. 192. n. 879. Gerhard Berl. ant. Bildw. I. p. 254. n. 879. Panofka Eigennamen mit Καλός not. 36.

Λύσις καλός.

Lysis laudatur n. 7608. 7851.

7851.

In cylice fig. flav. collectionis Pr. de Canino; vir in lectulo recubans; prope tibicina; in externo hinc Vulcani in Olympum reditus, illinc Bacchus; descripta est Notice d'une collection de vases peints tirés des fouilles faites en Etrurie par feu le Prince de Canino, Par. 1845. p. 51. Cf. Panofka l. c.

Λύσις καλός. 'Ο παῖς καλός.

7852.

In cylice fig. flav. collectionis Pr. de Canino; senex cum equis candidis; descripta est Réserve étrusque, coupes à fig. jaun. n. 18.

'Ο παῖς καλός. 'Ο παῖς. 'Ο παῖς καλός. Λύσις. 'Ο παῖς καλός, καλός.

7853.

In oenochoe Vulc. palmulis nigris ornata, collectionis Candelori, nunc in pinacotheca Monacensi; descripsit Gerhard Rapp. Volc. p. 188. n. 789. editam in Mon. ined. Inst. arch. Rom. Vol. I. tab. xxxix. tractarunt Gerhard. Annal. dell' Inst. III p. 188 sq. Welcker Annal. Inst. arch. Rom. Vol. V. p. 255 sq. (Alte Denkmäler III. p. 507). Lepsius ibid. p. 557 sqq. Cf. Panofka Rech. sur les noms des vases cet. p. 55. not. Ussing de nomin. vas. graec. p. 10. Postremo descripsit Jahn Verzeichnifs der Sammlung des K. Ludwig p. 101. n. 534. cf. p. cxxv.

Colloquium, quod ornamenti loco oenochoe inscriptum est, ab ephēbis duobus praesente paedotriba, ut videtur, de victoria ab amico reportata; quod colloquium, Atticae urbanitatis plenum, quo modo intelligendum sit, ubi initium habeat, quo ordine procedat, certis indiciis definire res est difficillima. Atque Gerhardus quidem et Welckerus verbis: καλὸς φίλος dialogum terminari statuunt; Gerhardum secutus Iahnus colloquentium partes ita disposuit: A. Καλὸς, Νικόλα, Δωρόθεος. B. Καλὸς καμοὶ δοκεῖ, ναὶ. A. Χᾶτερος παῖς καλός, Μέμνων. B. Καμοὶ καλὸς φίλος. Ubi neque φίλος suo loco positum esse videtur, neque ναὶ. Etenim ναὶ maiorem vim habet, si cum sequentibus coniungitur, ut sensus sit: 'recte dicis', respondet Nicolaus, 'sed etiam alter, Memnon, suam laudem habet'. Φίλος autem fortasse ita accipiendum est, ut extra dialogum quasi ad marginem scriptum sit pro no-

mine eius, qui cum Nicolao colloquitur. Nicolai enim nomen ad marginem adscribere opus non erat, quum ex ipso dialogo pateret, quis responderet. Signum autem post φίλος positum παραγραφῆς loco esse potest, ut notatio marginalis ab initio dialogi facilius distinguatur. Quod si statueris, sic procedet totus dialogus:

Φίλος. Καλὸς, Νικόλα, Δωρόθεος.
'Καλὸς καμοὶ δοκεῖ.'
Ναὶ χᾶτερος παῖς καλός, Μέμνων.
'Καμοὶ καλός'.

Lepsius legebat καλῶ φίλος, quibus verbis formulam quandam dedicatorem inesse putabat. Memnonis crebra in his vasculis mentio; vid. n. 7473, 7576 etc. Dorotheus habetur n. 7398, 7892 etc. Postremo si titulum longa quasi taenia vasculo obvolutum vides, veri simile est eum ad rationem σκυτάλης scriptum esse.

7854.

In cylice fig. flav. collectionis Pr. de Canino, nunc in museo; in interno bellator conquiniscens, cuius in scuto aquila; in externo hinc Iyricen inter duas figuras, illinc tres ephēbi nudi; descripta est Mus. étr. p. 127. n. 1454. Catal. di scelte antichità etr. cet. p. 119. n. 1454. Stuart Archaeol. Brit. Vol. XXIII. p. 222. Cf. Gerhard Rapp. Volc. p. 184. n. 743. c. et nunc eiusdem Archaeol. Anzeiger 1849. p. 54. Cat. Vas. Mus. Brit. 821*. Tractavit Panofka Eigennamen mit Καλός not. 248.

- a) Μέμνων καλός. De Memnone cf. n. 7853.
b) Μόλπις. [Φιλῆνος. Ξάνθος. [Καλός.
Καλὸς Σόλων. Χίλων. Νίκων καλός.

Νίκων laudatur saepius, n. 7860 etc. Ex reliquis ap. Gerhard legitur Θαλῆνος, ubi nos Φιλῆνος, et Μόλπιος p. Μόλπις.

7855.

In cylice fig. flav. collectionis Pr. de Canino, nunc Londini; ephēbus nudus amphoram portans; in externo hinc tres bellatores cum Amazone pugnantes, illinc quattuor bellatores inter se pugnantes; descripta est Mus. étr. p. 148. n. 1617. Catal. di scelte ant. cet. p. 159. n. 1617. Stuart Archaeol. Brit. Vol. XXIII. p. 236. Catal. Vas. Mus. Brit. 833.

Καλὸς Μέμνων. Σιμιάδης κα[λό]ς. Καλὸς Μέμνων.

De Memnone cf. n. 7853.

7856.

In cylice fig. flav. collectionis Pr. de Canino; bellator iuvenis; in externo inter binos oculos folium et mulus; descripta est Notice d'une collection de vases peints tirés des fouilles faites en Etrurie par feu le Pr. de Canino, Par. 1845. p. 55.

Μέμνων καλός.

Simillimum vasculum descripsit O. Jahn Vasensammlung K. Ludwigs p. 506. n. 1021, in quo oculi, mulus, nomen ephēbi redeunt. Primis elementis bis

positis MEMEMNOV scriptum est. De Memnone cf. n. 7855 et de vasculis Memnoniis universe disputantem vide Panofka Eigennamen mit Καλός p. 95, qui hic, ut supra n. 7370, de mulo conferri iubet glossam Hesychii: Μέμνων ὁ ὄνος.

7856. b.

In vasc. fig. nigr. alb. et rubr. coll. Candel., nunc Monachii; Hercules et Minerva, in altera parte quadriga. Descripsit Jahn Vasensamml. etc. p. 169. n. 499.

Μησίλα καλή.

7857.

In vase fig. flav. collectionis Magnoncour; duo homines barbati, coronati, alter Iyram pulsans, alter cylicem tenens; ante hos ephēbus nudus, myrto coronatus, saltans; in altera parte homines barbati, myrto coronati, alter cylicem tenens, alter tibias inflans; descripserunt I. de Witte Descr. des vases peints cet. de la collection Magnoncour p. 61. n. 81. Dubois Descr. des antiques de M. le Comte de Pourtalès-Gorgier p. 81. n. 521.

- a. Χαῖρε, χαῖρε. Κυδίας. Alt. 1845. p. 979, cui δίκαιος est strenuus, probus, adsentiente Jahnio Vasensammlung p. cxxvi. Notus est etiam Cydias citharoedus Hermionensis (Schneidewin Del. p. 373) quem hoc loco laudari suspicatur O. Harpocr. IX. 21. Ad vocem δίκαιος intellige καλός Jahñ (Zeitschr. f. Alterth. 1843. n. 28. Annal. Inst. arch. Rom. 1841. p. 292).
- b. Νικάρχος κάρτα δίκαιος. Nota ζ supinum crebro obvium in his vasculis. Notus est Nicarchus tibieen, contra quem Lysiam orationem composuisse refert Harpocr. IX. 21. Ad vocem δίκαιος intellige καλός κληθεῖναι vel simile quiddam. cf. Bergk. Zeitschr. f.

7857. b.

In hydria Vulc. Quadrigae duae currentes; sub equis inscriptiones sunt. Descr. Braun Bullett. dell' Inst. 1843. p. 76. Panofka Eigennamen mit Καλός p. 44.

Νικίας καλός. Ἴππίων.

Prius nomen eius est, qui alterum equis suis superavit.

7858.

In vasculo fig. nigr. et alb. collectionis Pr. de Canino; repraesentatur matrona velata tunica longa induta florem tenens stans inter duos bellatores armatos; ante pedes matronae canis; descripta est Mus. étr. et Catal. di scelte antich. étr. cet. p. 61. n. 553. Stuart Arch. Brit. Vol. XXIII. p. 171. edita Vas. étr. de Luc. Bonap. Pr. de Canino fasc. II. Videtur voluisse pictor: ΝΙΚΟΚΛΕΣ ΚΑΛΟΣ, Νικολῆς καλός. Puta esse: [ΝΙ]ΚΟΚΛΕ[Σ] ΚΕΣΚΑ[Υ]Ο[Σ] ΚΛΕΣΚΑΥ[ΟΣ] ΚΟΚΛΕ[Σ].

7859.

In vasculo fig. nigr. collectionis Pr. de Canino; equites duo inter se pugnantibus binis uterque hastis; descriptum est Mus. étr. p. 61. n. 554. Catal. di scelte antich. étr. p. 60. n. 534. Stuart Arch. Brit. Vol. XXIII. p. 170.

Manifesto eiusdem pictoris est, cuius est n. 7858. Hic quoque membra nominis ΝΙΚΟΚΛΕΣ temere pinxit: [ΝΙ]ΚΟΚΛΕΣ ΚΕΣ ΚΕΣ ΚΟΚΟΚ. Cf. ad n. 7893.

7860.

In vase grandi fig. nigr. alb. viol. collectionis Pr. de Canino; quadriga citato cursu; ante aurigam inscriptio est; in altera parte Minerva hastam vibrans, cuius in scuto pegasi pars anterior, utrinque columella, in qua gallus; sub pede vasis notatio est; descriptum est Mus. étr. p. 55. n. 11. Catal. di scelte antich. étr. cet. p. 10. n. 11. Notice d'une collection de vases peints tirés des fouilles faites en Etrurie par feu le Pr. de Canino, Par. 1845. p. 11. repetiit Dudl. Stuart Archaeol. Brit. Vol. XXIII. 1831. p. 152. Cf. Gerhard Annal. d. Inst. arch. Rom. 1850. p. 220. Rapp. Volc. p. 186. n. 756. p. 192. n. 854*. Tractavit Panofka Eigennamen mit Καλός not. 25.

*Ελα, ἔλα. Νίκων καλός.

Cf. 7854. Male a nonnullis explicabatur ὁ νικῶν καλός (Annal. d. Inst. arch. Rom. Vol. V. 1833. p. 72).

7861.

In vasculo fig. flav. Nolae reperto inter vasa Mastrilliana; Victoria alata claviculam tenens; edidit Mazochius Tab. Heracl. p. 138. aeri incisum; repetierunt Inghirami Vasi fittili T. II. tab. CI. Dubois-Maisonneuve Introd. à l'étude des vases cet. tab. LXXVII. 4. Inscriptionem ex Mazochio repetiit Rose Inscr. Gr. vetust. p. 95. tab. XII. fig. 3. Citat Lanzi de' vasi antichi etruschi p. 163. Vasculum similis argumenti eodem nomine ornatum vide in Cat. Vas. M. Brit. n. 887.

Καλός Νίκων.

7862.

In amphora Nolana fig. flav. Victoria taeniam afferens ephebo hastae innixo; inter utrumque ara parva, in qua deposita est corona; in altera parte adolescens caveam apportans, in qua coturnix; ediderunt Dux de Luynes Vases peints cet. tab. XXXVIII. Panofka Gr. Eigennamen mit Καλός Tab. I, 9.

Νίκων καλός.

7863.

In cylice fig. flav. collectionis Pr. de Canino; ephebus nudus cylicem tenens; in parte aversa capreoli et Satyri; descripta est Mus. étr. p. 161. n. 1753. Catal. di scelte antich. étr. cet. p. 156. n. 1753. Stuart Archaeol. Brit. Vol. XXIII. p. 252 sq. Cf. Gerhard Rapp. Volc. p. 184. n. 742*. b.

a) Νί[κ]ων κ[α]λός.

Nomina capreolis indita videbantur Gerhardo. Sed sunt Satyrorum potius.

b) Στύσιπ(π)ος καλός. Καλός. Φλέβιπ(π)ος κ[α]λός.

7864.

In amphora Nolana fig. flav.; figura muliebris alata (Aurora) correptura ephebum lyram tenentem, quae pro Harpyia olim habebatur (Annal. de l'Inst. I. p. 272). Edita est Mon. de l'Inst. I, v, 5. Duc de Luynes Choix de vases peints tab. XXXVIII. Panofka Eigennamen mit Καλός Tab. IV, 8.

Οἰωνοκλῆς καλός.

In parte aversa eadem verba repetita. Cf. n. 7865 et de pictura n. 7890. Nomen ad Amphiarai ὀρνιθομαντείαν pertinere putat editor.

7864. b.

In amphora Nolana fig. flav. musei Blacas; vir stricto gladio aggrediens feminam (Alcmaeon Eriphylen, explicante Panofka); in parte aversa senex accurrens. Ed. Panofka Eigennamen mit Καλός Tab. IV, 10.

a) Οἰωνοκλῆς καλός. b) Καλλίας καλός.

7865.

In vasculo fig. flav. collectionis Hamilton; vir stricto gladio aggrediens feminam; edidit Tischbein collect. of Engrav. from anc. vases cet. Vol. IV. tab. L. Citat Panofka Eigennamen mit Καλός not. 200.

Οἰωνοκλῆς καλός. Cf. n. 7864, 64. b. Καλλίας, nae pictis menda inesse apparet. Fortasse subest nomen frequens in vasculis. In litteris ad os femi- ΖΟΤΖΙΑΛ, κάλ(λ)ιστος. Cf. ad n. 7526. 8144. b.

7866.

In amphora fig. nigr. collectionis Feoli; equites duo, pileatus uterque, hastas binas tenens; in altera parte equites quattuor; descripsit Campanari Vasi della collezione Feoli n. 122; tractavit Panofka Eigennamen mit Καλός p. 101.

Ὀρθαγόρας καλός.

Videtur esse vasculum coll. Candelori ex quo 669. exsculpsit ορθαλοσβακαλος, quibus litteris ma- Gerhard. Rapp. Volc. p. 172. n. 661. e. et p. 173. n. nifesto subest ΟΡΘΑΛΟΡΑ[Σ] ΚΑΛΟΣ.

7867.

In cylice fig. flav. collectionis Pr. de Canino; iuvenis bellator nudus, conquiniscens; descripta est Mus. étr. p. 80. n. 585. Catal. di scelte antich. étr. cet. p. 88. n. 585. Stuart Archaeol. Brit. Vol. XXIII. p. 194. Cf. Gerhard Rapp. Volc. p. 191. n. 827.

Παίδικος.

7868.

In cylice fig. flav. collectionis Pr. de Canino; figura virilis seminuda vascula portans; descripta est Mus. étr. p. 105. n. 1122. Cf. Gerhard Rapp. Volc. p. 191. n. 827.

Παίδικος.

Cf. n. 7867. 7869.

7869.

In cylice fig. flav. collectionis Pr. de Canino; ephesus athleta tollens duo pondera; descripta est Mus. étr. p. 156. n. 1514. Catal. di scelte antichità étr. cet. p. 128. n. 1514. Stuart Archaeol. Brit. Vol. XXIII. p. 227 sq.

Παίδικος.

Cf. n. 7867. 7868.

7870.

In cylice collectionis Feoli; inest caput mulieris; citat Gerhard Rapp. Volc. p. 188. n. 783.

Χαῖρε καὶ πῖει τή[ν]δ[ε].

In altera parte:
Χαῖρε [καὶ πῖει τ]ή[ν]δ[ε].

Eadem formula enotatur praeterea ex cylice collectionis Guilelmi Centumcellis (Civita vecchia). Vid. Bull. dell' Inst. arch. Rom. 1850. p. 125.

8108.

In cylice fig. flav. in museo Vaticano; repraesentantur bellatores arma induentes; edita est Mus. etr. Gregor. P. II. tab. LXXXI. 2. Litteris mire disiectis et corruptis subesse videtur ΧΑΙΡΕ ΚΑΙ ΓΙΕΙ ΤΕΝΔΕ, χαῖρε καὶ πῖει τήνδε. In altera parte litterae temere congestae quibus tamen videas ne intelligendum sit ΚΑΛΟΣ aliquoties repetitum, nisi lusus est pictoris. Eandem manum agnoveris n. 8109.

8109.

In cylice fig. flav. in museo Vaticano; bellator armatus, cuius in scuto leo est; in externo homines armati et inermes; edita est Mus. etr. Gregorian. P. II. tab. LXXXVI. 2.

Habes opus eiusdem pictoris, cuius est n. 8108. Quodque illic monuimus his quoque in inscriptionibus valere putato. Primum inest formula ΧΑΙΡΕ ΚΑΙ ΓΙΕΙ ΤΕΝΔΕ, χαῖρε καὶ πῖει τήνδε; in altera parte corrupta formula est ΚΑΛΟΣ saepius repetita, aut lusus pictoris.

8110.

In vasculo fig. nigr. collectionis Durand; repraesentantur duo homines barbati nudi in rupibus sedentes quorum alter cultrum tenet; suspensa sunt arcus, ensis, pharetra; descripsit I. de Witte Cat. Durand n. 877.

Inscriptio est ex numero earum, in quibus quid pictor dicere voluerit conicere licet potius quam videre, litteris perverse compositis aliisque insertis quas non oportuit. Dixeris voluisse ΧΑΙΡΕ ΚΑΙ ΓΙΕΙ ΤΕΝΔΕ χαῖρε καὶ πῖει τήνδε.

8110. b.

In vasculo coll. Candelori figg. flav. nunc in pinacoth. Monac. Viri myrtis et vite coronati; supra mulierculae seminudae in lectulis recubantes. Descripsit Jahn Vasensammlung K. Ludwigs p. 4. n. 6.

Σμίκυθος. Τλεμπόλεμος. Εὐθυμίδης. Δημήτριος. Σαῖζος.
Δὸς τήνδε Εὐθυμίδη. Καλός.

Postrema verba instar colloquii sunt inter feminas in superiore parte pictas. Cf. Jahn Archaeol. Aufs. p. 116.

8111.

In vasculo formae singularis collectionis Blacas; edidit Panofka Mus. Blacas tab. XVI. 3. descripsit etiam Rech. sur les noms des vases p. 30. 31. Cf. Gerhard Archaeol. Zeitung 1847. p. 16. Litteris MAMO qui sensus subsit difficile dictu est; fortasse est MAME, quod n. 7844. repperimus MAME, μᾶ με, i. e. μᾶσό με.

8112.

In basi phialae Nolanae litteris rasis; descripsit Panofka ap. Gerhard Hyp.-Röm. Stud. I. p. 321. tab. X. 2. (quae tabula non publici iuris facta est).

Puta auctorem voluisse ΙΞΘΑΛΑ. Littera Τ p. ⊗ pronuntiationi deberi videtur. Τύχη ἀγαθή. De hac formula etiam in symposiis sollemni Panofka et versus Nicostrati (Athen. XV. 693. A):

μετανιπτρίδα δ' αὐτῶ τῆς Ὑγείας ἔγχεον.
λαβὲ τῆς Ὑγείας δὴ σύ. Φέρε τύχη ἄγαθῆ.
et versus Theophili (Athen. XI. 472. C.):
καὶ κύλικα — θηρίκειον εἰσφέρει
πλέον ἢ κοτύλας χωροῦσαν ἐπὶ, ἀγαθῆς τύχης.

8113.

In lecytho collectionis Bartholdy; femina manum extendens versus infantem, qui est in labro; edidit Gerhard Ant. Bildw. 1830. tab. LII. descripsit idem Neuerworb. Denkm. cet. H. n. 1679.

[Δυ]σιμάχ[η].

Gerhardus suspicabatur subesse nomen quale est TIMAXSENOS; Steinmannus de lectione σιμά χεῖρ cogitabat. Probabilius Panofka, qui Δυσιμάχη restituit in Gerhardi Diario archaeol. a. VII. (Denkm. u. Forschungen) 1849. p. 127.

8114.

In vasculo Vulc. fig. rubr. collectionis Durand; homo barbatus palliatus pedum portans, qui venatum exire videtur; descripsit I. de Witte Cat. Durand n. 874. — Ὁ παῖς καλός.

8114. b.

In cylice Vulc.; puer duo canistra portans fortasse cancris recipiendis; edidit Micali tab. xcvi. repetiit Panofka Bild. ant. Lebens tab. xv. 5. — Ὁ παῖς καλὸς ναίχι.

8115.

In cylice fig. flav. collectionis Pr. de Canino; repraesentatur homo barbatus sedens, sceptrum tenens; descripta est Mus. étr. p. 43. n. 287. — Καλός.

8116.

In vasculo fig. rubr. collectionis Beugnot; ephebus libaturus; coram puella oenochoen portans; ad dextram senex in rupe sedens; descripsit I. de Witte Cat. Beugnot n. 67. — Καλός.

8117.

In vasculo fig. rubr. in museo Bourbonico; adolescens baculum et cylicem portans; pone puella tibias infans; descripserunt Gerhard et Panofka Neap. ant. Bildw. I. p. 246. n. 1509. — Καλός.

8118.

In cylice fig. flav. collectionis Pr. de Canino; adolescens nudus conquiniscens filum tenens quasi mensurus spatium; descripta est Cat. de tableaux cet. vases étr. et antiq. propriété de M. Luc. Bonaparte, 1840. — 'Ο παῖς καλός.

8119.

In cylice fig. flav. collectionis Pr. de Canino, nunc in museo Monacensi; adolescens qui consolari videtur alium sedentem; in externo fabrica sculptoris: homo barbatus (Epeius) instrumenta tenens equum fabricans (ἵππον δούρειον. cf. Gerhard Auserl. Vasenb. III. p. 149); in parte aversa quinque figurae palliatae (palaestritae); descripta est Mus. étr. p. 90. n. 794. Réserve étr. coupes n. 22. Jahn Vasensammlung K. Ludwigs p. 152. n. 400. Edidit Gerhard Auserl. Vasenb. III. tab. CCXXIX. CCXXX. — 'Ο παῖς καλός. 'Ο παῖς καλός. 'Ο παῖς.

8120.

In amphora fig. nigr. Agyllae (Cerveteri) reperta, collectionis Galassi, nunc in museo Vaticano; depingitur in utraque parte vita olearii; edita Mon. edit. d. Inst. arch. Rom. Vol. II. tab. XLIV (b.); descripsit Ritschl Annal. d. Inst. arch. Rom. Vol. IX. p. 183 sqq. Inscriptiones tractavit G. Hermann Zeitschr. f. Alterthumsw. 1837. n. 103. p. 845 sq. cf. Bullett. d. Inst. arch. Rom. 1840. p. 48. Edita est etiam in Mus. étr. Gregor. P. II. tab. LXI. 1. repetiit Panofka Bild. ant. Lebens tab. XVII. 8. 9. Tetigit eandem Jahn Arch. Aufs. p. 116. Vasensammlung König Ludwigs p. CXIII.

a) Ὡ Ζεῦ πάτερ, αἴθε πλούσιος γεν[οίμαν]; est votum pronuntiatum a domino oliveti, qui nunc, ut videtur, vendit oleum.

b) Ἦδη μὲν, ἦδη πλέος. [ἀ]π' ἄρα βέβακεν. Verba sunt emptoris qui vasculum olei plenum videns admiransque amphoram venditoris non exhaustam monet iam voti compotem eum factum esse. Ἀπ' ἄρα

βέβακεν restituit Hermannus, quum Ritschelus legisset παραβέβακεν. Ad vocem πλέος (pro quo πλέον restituebant Ritschelus et Hermannus) intellige ὁ ἀμφορεύς vel ὁ κέραμος. Versum utrumque trimetrum esse iambicum catalecticum vidit Hermannus.

Ad latus est [Κα]λός[ς]. Similia colloquia habes n. 7842, 7853, 8110. b. cet.

8121.

In fragmento vasculi Hadriae reperto, in quo apparet caput hominis et manus; edidit Matioli Cat. degli oggetti di antichità di Adria n. 10. c. cf. Welcker Bull. d. Inst. arch. Rom. 1834. p. 136. Micali Mon. ined. 1844. tab. XLVI. 9.

[^o] παῖς [z]αλός.

Putasse initio HO.

8122.

In fragmento vasculi Hadriae reperto, in quo apparet manus ramum oleagineum tenens; edidit idem l. c. n. 10. d. Cf. Welcker l. c. Welckerus litteras ΗΑΙΞΙΜΙ explicabat Αἰσιμίδης. Nobis probabilius videtur subesse [ΗΕ]ΓΑΙΞΚΑΛΕ, ἢ παῖς καλός.

FIGULI ET PICTORES.

8123.

In cylice Vulc. prope collum sub ansis ornata palmulis, collectionis Durand, nunc in museo Berolinensi; descripserunt De Witte Catal. Durand n. 1002 et Gerhard Vasensammlung des K. Mus. zu Berlin; Neuerwerb. ant. Denkmäler II. n. 1663.

Αἰνεάδης ἔγρα[ψεν]. Aeneades pictor vasis uno hoc exemplo innotuit. Com. de Clarac Catal. d. artist. de l'antiquité p. 4. 32. R. Rochette Lettre à Mr. Schorn

ed. sec. p. 31. De Witte Revue de philol. Tom. II. p. 389. In altera inscriptione subesse ΧΛΕΟΝΕΠΟΙΕ-SEN coniecit de Witte. Voluit ni fallor ΚΛΕΟΝ (Κλέων).

8124.

In oenochoe fig. nigr. collectionis Pr. de Canino; Hercules arcu armatus manum porrigens Eurystheo et Lyco Mysiae regi (Vid. Panofka Archaeol. Zeitung 1846. n. 59. p. 255. qui posthac ibid. 1849. p. 5. argumentum ad Herculem a Poltye rege Aeni liberaliter exceptum refert); utrinque doryphorus, ut videtur Iolas et Copreus. Edidit Micali Storia degli ant. popoli ital. tab. LXXVI. 1. unde repetiit Panofka Archaeol. Zeitung 1846. n. 59. (Der Vasenbildner Amasis) tab. XXXIX. 1. Citarunt qui artificum nomina collegerunt Com. de Clarac p. 52. 256. R. Rochette Lettre à Mr. Schorn ed. sec. p. 51. 57. De Witte Revue de philol. II. p. 590 sq.

*Αμασις ἐποίησεν.

Idem artifex redit n. 8125—8129.

8125.

In amphora collectionis Durand, mox Ducis de Luynes; Minervae et Neptuni, ut videtur, de urbe Athenarum certamen; in altera parte Bacchus cum Maenadibus. Descripsit I. de Witte Cat. Durand n. 33. ediderunt Dux de Luynes Vases peints étrusq. ital. Sicil. et gr. tab. I. II. III. Lenormant et I. de Witte Elite des mon. céramogr. T. I. tab. LXXVIII. repetiit Panofka in Gerhardi Archaeol. Zeitung 1846. n. 39. tab. XXXIX. 4. 5.

Ἀθηναία. Ποσειδῶν. Ἀμασίς μ' ἐποίησεν.
Διώνυσος. Ἀμασίς μ' ἐποίησεν.

De Amasi vide ad n. 8124.

8126.

In oenochoe collectionis Pr. de Canino, tum Wilhelmi Hope, nunc in museo Britannico; Perseus comitante Mercurio Gorgonem aggrediens. Edidit Dubois Notice d'une collection de vases peints du Pr. de Canino Par. 1843. n. 62. Cf. Notice d'une collection de vases peints tirés des fouilles faites en Etrurie par feu le Prince de Canino, Par. 1845. p. 13. Cat. Mus. Brit. n. 641*.

Ἀμασίς μ' ἐποίησεν.

8127.

In vase quod citatur in tab. nominum Mus. étrusc. Pr. de Canino n. 2140. Cf. Gerhard Rapp. Volc. n. 702.

Ἀμασίς ἐποίησεν.

8128.

In amphora fig. nig. collectionis Thom. Blayds; nunc in museo Britannico; repraesentantur Achilles et Amazo Penthesilea, pugnantes inter se (cf. n. 8156), in parte aversa Memnon inter duos Aethiopes. Edidit Gerh. Auserl. Vasenbilder III. tab. CCVII. Repetiit Panofka Archaeol. Zeitung 1846. n. 39. tab. XXXIX. 2. 3. Cf. ibid. n. 42. p. 295. et Bullett. dell' Inst. Arch. Rom. 1835. p. 166. Cat. Brit. Musei. Vol. I. n. 554*.

Ἀμασίς [ἐπ]αίησ[ε]ν.

8129.

In vase, quod citat Campanari intorno i vasi fittili in opere: Atti della pontif. Accademia rom. di Archeol. Vol. VII. p. 89. Citat Panofka l. c. p. 241.

Ἀμασίς ἔγραψε καὶ ἐποίησεν.

Hinc apparet Amasin pictorem et figulum una fuisse, qui alias simpliciter posuit ΕΡΟΙΕΣΕΝ. n. 8124—8128. Cf. vasc. Cleophradis n. 8238.

8130.

In cylice reperta Clusii (Val di Chiana); repraesentatur utrinque capreolus; citatur in Bullett. dell' Inst. arch. Rom. 1835. p. 126. hinc R. Rochette Lettre à Mr. Schorn sec. edit. p. 32. De Witte Revue de philol. II. p. 392. Tractavit Panofka in Act. Acad. Bor. 1848. p. 184.

Ἀνακλῆς ἐποίησεν.

8131.

In amphora fig. flav. collectionis Pr. de Canino, nunc in museo Berolinensi; Hercules et Apollo de tripode rixantes; in parte aversa athletae adstante paedotriba; in medio amphora; inscriptio est in margine pedis. Descripta est Catal. di scelte antichità etrusche trovate negli scavi del Principe di Canino, 1829. p. 103. n. 1181. Mus. Etrusq. du prince de Canino n. 1181. Réserve étrusque, vas. à fig. jaunes n. 41. Stuart Archaeol. Brit. Vol. XXIII. p. 208. Edidit Gerhard Vasensammlung d. K. Mus. zu Berlin, neuerworbene Denkmäler III. n. 1754. Cf. Gerhard Rapp. Volc. n. 700. Panofka Ann. de l'Inst. arch. T. II. p. 207. Com. de Clarac Catal. d. artist. de l'antiq. p. 37. 237. R. Rochette Lettre à Mr. Schorn ed. II. p. 32. Questions de l'art, p. 103 sq. De Witte Revue de philol. II. p. 398 sq.

Ἀνδοκίδης ἐποίησεν.

Idem artifex de cuius nomine, si placet, vide Panofkam in Act. Ac. Berol. 1848 p. 181 disserentem, redit n. 8132. 8133. 8134. 8135.

8132.

In amphora fig. flav. collectionis Pr. de Canino, nunc in museo Louvre; certamen duorum militum adstantibus Mercurio et Minerva; in parte aversa Apollo citharoedus in alta sede; descripta est Cat. di scelte antichità cet. p. 112. n. 1381. Mus. étrusq. du Pr. de Canino n. 1381, Réserve étrusq., vas. à fig. jaunes n. 40. Stuart Archaeol. Brit. Vol. XXIII. p. 216. Descripsit etiam Dubois Notice d'une collection de vases peints du Pr. de Canino n. 79. Inscriptio est in pede vasis; sub pede siglum X teste Stuartho.

Ἀνδοκίδης ἐποίησεν.

8133.

In amphora fig. nigr. collectionis Pr. de Canino, nunc Wilhelmi Hope; repraesentatur Bacchus inter Satyros; in parte aversa quadriga; sub pede amphorae nota est; descripta est Mus. étrusq. du Pr. de Canino n. 24. Cat. di scelte antichità cet. p. 14. n. 24. Réserve étrusque, grands vases n. 15. repetiit D. Stuart Archaeol. Brit. Vol. XXIII. 1831. p. 135. Cf. Dubois Notice d'une collection de vases peints du Pr. de Canino n. 22. Gerhard Rapp. Volc. n. 700. De Witte Revue de philol. II. p. 393

Ἀνδοκίδης ἐποίησεν[σεν].

8134.

In cylice reperta Clusii, ornata magnis oculis; certamen hoplitarum, bis depictum; inter oculos sagittarii et tibicina; descripsit Braunius *Bullett. d. Inst. arch. Rom.* 1838. p. 83. 84.

[Ἀν]δοκίδης ἐποίησεν.

Cf. n. 8131. Recte ita nomen restituit Rad. Rochettus *Lettre à Mr. Schorn* p. 33. Male Panofka *Act. Acad. Berol.* 1848. p. 173. not. 89. Ἐξηκτίας subesse coniecit.

8135.

In amphora collectionis Braunii; Bacchus inter Satyros et Maenades; in parte aversa Apollo, Diana, Latona, Mars; figurae priores sunt colore nigro; posteriores rubro; in utraque ansa XXXIV, quod pro etruscis numeralibus haberi potest (*Müller Etrusker II.* p. 317.); descripsit Braunius *Bullett. d. Inst. arch. Rom.* 1845. p. 24. 25.

Ἀνδοκίδης ἐποίησεν. Cf. n. 8131.

8136.

In cylice sine figuris, collectionis Pr. de Canino; descripsit Dubois *Notice d'une collection de vases peints du Prince de Canino* n. 283. (cf. *Notice d'une collection d. vas. peints tirés des fouilles faites en Etrurie par feu le Pr. de Canino, Paris* 1845. p. 22. n. 71).

Ἀρ[ί]δη[λ]ος ἐπο[ί]ησεν.
Ναυκού[δη]ς ἐ[γ]γραψεν.

Nomen Ἀρίδηλος proposuit Letronnius, ut annotat de Witte *Revue de philol.* T. II. p. 396. In titulo pictoris ESVENSEN manifesto fuit ΕΝΡΑΦΣΕΝ.

8137.

In cylice collectionis Ducis de Blacas; ephebus equo insidens; edidit Panofka *Mus. Blacas tab. xvi.* Citarunt qui artificum nomina collegerunt, Com. de Clarac *Catal. d. artist.* p. 32. cf. p. 49. R. Rochette *Lettre à Mr. Schorn ed. sec.* p. 33. De Witte *Revue de philol.* II. p. 394. Cf. Gerhard *Rapp. Volc.* n. 694*.

Ἀρχικλῆς ἐποίησεν. Ἀρχ[ι]κλῆς ἐποίησεν.

Idem artifex redit n. 8138—8141.

8138.

In cylice extrinsecus ornata palmulis, olim collectionis Durandi, nunc Ducis de Blacas; descripsit De Witte *Catal. Durand* n. 999. Cf. Gerhard *Rapp. Volc.* n. 694*.

Ἀρχικλῆς μὲ ἐποίησεν. Ἀρχικλῆς μὲ ἐποίησεν.

Idem figulus est Ἀρχικλῆς n. 8137. 8139. cf. 8140. 8141.

8139.

In patera grandiore fig. nigr., olim collectionis Pr. de Canino, nunc in pinacotheca Monacensi; repraesentatur Theseus Minotaurum tollens; in parte aversa venatio Calydonia, utroque loco ad ansas sphinges sunt, sub pede vasis nota est; — descripta est Réserve étrusque du Pr. de Canino, coupes à figures noires n. 1. Edidit Gerhard *Auserl. Vasenb. III. tab. ccxxxv. ccxxxvi.* nunc etiam Braunius in *Mon. ined. T. IV. tab. LIX. Annal. Vol. XX.* 1848. p. 349 sqq. (*Bullett.* 1848 p. 58), *Iahn Beschreibung der Vasensammlung* n. 333. Cf. *Bullett. d. Inst. arch. Rom.* 1830 p. 4. De Witte *Catal. Etrusque* n. 114. note. Letronne *Explication d'une inscription grecque trouvée dans l'intérieur d'une statue de bronze*, p. 15. note 1. O. *Iahn Arch. Beitr.* p. 262.

- a) Χαῖρε. Σφιξ ἥδε. Ἰδαῖος. Γόργος. Ἰάτων. Μόψος. Χάρων. Πολυδεύκης. Κάστωρ. vs. Λεύκιος. Ποδῆς. Μελέαργος. Θηρώ. Πηλεύς. Μελανίων. Πόδαργος. [Ἀνκαῖος]. Σφιξ ἥδε. Χαῖρε.
b) Χαῖρε. Σφιγξ [ἥδε]. Ἐνπεδώ. εὖ σ(ύ). Σίμων. [εἶ] σ(ύ). Γλίκη. νικ(ᾶ)ς. Ἀντίας. [εἶ] σ(ύ). Ἀνδυλ(λ)α. εὖ σ(ύ). Λυκῖνος. νικᾶς. Εὐάνθη. Ἀθηναία. Λύρα. εὖ [ν]ι[κ]ᾶς μὲν. Θησεύς. Μί[νω] ταῦρος. Ἀριάδη καλή. Θροφός. Λύκιος. [νικᾶς]. Εὐνίκη. εὖ [σ(ύ)]. Σόλων. νικᾶς. Τιμώ. εὖ [σ(ύ)]. Σί[κ]ων. Σφιξ [ἥδε]. Χαῖρε. Ἀρχικλῆς ἐποίησεν. Γλαυκύτης μὲ ἐποίησεν.

Utraque pictura utrinque sphinge ornata est, cui adscriptum: σφιξ ἥδε i. e. σφιγξ ἥδε, addito in fine χαῖρε. Pronomen in altera pictura utrinque corruptum legitur (ap. Gerhardum ΓΣΓΝΞ et ΚΥΠΕ); in quo, nisi pictura superior viam commonstraret, diceres inesse καὶ πῖει, ut sit χαῖρε καὶ πῖει (cf. n. 8096), quae videtur Gerhardi fuisse sententia (*Rapp. Volc.* p. 187. n. 781).

Tit. a. In litteris ΚΙΝΟΣ, quae nomen venatoris continent, dixeris latere [ΑΝ]Κ[ΑΙ]ΟΣ, ut ΚΙΝΟΣ

pictum sit p. ΚΑΙΟΣ. Potest tamen etiam aliud subesse nomen. Nihili est quod Braunius putabat imperativum subesse verbi. Litteris supra positus Τ ΟΣ quid contineatur, in medio relinquo. Canes sunt Γόργος, Χάρων, Λεύκιος, Ποδῆς, Θηρώ, Πόδαργος; ex quibus nominibus Ποδῆς p. Ποδῆς frustra tuetur Braunius. Ποδῆς proprie contractum esse ex ποδέας videtur. Neque ignotum nomen est (*Iliad.* XVII. 575). Ita video explicare etiam Cavedonium (*Bullett. d. Inst. arch.* 1849 p. 160).

Tit. b. Feminae ad sinistram post Minervam sunt Εὐάνθη, Ἀνθυλλα, Γλύκη, Ἐμπεδώ, ubi Gerhardus pro Γλύκη coniecit sine causa Καλύκη; ad dextram post Ariadnen Θροφός i. e. τροφός (nutrix Ariadnes, cf. n. 8185), pro quo I. de Witte assumptis litteris ad os viri pictis falso legebat Μινώτροφος; denique Εὐνίκη, Τιμώ. Viri ad sinistram sunt Λυκῆνος (quod in Εὐκῆνος male mutatum ibat Braunius), Ἀντίας, Σίμων, ad dextram Λύκιος (pro quo Gerhardus volebat Σύκιος, Braunius Λύκτος), Σόλων, Σίκων; sic enim ultimum nomen restituendum videtur, ut Atticum evadat nomen. cf. 7877. Sine specie probabilitatis Braunius nunc Σκίρων nunc Σίρων coll. σιρός, σιρομάστις proposuit. Obsidum nomina alibi alia habentur. Vide n. 7719. 8185. Ceterum capitibus figurarum appictae sunt litterae parum distincte pleraeque; quas si comparaveris inter se, cognoveris subesse εὐ σύ et νικᾶς, quod personas fingatur dicere quo videantur victoriam Thesei futuram celebrare. Atque ita etiam de vocabulis statuendum videtur supra Theseum et Minotaurum pictis ΕΥΤΙΛΑΣ : ΜΕΣ = εὐ νικᾶς μὴν, quae verba ad Minervam pertinent. Mitto commentum Braunii, qui ibi exsculpsit εὐτελής εἶ. Puta ita distribuere pictorem voluisse:

Ἐμπεδώ · εὐ σύ.
Σίμων · εὐ σύ.
Γλύκη · νικᾶς.
Ἀντίας · εὐ σύ.
Ἀνθυλλα · εὐ σύ.
Λυκῆνος · νικᾶς.
Εὐάνθη · [εὐ σύ].

Haec ultima Euanthes exclamatio nescio quo pacto post figuram Ἐμπεδώ reiecta est.

Ἀθηναία · εὐ νικᾶς μὴν.
Λύκιος · νικᾶς.
Εὐνίκη · εὐ σύ.
Σόλων · νικᾶς.
Τιμώ · εὐ σύ.
Σίκων · [νικᾶς].

Expectaveris ΝΙΚΑΙΣ; sed mature ΝΙΚΑΣ pronuntiatum esse prodere videntur n. 7548. 7874.

Vasculum fecerunt et pinxerunt Archicles et Glaucytes, quorum uter picturam fecerit nunc non liquet. Vide Jahn Vasensamml. K. L. p. cix. Glaucytes redit n. 8144. De Archicle cf. n. 8137. 8138. 8140. 8141. Taceo quae Panofka de nominibus opificum in Act. Acad. Berol. 1848. p. 184 sq. commentatus est. Cf. denique Bullett. dell' Inst. 1848. p. 58.

8140.

In patera fig. nigris coll. Gerhardi; inest Silenus, in parte aversa cervus. Citant Raoul-Rochette Lettre à Mr. Schorn ed. sec. p. 33. not. 5. Panofka Abhandl. der K. Akad. d. Wiss. 1848. p. 183.

Ἀρχικλῆς ἐποίησεν. Ἀρχ[χ]ικλῆς ἐποίησεν.

Cf. n. 8137 sq. Pictoris nomen ΑΡΚΙΤΕΣ vel ΑΡΚΙΚΛΕΣ scriptum esse videtur.

8141.

In fragmento paterae collectionis Candelori, nunc in pinacotheca Monacensi; descr. Panofka Musée Blacas p. 48.

Ἀρχικλῆς μὲ ἐποίησεν.

8142.

In vasculo Vulc. collectionis Joly de Bammerville; excidium Troiae; intus Briseis seni potum praebens; extra Priamus ad aram Iovis Hercei, Neoptolemus, Acamas; in parte aversa Andromachus humi prostratus ab heroe, cuius nomen oblitteratum est; Andromache accurrens trabem tollens; Astyanax aufugiens; in ansa vasculi nomen artificis inscriptum est. Descripsit Braun Bullett. d. Inst. arch. Rom. 1843. p. 71. (Gerhard Archaeol. Zeitung 1843. p. 141.)

Βρύλος. Βρισήης. Πρίαμος. Νεοπτόλεμος. Ἀκάμας. Πολυξένης. Ἀνδρομάχος. Ἀνδρομάχη. Ἀστυάναξ.

Artifex est Βρύλος i. e. Βρύλλος, quod nomen in Ephem. arch. l. c. et in Annal. Heidelberg. 1845. n. 25. p. 589. male scriptum esse Prylus monet I. de Witte Revue de philol. II. p. 599. De eodem Brylo sive Bryllo cf. Panofka Abh. der Ak. der Wiss. 1848.

p. 165. Welcker Alte Denkm. III. p. 93. Iahnus (Vasensammlung König Ludwigs p. cv.) nomen scribit Βρύλος. Verbum ἐποίησεν omissum est (cf. 8231), quod Welckerus Mus. Rhen. VI. 1848. p. 390. addit nescio qua auctoritate.

8142. b.

In cylice Vulcenti ex collectione Staedeliana (Francofurti); Pluto Proserpinam persequens; in altero latere Ceres, Proserpina, Triptolemus, Iris, Hecabe, Celeus, cuius ad pedes cista est unde evolvitur serpens; ediderunt Gerhardus Trinkschalen des Berl. Mus. I. 1848. p. 20 sq. tab. adi. A. B. qui omisit inscriptionem, et Welckerus Annal. Inst. Arch. Rom. Vol. XXII. p. 109 sq. tab. adi. G. qui tradit in pede vasculi legi sigla ΙΡΘ et ΝΛ. Cf. eiusdem Alte Denkmäler III. p. 92.

Βρύλος ἐποίησεν.

Artifex idem est n. 8142.

8143.

In vasculo Tarquiniis reperto, nunc collectionis Ducis de Luynes; intus Victoria aut Pax potum praebens numini cuidam sedenti (...ΑΙΟΣ); extra Neptunus, Amor, Victoria; circum assident plura numina (cf. vasc. Sosiae); figurae colore rubro; descripsit Campanari intorno i vasi fittili cet. p. 91. (Atti della pontif. Accad. rom. di archeol. Vol. VII. p. 90). Citant Manzi et Fossati Bullett. d. Inst. arch. Rom. 1828. p. 199. Gerhard Rapp. Volc. n. 704*.

INSCR. GR. VOL. IV.

Aa

Βρύ[λος] ἐποίησεν.

Legebant viri docti Βρύαξις (Raoul-Rochette Lettre à Mr. Schorn ed. alt. p. 34). Nomen Βρύλος ex n. 8142. reponendum coniecit De Witte Revue de Philol. II. p. 399. Recte. Videoque id confir-

mari etiam eo, quod nomen ΒΡΥΛΟΣ, cuius primam litteram dispicimus in altera ansa vasculi, etiam in 8142. in ansa pictum est. Artifices haud raro bis nomina sua imposuerunt operibus. Reliqua inscriptio: . . ΑΛΟΣ ΗΟ . . . ΗΕΛ nihil est nisi [Κ]αλός ὁ [παῖς. Κα]λ[ός].

8144.

In patera Vulc. sine figuris in museo Berolinensi; descripsit Gerhard Neuerworbene ant. Denkmäler des K. Museums zu Berlin I. p. 20. n. 1598.

Γλαυκύ[τ]ης ἐποίησεν. Γλαυκύτης ἐποίησεν.

De artifice cf. n. 8139. 8145. Gläucyten artificem ex vasculo collectionis Durandi citat Com. de Clarac Catal. d. artist. p. 119. quod per errorem factum esse annotat De Witte Revue de philol. II. p. 424.

8144. b.

In cylice Vulc. fig. nigr. pugna bellatorum; insunt quadrigae; sub ansis inscriptio; citat Braun Bullett. d. Inst. arch. Rom. 1847. p. 124 sq. cf. Welckerus Mus. Rhen. VI. 1848. p. 395.

Ἴπποκρίτος κάλλιστος. Γλαυκύτης ἐποίησεν.

Artifex idem habetur n. 8139. 8144. Formula laudandi eadem n. 7526. idemque ut videtur Hippocritus n. 7827. b. 7526. Welckerus per incuriam, ut videtur, ΗΙΠΠΟΣΤΡΑΤΟΣ loco ΗΙΠΟΚΡΙΤΟΣ.

8145.

In cylice fig. flav. olim collectionis Pr. de Canino, nunc in pinacotheca Monacensi; Satyrus tenens κέρας; in externa parte Hercules cum Mercurio Gigantem aggrediens; ibidem nomina picta sunt artificum; in parte aversa Hercules cum Apolline de tripode certans; descripta est Catal. di scelte antichità etrusche trovate negli scavi di principe di Canino 1828. 1829. Viterbo 1829. 4. p. 131. n. 1533. Musée étrusque du Pr. de Canino p. 157. n. 1535. Réserve étrusque, coupes à figures jaunes, n. 12. Stuart Arch. Brit. Vol. XXIII. p. 250. O. Jahn Berichte der Kön. Sächs. Ges. der Wiss. 1853. Phil. Hist. Kl. T. V, 6. Vasensamml. König Ludwigs p. 135. n. 401. Cf. Campanari l. c. p. 91. Gerhard Auserl. Vasenbild. II. p. 147. Rapp. Volc. p. 180. n. 728.

Ἡρακλῆς. Ἀπόλλων.
Ἡρακλῆς. Ἀλκυονεύς. Ἐρμῆς.
Δεινιάδης ἐποίησεν. Φιλτίας ἔγραψεν.

Formam nominis Φιλτίας (non Φωτίας, ut Com. de Clarac Cat. d. artist. p. 174). Gerhard Rapp. Volc. 696. 719. 728. O. Mueller (Comment. cet. p. 17. n. 84) et Raoul-Rochette (Lettre à M. Schorn ed. alt. p. 55) probarunt iure. Idem nomen corrupte pictum redire videtur n. 8314. Mira de affinitate nominis Di-niadis et argumenti pictoris comminiscitur Panofka Act. Acad. Berol. 1848. p. 189.

8145. b.

In rhytio caput muli repraesentante musei Neapolitani. Iuveni ad aram stanti puer alatus affert leporem; ad alteram partem spectat iuvenis oenochoam tenens. Editum est in Mus. Bourbon. V, T. XX. unde repetiit Inghirami Vasi fittili T. II. tab. cxviii; accuratius edidit Panofka Die griechischen Trinkhörner (Abh. d. Akad. d. Wiss. 1850) p. 3. Tab. II, 1, 2.

Δίδυμος ἐποίησεν.

In ara quod inscriptum est: ΑΛΟΣ est ναός, quo verbo usus est pictor ad locum sacrum indi-

candum, ut alias Βωμός cf. n. 7675. Libaturo adolescenti ab altera parte adscriptum est ΙΔΙΗ quod Ἴρις legit Panofka; ab altera parte quidquid litterarum est, explicari non potest.

8146.

In cylice fig. flav. collect. Princ. de Canino. Theseus et Minotaurus; in externa parte Theseus cum sue Crommyonis, idem Sinin corripens. Sub pede nota est Ψ. Mus. Etr. du Pr. de Can. p. 40. n. 185. Edidit Gerhard Auserl. Vasenb. III. tab. ccxxxiv. Cf. O. Mueller Comment. p. 8, 21. p. 17, 83. p. 41. Campanari intorno i vasi fittili p. 87. R. Rochette Lettre à Mr. Schorn ed. sec. p. 58.

Δεῦρις ἔγραψεν.

Idem pictor redit n. 8147—52. Male olim ΑΟΡΙΣ legebatur (Clarac Catal. d. artist. p. 99). Cf. Jahn Vasensammlung K. Ludwigs p. cv. 763.

8147.

In cylice fig. flav. collect. Pr. de Can., nunc in Mus. Britann. Homo currens, baculum et cylicem tenens. Sub pede: **ΙΑΘ**. Mus. Etr. du Pr. de Can. p. 109. n. 1184. Catal. di scelte antichità p. 106. Stuart Arch. Brit. Vol. XXIII. p. 210.

Δούρις ἔγραψ[ε]ν. Καλός, καλός, ναίχι καλός.

In cat. Ital. et ap. Stuart. pro **ΝΑΙΧΙ ΚΑΛΟΣ** exaratum est **ΚΑΛΟΣ ΚΑΛΟΙ**.

8148.

In cylice fig. rubr. primum collectionis Durandi, deinde Magnoncour, nunc Wilhelmi Hope; Bacchus cum tibicina; in externo septem figurae masculae circa auletriam saltantes obscenius; descripsit De Witte Catal. Durand n. 118. p. 41. Catal. Magnoncour n. 25. Cat. Vas. Mus. Brit. 8527.

Δούρις ἔγραψεν.

8149.

In cylice olim collectionis Pr. de Canino, deinde Radulphi Rochetti; ephesus versus aram spectans; in externo et in parte aversa iuvenes pugilatu certantes; descripsit Dubois Notice d'une collection de vases du Pr. de Canino n. 214.

Χαιρέστρατος καλός, καλός.
Δούρις ἔγραψεν. Δούρις ἔγραψεν.

Chaerestratus celebratur etiam n. 7807. 7885.
8150.

8150.

In cantharo reperto Caere (Agyllae) collectionis Campana; Hercules contra Amazonas pugnans; descripsit Gerhard Archaeol. Zeitung 1846. p. 287.

Δούρις ἔγραψεν καὶ ἐποίησεν.
Χαιρέστρατος καλός.

Chaerestratus idem celebratur n. 8149.

8151.

In cylice olim collectionis Pr. de Canino, nunc in museo Britannico (in catal. vas. n. 824); Theseus et Minotaurus, extra Theseus cum sue, Theseus et Sinis; in parte aversa idem cum Scirone et cum Cercyone pugnans; edidit Gerhard Vasenbilder tab. CCXXXIV. (Vol. III. p. 53. not. 9. d.). Eandem cylicem videri intelligi a Gerardo Rapp. Volc. 715. coniicit de Witte Revue de Philol. II. p. 409. Idem videndum dicit ne vasculum nostrum non aliud sit quam cylix n. 8146. fortasse male illa descripta a principe de Canino. Rursus Welckerus Mus. Rhen. VI. 1848. p. 592. aliam cylicem cum inscr. ΔΟΡΙΣΕΛΡΑΦΞΕΝ memorat, in qua gymnasiarcha sedens et decem in externa parte ephesi. Cf. Panofka Act. Acad. Berol. 1848. p. 164.

Δούρις ἔγραψ[ε]ν.

In museo britannico eiusdem artificis vasculum est n. 852.

8152.

In patera parva fig. flav. in museo Berolinensi; Minerva sedens; descripsit Gerhard Vasensammlung d. K. Mus. zu Berlin. Neuerworb. ant. Denkmäler III. n. 1853. Edd. idem Trinkschalen u. Gefäße des K. Mus. T. XIII. et Panofka in Act. Acad. Berol. 1848. p. 163. n. 1853. Cf. De Witte Revue de phil. II. p. 404.

Δούρις ἐποίησεν.

Hoc unum vasculum est, in quo pictoris nomen cum imperfecto coniungitur; in eodem ΔΟΡΙΣ, non ΔΟΡΙΣ, ut in ceteris omnibus, legitur. Videtur igitur recentioris originis esse, ut recte iudicat O. Jahn Vasensammlung p. cx, 788.

8153.

In pede cylicis fig. nigr. coll. Prin. de Can., nunc in pinacotheca Monacensi. Bacchus per mare navigans comitantibus delphinis; in externa parte certamina heroica ante Troiam. In ore cylicis lineae litterarum speciem referentes, quae an litterae fuerint, dubitatur. Mus. Etr. p. 179. n. 1900. Catal. di scelte ant. etr. p. 159. n. 1900. Réserve étr., coupes à fig. noires n. 9. Vases du Pr. de Can. tab. IX. Stuart Arch. Brit. Tom. XXIII. p. 255. Inghiram. Gall. Hom. Iliad. tab. CCLX. Gerhard Rapp. Volc. n. 258. 709*. Auserlesene Vasenbilder tab. XLIX. O. Mueller Comment. de vasc. Volc. p. 17. 79. Panofka Namen der Vasenbildner Act. Acad. Berol. 1848. Tab. II, 10, 11. O. Jahn Vasensammlung K. Ludwigs p. 105. n. 559.

Ἐξέχιας ἐποίησε.

Idem artifex n. 8154—8157. Nomen ab ἐξέχω repetebat O. Muellerus (cf. R. Roch. Suppl. p. 48, qui hinc concludit Execiam fuisse Corinthium), ab ἐξάκείμαι Panofka qui in Act. Acad. Berol. 1848. p. 170—174. de operibus huius artificis disserit.

8154.

In amphora fig. nigr. musei Berolinensis; Hercules cum leone adstantibus Minerva et Iolao; in parte aversa Theseidae tenentes frena equorum, quibus appicta nomina sunt; descripserunt Dorow Einführung in eine Abtheilung der Vasensammlung cet.

tab. II. p. 49. Levezow Verzeichn. d. ant. Denkm. im Antiquar. d. K. Mus. zu Berlin p. 122 sq. n. 651. Ediderant Gerhard Berl. ant. Bildw. n. 651. Rapp. Volc. n. 560. 722. 742. Etrusk. und Kampan. Vasenbild. d. K. Mus. zu Berlin tab. XII. Panofka Namen der Vasenbildner (Act. Acad. Berol. 1848) Tab. II, 3, 4.

¹Ιόλαος. ¹Ηρακλῆς. ¹Ἀθηναία. ¹Ἀνάμας. Φάλιος. bellatoris nomen olim legebatur ΣΟΘΩΝ. Sed Demophontem esse Thesei et Phaedrae filium, Acamantis fratrem, vidit Panofka Annal. dell' Inst. arch. Rom. Vol. VII. p. 231. Cf. Gerhard Berl. ant. Bildw. p. 392. De Witte Revue de philol. II. p. 422. Onetorides celebratur etiam n. 8156. 8157.

[Δη]μοφῶν. Καλ(λ)ιφόρα. ¹Ονητορίδης καλός.
¹Ἐξηκτίας ἔγραψε κἀποίησέ με.

Nota versum trimetrum, quo decurrunt verba. Cf. n. 8157. Φάλιος et Καλλιφόρα sunt nomina equis indita. Vide n. 8155. 7711. Cf. ad n. 7379. Alterius

8155.

In amphora Vulc. fig. nigr. collectionis Durandi, deinde Magnoncour, mox Baronis Rogeri; Hercules Geryonem percutiens. cf. n. 7582 — 7584. 8232; in parte aversa quadriga, in qua bellator et auriga; supra equos nominibus insignes Sirene volans; descripsit De Witte Catal. Durand n. 296. Catal. Magnoncour n. 39. Cf. Nouv. Annal. de l'Inst. arch. Rom. T. II. p. 117. Edidit Gerhard Vasenbilder tab. CVII. Cf. Panofka Act. Acad. Berol. 1848 p. 171.

¹Ἐξηκτίας ἐποίησε. Στησίας καλός. Ultima quattuor equorum sunt nomina. Cf. n. 8154 et ad n. 7379. Anchippus bellator est. De ¹Ἀνχιππος (¹Ἀγχιππος). Σῆμος. Πυροκόμη. Καλικόμη. Stesia cf. n. 7586. 7691.
Καλ(λ)ιφόρα.

8156.

In amphora Vulc. fig. nigr. collectionis Durandi, nunc in museo Britannico; Achilles cum Penthesilea pugnans; in parte aversa Bacchus cantharum et Oenopion oenochoen tenens (cf. 7451); descripsit De Witte Catal. Durand. n. 389. edidit Catal. Brit. Musei I. p. III. n. 554. Edd. Gerh. Auserl. Vasenb. III. tab. CCVI. Panofka Namen der Vasenbildner Tab. II, 8, 9.

¹Ἀχιλλ(λ)εύς. Πενθεσίλεια. ¹Ἐξηκτίας ἐποίησε. ¹Ονητορίδης καλός. Διόνυσος. Οἰνοπίων. ¹Ἐξηκτίας ἐποίησε. De artifice cf. n. 8153. Idem Onetorides celebratur n. 8154. 8157. De Oenopione cf. ad n. 7451.

8157.

In amphora grandi Vulc. in museo Vaticano; Achilles et Ajax tesseris ludentes; alter dicit τέσσαρα, alter τρία (cf. Welcker. Mus. Rhen. III. p. 601 sqq. Alte Denkmäler III. p. 4. Gerh. Auserl. Vasenb. III. p. 96 n. 75); in parte aversa Castor equum adscensus; ad dextram Tyndarus, ad sinistram Leda, pone Pollux; edidit Nibby Dichiarazione di un antico vaso fittile Vulcienne cet. Rom. 1834. Panofka Annal. dell' Inst. arch. Rom. Vol. VII. p. 229. Mon. ined. de l'Inst. cet. T. II. tab. XXII. Cf. Mus. etrusc. Gregorian. P. II. tab. LIII. 1. Gerhard Etrusk. u. Kampan. Vasenb. d. K. Mus. zu Berlin. tab. D. 4 et 5. tab. E. 23. Panofka Bild. ant. Lebens tab. X. 10. Namen der Vasenbildner Tab. II. 1. 2.

¹Ἐξηκτίας ἔγραψε κἀποίησέ με. ¹Ἀχιλλ(λ)εύς. τέσ(σ)αρα. Αἴαντος. τρία. ¹Ἐξηκτίας ἐποίησεν. ¹Ονητορίδης καλός. Κάστωρ. Κύλ(λ)αρος. ¹Ονητορίδης καλός. Τυνδάρεος. Λήδα. Πολυδεύκης.

De trimetro cf. n. 8154. Idem Onetorides celebratur n. 8154. 8156. Genetivos ¹Ἀχιλλεύς et Αἴαντος regi a vocabulis appictis τέσσαρα et τρία putat

Panofka. Sed potest intelligi εἰκῶν vide ad n. 7390. Cyllarum Dioscurorum equum memorat Virgilius Georg. III. 90. Secundum Stesichorum Phlogeos et Harpagus, Podarges et Cyllari filii, equi sunt Dioscuris a Mercurio donati. Vid. Suid. s. v. κυλ. Nomen derivatur a verbo κέλλειν; cf. Lobeck Prolegomena Pathol. sermonis graeci p. 253. De nominibus equorum in vasculis obviis vid. ad 7379. Jahn Vasensammlung K. Ludwigs p. cxvi, 844.

8157. b.

In cylice coll. Cand. nunc in pinacotheca Monacensi ap. Iahnium Vasensamml. K. Ludwigs p. 6. n. 25. In utraque parte nomen Execiae pictum est, in altera sic: ΕΨΕΚΙΚΑΣ.

8158.

In cantharo collectionis Basseggio; Ucalegon, Achilles, Agamemnon; Cymothea Achilli apportans phialam et oenochoen; in parte aversa Patroclus ad proelium profecturus, Antilochus, hinc Nestor, illinc Thetis phialam et oenochoen tenens; descripsit Braunius Bulet. dell' Inst. arch. Rom. 1846. p. 68. 69. Cf. Gerhard Archaeol. Zeitung 1846. n. 57. p. 212. Accuratius De Witte Revue de philol. II. 1847. p. 414. notitia ab Henzenio accepta; edidit et illustravit L. Schmidt Annal. inst. arch. Rom. Vol. XXII. p. 145 sqq. tab. adi. H. I.

¹Ἀγαμέμνων ¹Ἀχιλλεύς. Κυμοθεά. Οὐκαλέγων. Πάτροκλος. ¹Ἀντίλοχος. Νέστωρ. Θέτις. ¹Ἐπιγένης ἐποίησε.

Notabilis mentio Ucalegontis, qui in consilio erat Priami; II. III. 148. (Cf. Virgil. Aen. II. 512). Sed qui nunc vocatur Ucalegon, Achillis est comes,

quo nomine significari videtur Schmidtio mens Achillis nihil curantis Agamemnonem. Nominē Κυμοθεά, quod olim in Κυμοθήη mutatum ibam (II. XVIII. 41. cf. n. 8354), nunc videtur Thetis ipsa posse intelligi: quae probabilis est sententia Schmidtii. Cf. Panofka Act. Acad. Berol. 1848 p. 192.

8159.

In cylice fig. flav. collectionis Pr. de Canino, nunc in museo Parisino Louvre; mulier sedens et lyram pulsans; in externa parte Maenades septem; in parte aversa octo bellatores pugnantes Graeci et Troiani; descripta est Cat. di scelte antichità trovate negli scavi del Principe di Canino, p. 75. n. 561. Mus. étrusque du Pr. de Canino p. 75. n. 561. Stuart Archaeol. Brit. Vol. XXIII. p. 182. cf. Gerhard Rapp. Volc. n. 714. Idem, ut videtur, vasculum paulo aliter describitur in libello: Notice d'une collection de vases peints tirés des fouilles en Etrurie par feu le Prince de Canino, Par. 1845. p. 35. „sur un des boucliers ΓΑΙΣΚΑΛΟΣ.” Pro eo in descriptione Pr. de Canino videtur esse ΚΑΛΟΣΚΑΛΟΣ.

Huius artificis plura opera supersunt n. 8160—
[Ἐπ]ίκτητος ἔγραψεν. Ἱππάρχου[ς] καλός. Καλός. καλός. 8180. Idem Hipparchus celebratur n. 7578. 8163. 8329.

8160.

In cylice fig. flav. collectionis Pr. de Canino, nunc in mus. Britann.; crotalistris et ephesus, qui inflat tibiam; in externo Hercules Busirin prosternens; in parte aversa coenantes; descripta est Catal. di scelte antichità trovate negli scavi del Pr. di Canino, p. 84. n. 572. Mus. étr. du Pr. de Canino n. 572. Stuart Archaeol. Brit. Vol. XXIII. p. 191. cf. Micali Storia degli ant. pop. ital. tab. XC. 1. Bullett. dell' Inst. arch. Rom. 1829. p. 137. Catal. Mus. Brit. n. 825.

De Epicteto cf. n. 8159. Welckerus (Mus. Rhen. VI. 1848. p. 392) qui vidit Senae, ita transcripsit: ΕΠΙΚΤΗΤΟΣ ΕΛΡΑΦΣΕΝ ΧΑΧΡΥΛΙΟΣ ΕΡΟΙΕΣΕ, Ἐπίκτητος ἔγραψεν. Χαχρυλίων ἐποίησε (cf. 8231—8237). Python pictor habetur n. 8492.

Ἐπίκτητος ἔγραψε. Πύθων ἐποίησεν.

8161.

In cylice collectionis Pr. de Canino; ephesus amphoram et cylicem portans; descripta est Catal. di scelte antichità cet. p. 86. n. 578. (Mus. étr. du pr. de Canino n. 578 in tabula nominum priorum). Stuart Archaeol. Brit. Vol. XXIII. p. 192.

Ἐπίκτητος ἔγραψεν.

Scriptura ΕΛΡΑΦΣΕΝ Epictetus pictor in vasculis suis fere semper utitur.

8162.

In cylice fig. rubr. collectionis Durandi, nunc Ducis de Blacas; Silenus conquiniscens; descripsit De Witte Catal. Durand n. 133. Cf. Panofka Bull. dell' Inst. arch. Rom. 1829. p. 159.

Ἐπίκτητος ἔγραψεν.

De pictore cf. n. 8159.

8163.

In cylice fig. rubr. collectionis Durandi, mox Rollini, nunc in museo Britannico; homo barbatus in lectulo, lyram tenens; in externa parte Theseus et Minotaurus; descripsit De Witte Cat. Durand n. 341. Cf. Panofka Cab. Pourtalès p. 119. Gerhard Auserl. Vasenb. III. p. 38. not. 29. Catal. vas. mus. Brit. n. 828.

Ἐπίκτητος ἔγραψεν. Ἱππάρχου[ς] καλός. [Ἐπίκτητος] ἔγραψεν. Idem Hipparchus celebratur n. 7578. 8159. 8329.

8164.

In cylice collectionis Feoli; ephesus nudus coronatus myrto, tenens cylicem; Satyrus inter duos oculos grandes; in parte aversa equus inter duos oculos; figurae interius pictae colore nigro sunt, exterius rubro; descripsit Sec. Campanari Vasi dipinti della collezione Feoli n. 58.

Ἐπίκτητος ἔγραψεν. Νικοσθένης ἐποίησεν.

De pictore cf. n. 8159; de scriptura verbi n. 8161. Nicosthenes artifex redit n. 8241—8261.

8165.

In cylice fig. rubr. collectionis Pr. de Canino, mox Magnoncour; mulier nuda in utraque manu phallum tenens; in externa parte Hercules cum Centauris pugnans; in aversa Bacchus inter Satyros; edita est in Mus. étrusq. du Pr. de Canino n. 1115. p. 103. De Witte Catal. étrusq. n. 78. Catal. Magnoncour n. 34. cf. Gerhard Rapp. Volc. n. 644.

Ἐπίκτητος ἔγραψεν. Ἴσχυλος ἐποίησεν.

Ischylus redit n. 8179. 8228 — 8230. Nomen O. Mueller Comm. de orig. pict. vas. p. 16. n. 70. recte derivat a voce ἰσχύς. Mira de hoc nomine excogitavit Panofka Act. Acad. 1848. p. 182. De spiritu

aspero cf. Elem. epigr. gr. p. 111. Male viri docti, in his etiam Nauckius (Schneidewini Philol. II. p. 160), legi posse ΑΙΣ + ΥΛΟΣ putabant. Incertum tamen forma Ἴσχυλος statuenda sit an Ἴσχυλλος (vide Elem. epigr. Gr. n. 28. p. 71. cf. Keil in Schneidew. Philol. II. p. 166).

8166.

In cylice olim collectionis Pr. de Canino, nunc Comitibus de Pourtalès; Silenus conquiniscens, in utraque manu tibiam tenens; edidit De Witte Catal. étrusq. n. 53. Cf. Dubois Catal. Pourtalès n. 374.

Ἐπίκτητος ἔγραψεν.

De pictore cf. n. 8159.

8167.

In cylice olim collectionis Pr. de Canino, nunc in museo Britannico; Amazo tenens arcum et sagittam; edidit De Witte Catal. étrusque n. 117. Cat. vas. mus. Brit. n. 987. Inscriptio eadem ut n. 8166.

8168.

In cylice olim collectionis Pr. de Canino, nunc in museo Parisino Louvre; duo ephebi; descripsit De Witte Catal. étrusq. n. 174. Inscriptio ut n. 8166.

8169.

In cylice collectionis Principis de Canino, nunc Ducis de Blacas; amator cum παιδιμαῖς; descripsit L. de Witte Catal. étrusque n. 175. Inscriptio ut n. 8166.

8170.

In cylice olim collectionis Pr. de Canino, nunc Wilhelmi Hope; ephebus gallo insidens; descripsit De Witte Catal. étrusq. n. 177. Inscriptio ut n. 8166.

8171.

In cylice olim collectionis Pr. de Canino, deinde Beugnoti, post Rollini; homo nudus et barbatus chlamydem ex baculo suspensam portans, vasculum tenens; descripsit De Witte Catal. étrusque n. 178. Catal. Beugnot n. 65. Inscriptio ut n. 8166.

8172.

In cylice olim collectionis Pr. de Canino, nunc in museo Britannico; bellator cum equo; descripsit De Witte Catal. étrusque n. 189. Cat. vas. mus. Britann. n. 988. Inscriptio ut n. 8166.

8173.

In cylice, in qua repraesentatur homo barbatus conquiniscens et alvum exonerans; adest mulier medicinam ei suppeditans; descripta est in Bullett. d. Inst. arch. Rom. 1841. p. 135 sq. Cf. Bullett. 1840. p. 54. Welcker Mus. Rhen. VI. 1848. p. 393. Inscriptio ut n. 8166.

8174.

In cylice, Bacchum cum Satyro repraesentante; descripsit Braunius Bullett. dell' Inst. arch. Rom. 1846. p. 77. Inscriptio ut n. 8166.

8175.

In cylice, in qua homo oenochoen portans, collectionis Comitibus Pourtalès; descripserunt Panofka Cab. Pourtalès tab. xli. Dubois Catal. Pourtalès. n. 178. Inscriptio ut n. 8166.

8176.

In vasculo prope Caeren (Agyllam) reperto, in museo Berolinensi; in utroque latere mulier, sponsa et mater sponsae explicante Gerardo; descripsit Gerhard Neuerworbene Denkmäler cet. n. 1606. cf. Rapp. Volc. n. 546. 732.

Ἐπίκτητος ἔγραψεν.

Ἐπίκτητος ἔγραψεν.

8177.

In cylice Vulc. Musei Berolinensis, in qua repraesentatur Silenus; in externa parte tibicinae et ephebi; descripsit Gerhard Neuerworbene ant. Denkmäler cet. n. 1607. Cf. Panofka Bilder ant. Lebens tab. II. 2. tab. III. 7.

De pictore cf. n. 8159. Nomen alterum haud

Ἐπίκτητος ἔγραψεν. Πάμ[φα]ίος. Πάμ[φα]ίος. Καλός.

dubie per errorem repetitum, omissum verbum quum debuerit esse ΠΑΜΑΦΙΟΣ ΕΠΟΙΕΣΕΝ. Vid. n. 8178.

8178.

In cylice olim collectionis Pr. de Canino, nunc in museo Parisino; repraesentatur homo cum oenochoe; in externa parte bellatores. Descr. Dubois Notice d'une coll. de vases peints du Pr. de Can. n. 174. Cf. R. Rochette Lettre à Mr. Schorn p. 54.

Ἐπίκτητος ἔγραψεν. Πάμ[φα]ίος ἐποίησεν.

De pictore conf. n. 8159. Figulus idem est n. 8177. Ap. Dubois ΠΑΜΔΟΡΟΣ, quam lectionem adoptavit Com. de Clarac Catal. d. art. p. 264; cf. I. de Witte Revue de philol. II. p. 414. Nomen ΠΑΜΑΦΙΟΣ Letronnio olim videbatur originis peregrinae esse, qui in litteris ad de Witte datis (l. c.

p. 489) comparavit nomen Persicum Μάραφιος, Μαράφιος. Sed videtur potius error pictoris subesse, qui permutata sede litterarum Φ et Α pro ΠΑΜΦΑΙΟΣ dedit ΠΑΜΑΦΙΟΣ neque raro fit in hoc scripturae genere, ut eiusmodi errores per plura opera propagentur. Video etiam Letronnium postea ita iudicasse adsentiente Welckero; cf. Gerhard Berl. ant. Bildw. I. p. 341. contra quos Panofka Act. Acad. 1848. p. 241. formam Παμάφιος frustra studet tueri.

8179.

In cylice coll. Basseggio, nunc musei Britannici; eques col. nigro pictus; in externa Satyrus colore rubro. Descripsit I. de Witte Revue de phil. II. p. 414. n. 479. cf. Welcker Mus. Rhen. VI. 1848. p. 395. Catal. Mus. Brit. n. 814.

Ἐπίκτητος ἔγραψεν. Ἰσχύλος ἐποίησεν.

De pictore conf. 8159; figulus est n. 8165. 8227—8229.

8180.

In lecytho Vulc. fig. nigr. Heros hastam vibrans, petitus sagittis Apollinis et Dianae; putatur esse gigas Otus; descr. I. de Witte Cat. Durand n. 852; ed. Dux de Luynes Vas. peints tab. XVI.

Ἐπίκτητος ἔγραψεν.

Hoc enim pictor voluisse videtur. Verba evanida aliena manu sic male restituta sunt: ΕΠΙΚ]ΤΕ ΤΟΣ ΤΟΣ ΤΟΣ [ΕΛΡ]ΑΣΦ[Ε ΕΛ]ΡΑΣΦΕ.

8181.

In cylice Vulc.; miles equum adscensus, sagittarius equo insidens; in externo homo barbatus, infra leones duo, qui repetiti sunt in parte aversa. Descripsit Dubois Notice d'une collection de vases peints du Pr. de Canino p. 203. (Cf. Mus. étrusq. du Pr. de Canino n. 2307. in tab. nominum priorum; Campanari Atti della pontif. Accad. rom. di archeol. Vol. VII. p. 90 qui male legebat Ἐπίθυμος).

Ἐπίθυμος ἐποίησεν. Ἐπίθυμος ἐποίησεν.

8182.

In cylice fig. flav. olim collectionis Basseggio Romani, nunc musei Berolinensis; Neptunus pugnans cum Polybote gigante, adstante matre Gaea; in externa parte Mars gigantem adoriens, Ephialtes ab Apolline victus, Iuno et gigas Rhoetus; in parte aversa numina pugnantia; descripserunt Henr. Schulz Bullett. dell' Inst. arch. Rom. 1840. p. 52. Braunius ibid. 1843. p. 97. Gerhard Archaeol. Zeitung 1845. n. 12. p. 201 sq. n. 16. p. 264 sqq. Neuerworbene ant. Denkmäler III. n. 1756. cf. De Witte Explication d'une inscr. gr. cet. 35. Letronne Explication d'une inscr. gr. trouvée dans l'intérieur d'une statue de bronze p. 29. Inscriptionem figuli minus accurate reddunt Raoul-Rochette Lettre à Mr. Schorn edit. sec. p. 34. 40. Letronne l. c. Com. de Clarac Catal. d. artist. de l'antiquité p. 245.

Ἐργῆνος ἐποίησ[ε]ν. Ἀριστοφάνης ἔγραφε. Γῆ. Ποσειδῶν. Πολυβώτης. Μίμας? Ἄρης. Ἐφιάλης. Ἀπέλλων. Ἥρα. [Ῥ]οῖτος. [Αἰ]γαίωv. Ἄρτεμις. Ζεὺς. Πορφυρίων. ἈΣ[η]ναία. Ἐ[γ]κέλαδος.

Nomina Romae apud Basseggio accurate transcripsit I. de Witte (Revue de philol. II. p. 396. not. 1.), qui solum de nomine Gigantis Martis adversarii dubius haeret, ubi ΜΑΙΜΩΝ vel ΜΑΙΜΑΝ sibi visus est legisse. Litteris superstilibus subesse putatur ΜΙΜΑΣ. In nomine ΦΟΙΤΟΣ latere ΡΟΙΤΟΣ videtur Gerardo comparanti Horat. Carm. II. 19. 23. Probabiliter. Nomen Αἰγαίων Lenormantum restituisset monet De Witte l. c. Quam coniecturam proponens

etiam Gerhardus provocat ad Virgil. Aen. X. 565. qui Aegaeonem inter Gigantes referre videtur, secus atque Homerus Il. I. 402. 403. De scriptura notabis immixtam litteraturam Ionicam (ΠΟΣΕΙΔΩΝ, ΠΟΛΥΒΩΤΕΣ) unde intelligitur opus esse aetatis recentioris; cf. n. 8016; nota praeterea scripturam ΑΘΑΝΑΙΑ et ΕΚΕΛΑΔΟΣ. Pro ἐποίησεν denique scriptum est ΕΓΟΙΕΣΝ, quare cum Iahnio (Vasensammlung K. Ludwigs p. cx, 789) etiam ΕΓΡΑΦΕ non pro imperfecto habendum esse, sed errore pro ΕΓΡΑΦΣΕ scriptum esse puto; constat enim in hoc ipso verbo scribendo (ΕΓΡΑΣΦΕ, ΕΓΡΑΦΣΝ) quam saepe a pictoribus errari soleat. Postremo de nominibus et figuli et pictoris, si placet, conferas Panofkam in Act. Acad. Berol. 1848. p. 160 sq. disserentem.

8183.

In cylice ornata palmulis, in museo Berolinensi; descripsit Gerhard Neuerworb. ant. Denkm. III. n. 1779. bis posita inscriptio est.

Ἐργαστέλης ἐποίησεν ὁ Νεάρχου.

De Nearcho cf. n. 8299.

8184.

In cylice fig. nigr. in insula Aegina reperta, collectionis Fontana; Hercules leonem strangulans, in externa parte Silenus; in aversa tibicen cum hominibus Bacchicis; descripsit Gerhard Bullett. dell' Inst. arch. Rom. 1830. p. 129 sqq. Citat Kramer Über Styl u. Herkunft der gr. bem. Thongefäße p. 173. edidit Gerhard Auserles. Vasenbild. III. tab. CCXXXVIII.

a) Ἡρακλῆς. b) Θερ[ις]ταί. Σιληνός. Ὀρειος. Χαριδήμος. Ἐνπεδοκράτης. [Κ]έραυλος. Ἐργότιμος ἐποίησεν.

Idem artifex est n. 8185. Videtur idem ille esse Ergotimus, cuius filius est Euchirus n. 8202. 8203. Pictura b) celebrari voluptates putabantur defunctorum in Orco, argumento petito ex tibicine qui ΝΕΚΑΥΛΟΣ audit. Aliam viam ingressus est C. Fr. Hermannus (Archaeol. Zeitg. 1848 p. 238) qui argumentum ad Θεριστάς drama satyricum Euripidis referendum censet, legens is Θερ[ις]ταί pro eo quod alii proposuerunt Σηρευταί. Idem vidit Νέκαυλος praeter analogiam dictum esse pro νέκραυλος vel νεκύαυλος. Itaque proposuit ΚΕΡΑΥΛΟΣ, Κέραυλος, i. e. Κεραύλης, comparans Luciani Tragop. 33. καὶ πρὸς μέ-

λος κεραύλου Φρυγίου κατ' ὄρεα Τιμώλου κῶμον βεῶσι Λυδοί. Satis probabiliter. De Θερισταῖς Euripidis cf. Schoell. Beiträge zur Gesch. d. gr. Poesie I. p. 160. Wagner ad Eurip. fragm. ed. Didot. p. 709. Bergk Zeitschr. f. Alterthumswiss. 1847. p. 137, Repraesentari igitur videtur Sileni apud Midam adventus (cf. Ovid. Metam. XI, 88 sqq.). Agnovit id etiam Panofka (Gerhard Archaeol. Zeitung 1848 p. 334 sq. cf. p. 388.), nisi quod et Σηρευταί et νέκαυλος retinuit, neque argumentum ad Θεριστάς drama satyricum revocavit.

8185.

In amphora fig. nigr. ab Alexandro Francois in agro Clusino reperta, nunc in museo Florentino; in collo vasis zophorus est in duas partes divisus: in altera parte a) repraesentatur venatio apri Calydonii; in altera b) Thesei ex insula Creta reditus, et festum ad celebrandam Thesei victoriam institutum (cf. Preller Archaeol. Zeitung 1855 p. 77); sequitur zophorus secundus, c) in quo repraesentantur ludi funebres ab Achille in honorem Patrocli instituti; in parte aversa Centaurorum et Lapitharum pugna. In ventre vasis d) nuptiae Pelei et Thetidis praesentibus Diis. Infra zophorus alius totum vasculum ambiens in duas dividitur partes. In altera parte e) scena exhibetur belli Troiani. In altera parte f) huius zophori est Vulcani reditus in Olympum. Sub hoc zophoro alius in quo animalia depicta sunt certamen ineuntia. In ore vasis Pygmaei cum gruibus pugnantes. In ansis hinc figura alata, cervus et panthera, illinc alia et duo leones infra g) utrinque Ajax corpus Achillis portans. Celeberrimi huius et longe ornatissimi vasis descriptionem a Mazzetto suppeditatam primus dedit Braunius Bullett. d. Inst. arch. Rom. 1845. p. 113 sqq. cf. Allg. Zeitg. 1845. 25. Jun. Zeitschr. f. Alterthumswiss. 1845. p. 758. Gerhard ibid. p. 210 sqq. et Archaeol. Zeitung 1845. p. 123 sqq. 1846. p. 319 sqq. Arch. Anzeiger 1849. p. 75 sq. Auserlesene Vasenb. III. p. 155. not. 10. O. Jahn Archaeol. Beitr. p. 275. monumentum edidit in Mon. ined. inst. arch. Vol. IV. tab. LIV—LVIII. et illustravit Braunius Annal. Inst. arch. Vol. XX. 1848. p. 306 sqq.; conf. Ed. Gerhard Archaeol. Zeitung 1850 p. 257. Partem (e) tractavit Welckerus Annal. Inst. arch. Rom. Vol. XXII. Cf. Lenormant Explication d'un vase de la galerie de Florence (Paris 1850. Extrait de la Revue archéologique VI. p. 605). S. Birch Bull. dell' Inst. 1850 p. 7. Jahn Vasensammlung etc. p. LXXIX.

Altera inscriptio corrupta est; eiiciendae sunt syllabae NOS, NO, ON. Quae de hac inscriptione excogitavit Panofka l. c. p. 235. Νοστύμφιος nomen eliciens, silentio praeterire praestat.

8270.

In cylice fig. rubr. collectionis Pr. de Canino; homo nudus in rupe sedens et κέρας tenens; descripta est Mus. étrusque du Pr. de Canino n. 1513. Catal. di scelte antichità etrusche cet. p. 127. n. 1513. Stuart Archaeol. Brit. Vol. XXIII. p. 227. Panofka l. l. p. 222. n. 11.

Πάνφαιος ἐποίησεν.

8271.

In cylice fig. rubr. collectionis Durandi, nunc in museo Britannico; bellator nudus, exterius Bacchus brachia extendens, ex quibus sunt suspensae nebrides; utrinque Satyrus et equus alatus; in parte aversa Ariadne cum crotalis; in extremis bini equi alati et bini Satyri; in area inscriptiones sunt non legibiles: nota opificis est sub pede vasis; descripsit De Witte Catal. Durand n. 117. Cat. vas. Mus. Brit. n. 817. Ed. Panofka l. c. Tab. III. Inscriptio eadem ut n. 8270.

8272.

In cylice fig. rubr. collectionis Basseggio Romani; Satyrus, exterius bellatores pugnantes, versus ansas equi alati; descripta est in Catal. of greek and etruscan vases by Sign. Basseggio 1838. p. 8. n. 56. Splendid collection of greek and etruscan vases formed by Signor Basseggio, of Rome, p. 7. n. 15. Ed. Panofka l. c. Tab. II.

Πάνφαιος ἐποίησεν. Ὁ παῖς καλός.

8273.

In cylice fig. rubr. collectionis Casuccini; mulier nuda tenens scyphum; descripsit Inghirami Mus. Chiusino II. tab. CXXXIII. Cf. Gerhard Rapp. Volc. n. 712. Edidit Panofka l. c. Tab. I, 2.

Π[άν]φαιος ἐποίησεν.

8273. b.

In cylice fig. rubr. musei Monacensis. Miles saltans. In externa parte Hercules cum leone Nemeo. Litterae quae legi non possunt per totam cylicem dispersae sunt; in margine pedis, ut solet, nomen suum posuit artifex. Descripsit O. Jahn Beschreibung der Vasensammlung K. Ludwigs p. 153. n. 459.

Π[ά]νφαι[ος] ἐποίησεν.

Fortasse idem vasculum, quod e coll. Candel. citat Gerhard Rapp. Volc. p. 179. n. 712.

8274.

In cylice fig. rubr. musei Britannici; Satyrus κέρας portans; in externo iuvenes duo alati (Somnus et Mors?) auferentes corpus herois (Sarpedonis aut Memnonis); in parte aversa milites arma induentes; descripsit Sam Birch Archaeologia Br. (Explan. of the myth upon the fictile vase found at Canino 1841. 4.) Vol. XXIX. p. 159. Ediderunt Gerhard Vasenb. III. tab. CCXXI. et CCXXII. Panofka l. c. Tab. IV. cf. Duc. de Luynes in Annal. Inst. arch. Rom. Vol. XV. p. 6. Catal. vas. Brit. Mus. n. 854.

[Π]άνφαιος ἐποίησεν.

8275.

In cylice fig. rubr. musei Berolinensis; inest equus pictus; descripsit Gerhard Neuerworb. ant. Denkmäler II. n. 1665. edidit Panofka l. c. Tab. I, 1.

Πάνφα[ι]ος ἐποίησεν.

8276.

In cylice fig. rubr. collectionis Principis de Canino; homo in balneum intrans; descripsit Dubois Notice d'une collection de vases peints du Pr. de Canino n. 259.

Πάνφαιος ἐποίησεν.

Comitem de Clarac (Catal. d. artist. cet. p. 165. 264.) male legisse ἐποίηι annotat De Witte Revue de philol. T. II. p. 492. not. 1.

8277.

In stamno fig. rubr. reperto in loco Caere (Agylla), nunc in museo Britannico; Hercules prehēdens Acheloum cornū; in parte aversa Baccha crotalis sonans (Oreithyia) et Silenus tibicen; descripta est Bull. d. Inst. arch. Rom. 1835. p. 125. 1836. p. 119. not. 1. Annal. Inst. arch. Rom. Vol. XI. p. 269; sub pede vasis rasae sunt litterae etruscae (n. 8346); ediderunt Sam. Birch Transact. of the Royal Society of literature Ser. II. Vol. I. p. 100. Gerhard Auserles. Vasenb. II. tab. cxv. Panofka l. c. Tab. V, 1, 2.

Ἡρακλῆ[ς]. Ἀχελῷος. Ὀρεΐθυνα (Ὀρεΐθυνα). Φάνφ[αιος] (i. e. Πάνφαιος) ἐποίησεν.

8278.

In cylice fig. nigr. in museo Gregoriano Romae; quadriga inter duos oculos praegrandes; in parte aversa Eris alata, Hercules contra Amazonem pugnans; descripta est in Mus. etrusco Gregoriano P. II. tab. LXVI. 4.

Πάνφαιος ἐποίησεν.

8279.

In cylice fig. rubr. eiusdem musei; repraesentatur ephēbus nudo corpore dextra clavam vibrans; exterius utrinque ephēbus inter duos oculos; descripta est in Mus. etrusco Gregoriano P. II. tab. LXIX. 4. „la tazza è ristaurata su piede non suo, come rilevasi alla epigraphe che è di paleografia ben diversa da quella dell' interno della tazza.”

Πάν[φ]αιος ἐποίησεν.

Intus scriptum est ὁ παῖς καλός.

8280.

In cylice nigri coloris, in qua Gorgonium pictum est colore rubro; descripserunt Micali Storia tab. 102. 1. Braunius Bullett. dell' Inst. arch. Rom. 1844. p. 100. cf. Gerhard Archaeol. Zeitung 1844. n. 21. p. 352.

Πάνφαιός μ' ἐποίησεν.

8281.

In cylice, in qua repraesentatur hircus, in parte aversa scutum Boeoticum; descripta est Bullett. d. Inst. arch. Rom. 1842. p. 167. (Welcker Mus. Rhen. VI. 1848. p. 396). Panofka l. c. p. 222. n. 13.

Πάνφαιος (ἐποίησεν).

De omisso ἐποίησεν cf. 8142. 8231.

8282.

In cylice Vulc. fig. rubr. musei Britannici; repraesentantur septem Satyri, quorum quinque amphoris delectantur, duo saltant; in parte aversa bellatores tres tela iacentes contra equos alatos; int. bellator in equo; inscriptio sub pede est vasis; descripta est Panofka Act. Acad. Berol. 1848. p. 220.

Πάνφαιος ἐποίησεν.

8283.

In cylice fig. rubr. musei Berolinensis; repraesentatur Peleus Thetidem rapiens; in externa parte syzygiae eroticae; descripserunt Levezow Verzeichniss d. ant. Denkm. im Antiquar. cet. p. 246 sqq. n. 1005. Gerhard Berlins ant. Bildwerke n. 1005; edidit idem Trinkschalen tab. IX. 1. tab. XIV et XV; citat idem Auserlesene Vasenb. III. p. 68. not. 11.

Πηλεΐς. Θέ[τ]ις. Πε(ι)θίνος ἔγραψεν. Ἀθηνόδοτος καλός. Καλός. Καλή. Καλός, ναίχι. καλή. κα[λ]ός. καλό[ς]. καλός. καλή. καλός. κ[αλός] ὁ παῖς, ναίχι καλός. ὁ παῖς καλός, καλός.

Raoul-Rochette (Lettre à Mr. Schorn ed. alt. p. 56. 57) loco nominis Πειθίνος proponendum putavit ΠΟΘΕΙΝΟΣ, iure obloquente Letronnio (Revue arch. III. 1846. p. 585. 584), cui adstipulatur I. de Witte Revue de philol. T. II. p. 495. Πειθίνος est Πειθίνος. Athenodotus laudatur etiam n. 7788. De voce καλός crebro repetita cf. n. 7658. Nominis Thetidis eadem orthographia (ΘΕΘΙΣ) habetur in speculo Etrusco (Dempster Etrur. Reg. II. LXXXI. R. Rochette Mon. inéd. Achill. tab. III. 2. p. 4 sq. Gerhard Etrusk. Spiegel. tab. ccxxvi). Conf. n. 7470.

8284.

In vasculo reperto in loco Caerē (Agylla), collectionis Capranesi; citavit Campanari Atti della pontif. Accad. Rom. di Archaeol. Vol. VII. p. 91.

Πιστόζενος ἐποίησεν.

8285.

In stamno fig. rubr. collectionis Durandi; duo Centauri contra Caeneum pugnantes (cf. 8185), in parte aversa Maenas inter duos Satyros; descripta est De Witte Catal. Durand n. 362.

Καινεΐς. Πολύγνωτος ἔγραψεν.

I. de Witte Revue de philol. T. II. p. 496. redidit ΕΓΡΑΨΕΝ, per incuriam, ut videtur. Dedimus quod obtulit R. Rochette (Lettre à Mr. Schorn ed.

alt. p. 56) in qua lectione inest ΕΛΡΑΦΣΕΝ. Cf. n. 174. De nomine pictoris cf. Kramer Über Styl u. Herkunft der gr. bemalten Thongef. p. 19 sq. Idem pictor redit n. 8286.

8286.

In vasculo musei Britannici, quod ex litteris a Birchio acceptis citat Gerhardus Arch. Zeitg. 1847. p. 154. Cat. vas. Mus. Brit. n. 755.

Πολύγνωτος ἔγραψε.

8287.

In amphora fig. rubr. pictura rudi coll. Pr. de Canino; Peleus Achillem puerum tenens, in parte aversa Chiron Achillem portans; descripta est Musée étrusque du Pr. de Canino p. 135. n. 1500. Cf. Raoul-Rochette Lettre à M. Schorn, ed. alt. p. 57. De Witte Revue de philol. T. II. p. 496. Kramer Über den Styl u. d. Herkunft d. bem. gr. Thongef. p. 62.

Πηλε[ύ]ς. Χ(ε)ίρων. Ἀχιλλ(λ)ε[ύ]ς.
Πραξίας ἔγραψε.

Nomen pictoris primus commonstravit Orioli communicavitque cum Rochetto, qui pro ΠΡΑ+ΙΑΣ coniecit fuisse ΠΡΑ+ΣΙΑΣ scriptum, quo non videtur

opus esse, praesertim quum appareat forma V p. X. cf. Elem. ep. Gr. p. 45. Panofka Act. Acad. Berol. 1848. p. 182 habet Πραξίας. Qui putant Πηλῆς p. Πηλεύς formam esse peculiarem, quia etiam alibi scriptum ΠΕΛΕΣ reperitur (n. 7687), videant ne nimium indulgeant pictorum incuriae. In ansa nomen scriptum Etruscum ΘΟΝΡΑ.

8288.

In cylice fig. nigr. collectionis Durandi, nunc Ducis de Blacas; repraesentatur leo currens; descripsit De Witte Catal. Durand, n. 882. Cf. Panofka Act. Ac. Ber. 1848. p. 183.

Πρίαπος ἐποίησεν.

8288. b.

In cylice collect. Pr. de Canino; Diana gradiens, altera manu arcum, altera florem tenens; Sienae, mox Romae vidit Welckerus, qui descripsit Mus. Rhen. VI. 1848. p. 390.

Σικανὸς ἐποίησεν.

8289.

In vasculo (πινακίω) Vulcenti fig. rubr. in quo repraesentatur Diana arcu munita, in manu florem tenens; descripsit Braunius Bull. d. Inst. arch. Rom. 1844. p. 44. 45. Cf. Gerhard Archaeol. Zeitung 1844. n. 19. p. 315.

Σιλανίων ἐποίησεν.

8290.

In cylice fig. nigr. Hercules leonem strangulans; descripsit Braunius Bullett. d. Inst. arch. Rom. 1844. p. 81. Cf. Gerhard Archaeol. Zeitung 1844. n. 19. p. 316.

Σωκλῆς ἐποίησεν.

8291.

In cylice fig. rubr. musei Berolinensis effossa in loco Camposcala; Hercules et Minerva in deorum coetum accedentes; sub ansa est imago mulieris; in interno Achilles Patrocli vulnus ligans. Edita est Mon. inéd. de l'Inst. arch. T. I. tab. xxiv. xxv. et a Muellero Denkm. d. a. K. I. 45. 210. Descripserunt Levezow Verzeichn. d. ant. Denkm. im Antiquar. d. K. Mus. zu Berl. p. 290. n. 1030. Lenormant Annal. Inst. arch. Rom. T. II. p. 252. D. de Luynes ibid. p. 244. Welcker ibid. T. III. p. 424. Alte Denkm. III, 410. O. Mueller ibid. T. IV. p. 397. Gerhard Berl. ant. Bildwerke n. 1030. Trinkschalen Tab. VI. VII. Über die zwölf Götter Griechenlands (v. Philol. hist. Abhandl. d. K. Akad. d. Wissenschaften zu Berlin a. 1840. edit. 1842. p. 383. tab. 1.) cf. Annal. Inst. arch. Rom. XXII. p. 206 sqq. Picturam δ. edidit Panofka Bild. ant. Lebens tab. VII. 10.

- a) [Ἡβη]. Ἀφ[ροδίτη] aut Ἡ[φα]ιστος.
Κα[λ]ός. Ὀραι. Ἐστία. Ἀ[μ]φιτρίτ[η]. Ἐρμῆς.
Ἄρτεμι[ς]. Ζεῦ φίλε. Σωσίας ἐποίησεν.
b) Ἀχιλλ(λ)εύς. Πάτροκλος.

Post nomen Amphitrites Muellerus ἈΓλαΐα exsculpsit; parum probabiliter. A pertinet ad nomen ΗΕΣΤΙ;

alter ductus litterae A similis necesse est in E mutetur; tertius ductus fortasse ad nomen insequentis numinis referendus est. Exclamatio Ζεῦ φίλε tribuenda Herculi, coetum deorum admiranti. Cf. Welcker. A. Denkm. III. p. 419. Exclamationes in vasculis adscriptas vid. n. 7892, 7374 est. De forma Ζευφίλης p. Δίφιλος cogitari non potest.

8292.

In amphora fig. nigr. reperta Agrigenti, nunc collectionis Wilhelmi Hope; repraesentatur Theseus Minotaurum occidens, utrinque puella et doryphorus nudus; in parte aversa senex stans et ephēbi duo sedentes qui statera pendunt aliquid; descripserunt Lanzi Vasi etruschi, Nap. 1806. tab. III. p. 147. Christie Disquis. on Etruscan vases Praef. p. 5. Millin Monum. inéd. II. tab. II. III. IV. Vases peints II. tab. LXI. Gal. myth. CXXI. 490. Inghirami Vasi fittili Tom. II. tab. CII. CIII. CIV. Rose Inscr. vetust. Tab. IX fig. 2. cf. p. 77. Partem priorem vasis repetierunt Dubois Maisonneuve Introd. à l'étude des vases cet. tab. XXXVIII. et Panofka Bild. ant. Leb. tab. XVI. Citant Minervinus Bull. arch. Napol. I. p. 109. Gerhard Auserlesene Vasenb. II. p. 113. Archaeol. Zeitung 1844. p. 233. not. cui trutina videtur continere pretium redemptionis pro vivis corporibus Minotauro im-

molandis, quemadmodum etiam in picturis Hectoris redemptionem repraesentantibus trutina appenduntur ἀποινα (cf. n. 8407). Στοιμέτραι exhiberi videntur Lanzio, cui adstipulatur Welckerus Mus. Rhen. V. p. 147. Cf. De Witte Revue de philol. T. II. p. 499 sq.

Ταλειδῆς ἐποίησεν. Κλίταρχος καλός. Ταλειδῆς ἐποίησεν. Idem artifex est n. 8293 — 8295. Clitarchus laudatur etiam n. 8295.

8293.

In cylice Vulcenti fig. nigr. musei Berolinensis; in utraque parte cycnus; descripserunt Levezow Verzeichn. d. ant. Denkm. im Antiquar. cet. p. 136. n. 685. Gerhard Berlins ant. Bildwerke n. 685. Cf. Rapp. Volc. n. 692.

Ταλειδῆς [ἐ]ποίησεν.

Τα[λ]ειδῆς [ἐ]ποίησεν.

Idem artifex n. 8292. 8294. 8295. Cf. Raoul-Rochette Lettre à M. Schorn ed. alt. p. 17.

8294.

In oenochoe fig. nigr. repraesentatur Bacchus nudus et barbatus, sedens, scyphum tenens; tibicen nudus; descripsit Braunius Bullett. d. Inst. arch. Rom. 1845. p. 57. Cf. Gerhard Archaeol. Zeitg. 1845. n. 53. p. 143. Bullett. Archeol. Napol. IV. p. III.

Καλλίας κα[λός]. Χαῖρε καὶ πῖει. Νεουκλειδῆς.
Ταλειδῆς ἐποίησεν.

Idem artifex n. 8292. 8293. 8295. Callias crebro laudatur cf. n. 7743. c. 7824. 7829 sq.

8295.

In lamina argentea in sepulcro Magnae Graeciae reperta, in qua incisa statera et tres homines, qui res graves pendunt; descripsit Minervinus Bullett. Arch. Napol. I. p. 109. Cf. Bullett. dell' Inst. arch. Rom. 1845. p. 52. Gerhard Archaeol. Zeitung 1845. p. 157. Panofka ibidem 1846 p. 241.

Ταλειδῆς ἐποίησεν. Κλίταρχος καλός.

Lamina haud dubie affixa erat vasculo, quod in sepulcro reconditum erat. Cf. n. 8292. ubi idem Clitarchus laudatur.

8296.

In cylice fig. nigr. collectionis Pr. de Canino; repraesentantur bini pantherae in utraque parte; descripta est Musée étrusque du Pr. de Canino n. 149. Cf. Gerhard Rapp. Volc. n. 661. 693.

[Τ]ληπόλεμος μ' ἐποίησεν. Τληπό[λ]εμ[ός] μ' ἐποίησεν.] Cf. n. 8297. 8298.

8297.

In cylice sine figuris, in museo Berolinensi; descripsit Gerhard Neuerworbene ant. Denkmäler I. n. 1597.

Τληπόλεμ[ός] μ' ἐποίησε]ν. Τληπόλεμος μ' ἐποίησεν.

Quae priore loco leguntur ΤΛΕΝΠΟΛΕΜΕ : ΚΝΥΝΒΟΝ, incultam et barbaram manum produnt; sed scriptura Τληπόλεμος aut potius Τλημπόλεμος (n. 8810. b.) pronuntiationi debetur, neque iam de emen-

ditione Τλησιπόλεμος (O. Mueller Comment. cet. p. 16. 68.) cogitari potest. Nomen eodem modo scriptum habetur ter (n. 8296. sq.). Eadem scriptura facile potuit ex uno vase in aliud propagari, praesertim quum plurimae picturae sine iudicio repetitae sint.

8298.

In cylice collectionis Candelori, nunc in pinacotheca Monacensi; inest caput mulieris utrinque; citat Gerhard Rapport. Volc. n. 729. n. 783. Cf. Jahn Vasensamml. K. Ludw. qui n. 27 idem vasculum describere videtur, omissis verbis Τληπόλεμος ἐποίησεν.

Τληπόλεμος ἐποίησεν. Σακωνίδης ἔγραψεν. Χαῖρε καὶ πῖει [τ]ή[ν]δ[ε].

De Tlepolemo cf. ad n. 8297. Saconides pictor habetur etiam n. 8230. Eius nomen Gerhardus, Campanari (Atti della pont. Accad. di Archaeol. Vol. VII. p. 89) et Raoul-Rochette (Lettre à Mr. Schorn ed. alt. p. 60) legebant ΤΑΚΟΝΙΔΕΣ. Errorem Ro-

chetti indicavit Gerhardus, agnovit Letronnius Revue arch. III. 1846. p. 384. qui recte a nomine Σάκων (σάκος) repetit. Sed teste Jahnio l. c. ΤΑΚΟΝΙΔΕΣ ΕΝΡΑΦΣΕΝΕΜΕ in vasculo est.

8299.

In cylice fig. nigr. collectionis Pr. de Canino; gallus in utraque parte; descripta est Mus. étrusque du Pr. de Canino, n. 15. Catal. di scelte antichità trovate negli scavi del Pr. di Canino p. 12. n. 15. repetiit Dudley Stuart Archaeol. Brit. Vol. XXIII. 1851. p. 155.

Τλήσων ὁ Νεάρχου ἐποίησεν.
Τλήσων ὁ Νεάρχου ἐποίησεν.

Idem Nearchus videtur memorari n. 8183. ubi Ergoteles Nearchi filius. Itaque Tleson et Ergoteles fuerint fratres. Tleson idem habetur n. 8300 — 8309.

8300.

In cylice fig. nigr. collectionis Pr. de Canino, nunc Comitibus Leonis de Laborde; repraesentatur Centaurus; descripta est Catal. di scelte antichità etr. trov. negli scavi del Pr. di Canino p. 102. n. 1146. Stuart Archaeol. Brit. Vol. XXIII. p. 207. Mus. étrusq. du Pr. de Canino n. 1146. Cf. Gerhard Rapp. Volc. n. 694. — Inscriptio est ut n. 8299.

8301.

In cylice fig. nigr. collectionis Durandi, nunc Ducis de Blacas; repraesentatur Orion ex venatione redux cum cane suo; descripsit I. de Witte Catal. Durand n. 260. — Inscriptio ut n. 8299.

8302.

In cylice fig. nigr. collectionis Principis de Canino, nunc in mus. Britan.; repraesentatur simia bis; descripsit Dubois Notice d'une collection de vases peints du Pr. de Canino n. 262. Catal. vas. Mus. Brit. n. 682. — Inscriptio ut n. 8299 semel posita.

8303.

In cylice fig. nigr. collectionis Comitum de Pourtalès; utrinque cycnus alis expansis; descripserunt Panofka Cab. Pourtalès, tab. xli, p. 121. Dubois Catal. Pourtalès, n. 408. — Inscriptio ut n. 8299.

8304.

In cylice fig. nigr. reperta a Fossati prope locum Corneto fodiente; possedit deinde Radulphus Rochette; repraesentatur Sirene bis; citat Raoul-Rochette Lettre à Mr. Schorn ed. alt. p. 61. not. 8. — Inscr. ut n. 8299.

8305.

In cylice sine figuris collectionis Panckoucke; descripsit Dubois Catal. des vases de la collection Panckoucke, n. 272. — Inscriptio ut n. 8299. Vasculum hoc esse illud quod Gerhard Rapp. Volc. n. 694. ex collect. Feoli memorat, conicit I. de Witte Revue de philol. II. p. 504.

8306.

In cylice sine figuris collectionis Campanari; citat Broendsted A brief description of thirty-two greek painted vases p. 48. not. — Inscriptio ut n. 8299.

8307.

In cylice fig. nigr. apud Braunium Romae; utrinque Hercules leonem strangulans; infra gallus; citavit De Witte Revue de philol. T. II. p. 504. Cf. Welcker Mus. Rhen. VI. 1848. p. 596. — Inscriptio ut n. 8299.

8308.

In pateris duabus musei Berolinensis; repraesentatur in utraque gallus et gallina (cf. Panofka Archaeol. Zeitung 1847. p. 191); descripsit Gerhard Neuerworbene ant. Denkmäler cet. III. n. 1741. 1742. Edidit idem Trinkschalen und Gefäße tab. xxx. 4—7. 10. — Inscriptio ut n. 8299.

8309.

In cylice collectionis Martini Leake, in qua repraesentatur Sphinx; citat Panofka Archaeol. Zeitung 1846. p. 206. — Inscriptio ut n. 8299.

Eiusdem artificis paterae quinque ex collectione Candelori in pinacothecam Monacensem translatae sunt; descripsit O. Jahn Vasensammlung K. Ludwigs n. 17, 19, 52, 55, 54. Cf. Rad. Rochette Lettre à Mr. Schorn Ed. alt. p. 61. n. 8. Ubique inscriptio in utraque parte repetita est, pictura aut nulla addita aut singulis animalibus, gallo, leone, cerva, appictis.

Addas denique his vasculis cylicem Corinthi repertam, in qua aries colore nigro pictus est; descripsit Braunius Bullet. dell' Inst. arch. Rom. 1849. p. 73. Cf. Gerhard Arch. Anzeiger 1849 p. 35.

8310.

In amphora fig. nigr. collectionis Pr. de Canino; insunt quattuor zonae picturarum; in prima septem homines barbati nudi et duae feminae, obsceno habitu; in medio cantharus; in altera parte eiusdem zonae quinque homines et duae feminae, obsceno habitu; in his picturis inscriptiones sunt; in reliquis zonis Sirenae, pantherae, hircus, arietes cet.; descripsit I. de Witte Catal. étr. n. 15. Beugnot n. 15. Eadem amphora videtur esse illa, ex qua inscriptiones enotavit Gerhard Rapp. Volc. p. 173. n. 671. c. (cf. n. 44).

Litterae turbatae, syllabae imperfectae et repetitae, ut alias saepe; videtur voluisse pictor:

ΟΛΑΘΕΝΘΕΣ ΟΛΑΘΕΝΘΕΣ ΕΙΑ ΟΛΑΘΕ ΕΙ ΟΛΑΘΕΝΘΕΣ ΘΕΣ ΕΙΟΑΘΕΝΘΕΣ ΟΛΑΘΕΝΘΕΣ ὦ γὰρ ἐνδ' ἐς. ὦ γὰρ ἐνδ' ἐς. εἴα ὦ γὰρ ἐς, εἴ ὦ γὰρ ἐνδ' ἐς, ἐς. εἴ ὦ γὰρ ἐνδ' ἐς, ὦ γὰρ ἐνδ' ἐς. Sunt verba feminarum prurientium. In fine ΟΟΙΟΤΟΣ ΤΛΕΣΟΝΟΣ . . . nomen Τλήτων apparet. Unde conicias inesse notationem artificis. Notus Tleson est ex titulis n. 8299-8309. Fortasse filius eius intelligendus est, exempli gratia: [Ζηνόδοτος Τλήτωνος [ἐποίησεν].

8311.

In vase grandi sed mutilo Tarquiniis oriundo, in ora; citat Gerhard Rapp. Volc. n. 701. Cf. R. Rochette Lettre à Mr. Schorn ed. alt. p. 62.

Τυχίος ἐποίησεν.

Vetustissimum artificis nomen, ex Iliad. I. VII, 220. notum.

8312.

In patera Vulcenti; descripsit Gerhard Neuerworbene ant. Denkmäler cet. II. n. 1664.

Τυχί[ς] ἐπι[σ]τε[ί]με.

Τυχί[ς] ἐπι[σ]τησεν [ἐμέ].

Uterque titulus barbare scriptus est, prior ΤΥΧΙΕΣ ΦΡΟΙΙΣ ΕΚΜΕ alter ΙΦΙΟΙΚΛΟΤΕΣΕΝΚ.

8313.

In hydria fig. rubr. collectionis Candelori, nunc in pinacotheca Monacensi; Amazones tres arma induentes; in zophoro superiore quadriga et duo ephēbi equis vebentes; descripta est Bullett. d. Inst. arch. Rom. 1829. p. 109. O. Jahn Vasensammlung K. Ludwigs n. 4. Cf. Gerhard Rapp. Volc. n. 374*. 697. Ediderunt Gerhard Auserlesene Vasenbilder tab. CIII. Mon. inéd. de l'Inst. arch. T. I. tab. XXVII. 24. Annal. Inst. arch. Rom. 1851. p. 244. Panofka Namen der Vasenbildner Tab. I, 5.

Ἀνδρομάχη. Τεύχη. Ἀντιόπεια. Ὑ[ψι]πύλη. Ὑψις ἔγραψεν. Σῆμος. Ἥγίας καλός. Χαῖρε.

HYΦOΓVLE legendum esse Ὑψιπύλη viderunt Gerhardus et R. Rochettus (Lettre à Mr. Schorn ed. alt. p. 49. not. 6.), qui praeterea ad usum veterum artificum provocat argumenta pingentium eiusmodi, quae cum nominibus ipsorum quandam affinitatem habeant (Ὑψις, Ὑψιπύλη). Cf. ad n. 8186 et Panofka Archaeol. Zeitung 1846. n. 39. p. 241. qui tamen Act. Acad. Berol. 1848. de hac re coniecturis

nimum quantum indulget. Cf. Jahn Vasensammlung K. Ludwigs p. CVII, 770. In litteris XEVXE supra Amazonem tubam infantem pictis Gerhardus non male τεύχη inesse coniecit, ut alibi Σῆμος, Βωμός, ὕδρια adscripta reperimus; sed potest etiam subesse † AIPE negligentius scriptum, quod habetur etiam in altera parte vasculi. Neque tutius est alterius ephēbi nomen, quod Iahnus legit ΜΕΔΙΟΣ. Cf. n. 8210.

8314.

In hydria fig. rubr. collectionis Pr. de Canino; nunc in mus. Londin.; repraesentantur puellae ὑδροφόροι; descripta est Catal. di scelte antichità trovate negli scavi del Pr. di Canino, p. 69. n. 551. Mus. étrusq. du Pr. de Canino p. 70. n. 551. Stuart Arch. Brit. Vol. XXIII. p. 177. qui exhibet etiam sigla sub pede vasis notata. Cf. Gerhard Rapp. Volc. n. 696. 719. Sam. Birch. Class. Mus. XV. p. 99. Welcker Mus. Rhen. VI. 1848. p. 390. Cat. Vas. Mus. Brit. n. 720.

Φ[λ]τίας ἔγραψεν. Μεγακλῆς καλός.

Philtias est 8145. Sed lectio dubia est; monuit enim Birchius non ΦΙΤΙΑΣ sed ΚΡΙΤΙΑΣ in vasculo legi; potest igitur aut Κριτίας aut Κλιτίας fuisse. Megacles laudatur n. 7606.

8315.

In cylice fig. nigr. olim collectionis Durandi, nunc Ducis de Blacas; Hercules a Minerva ad Neptunum in throno sedentem ductus; in aversa parte Iuppiter Minervam pariens, prope adstat Vulcanus; descripsit I. de Witte Catal. Durand p. 10 sq. n. 21. Repetierunt Lenormant et I. de Witte Elite des mon. céramographiques, T. I. tab. LVI. In hoc vasculo instaurationis vestigia apparent. Inscriptiones parum accurate citat Welckerus Mus. Rhen. VI. 1848. p. 396 sq. Cf. Alte Denkm. III. p. 47.

Φρῶνος ἐποίησεν.

Χαῖρε μὴν · χαῖρε καὶ πῖει με, ναίχι.

Bergk (Zeitschrift f. Alterthumswiss. 1847. n. 22. p. 169.) Χαῖρεμέν[ους] scribendum censebat, iure improbante I. de Witte. Μὴν cum imperativo notis-

simum est ex formulis ἄγε μὴν, ἔπου μὴν cet. Nomen artificis a Campanario (Atti della pontif. Accad. di Archeol. Vol. VII. p. 92) male legi ΦΛVNOΣ iam R. Rochettus (Lettre à Mr. Schorn ed. alt. p. 56) et I. de Witte (Revue de philol. T. II. p. 495. cf. p. 387.) monuerunt.

8316.

In cylice fig. nigr. reperta in oppido Caere (Agylla); Hercules leonem strangulans; descripsit P. E. Visconti Antichi monumenti sepolcrali scoperti nel ducato di Ceri, tab. IX. D. Cf. Campanari Atti della pontif. Accad. Rom. di Archeol. Vol. VII. p. 92.

Χαριταῖος ἐποίησέν με.

In altera parte: Χαριταῖος ἐποίησεν ἐμέ εὖ.

Idem artifex n. 8317. De pictore opus suum laudante cf. ad n. 8198.

8317.

In hydria fig. nigr. apud Depoleti Romanum; pugnae Graecorum et Amazonum; descripsit Raoul-Rochette Journ. d. Sav. 1843. p. 284 sq. Lettre à Mr. Schorn, ed. alt. p. 36. Inscriptio in pede vasis incisa, non picta est.

[Χ]αρι[τ]αῖος ἐποίησεν.

Idem artifex est n. 8316. Formam ΚΑΡΙΘΑΙΟΣ Doricam vocat R. Rochettus, indeque de origine Co-

rinthia artificis existimari posse putat. At in forma Dorici nihil inest: immo ab homine orthographiae ignaro pictae litterae sunt. Minervinus Bull. arch. Napol. III. p. 72. legebat ΚΑΡΙΤΑΙΟΣ.

8318.

In cylice fig. nigr. olim collectionis Candelori, nunc in pinacotheca Monacensi; repraesentatur Bacchus cum Maenadibus et Satyris; descripta est Bullett. d. Inst. arch. Rom. 1829. p. 84. Jahn Verzeichniss cet. n. 756. Cf. Gerhard Rapp. Volc. n. 706. R. Rochette Questions de l'histoire de l'art p. 104.

Χέλις ἐποίη[σεν].

Idem artifex redit n. 8319. 8320. Iahnus: ἐποίηι, sed videtur scriptura ΕΓΟΙΕΙ sicut ΕΓΟΙΕΣΝ n. 8319. ex incuria pictoris explicanda esse.

8319.

In cylice fig. nigr. et rubr. olim collectionis Principis de Canino, nunc in antiquario numismatico Parisino; Satyrus rhythum tenens; in externa parte ephēbus bacillum tenens; descripsit Dubois Notice d'une collection de vases peints du Prince de Canino, n. 180. cf. Musée étrusque du Pr. de Canino tab. nominum priorum.

Χέλ[ε]υς ἐποίησ[ε]ν.

Idem artifex n. 8318. 8320.

8320.

In cylice fig. rubr. collectionis Pr. de Canino; repraesentatur ephēbus ἀλτῆρας tollens, in externo discobolus, duo luctatores et tres ephēbi; in aversa parte duo ephēbi equos tres ducentes; sub ansis pisces; descripsit Dubois Notice d'une collection de vases peints du Pr. de Canino, n. 224. (Notice d'une collection de vases peints tirés des fouilles faites en Etrurie par feu le Pr. de Canino, Par. 1845. p. 26).

Χ[έλ]υς ἐποίησεν.

Idem artifex n. 8318. 8319. Aliud eiusdem artificis vasculum, in quo Mercurius et Apollo repraesentantur de lyra certantes, commemorat Panofka (Arch.

Zeitg. 1846. n. 39. p. 241.) Act. Acad. Berol. 1848 p. 157. Cf. Annal. de l'Inst. arch. Vol. III. p. 74. not. 706. I. de Witte Revue de philol. T. II. p. 403.

8321.

Sub pede cylicis fig. rubr. in qua picti sunt Satyri, coll. Pr. de Canino; descripta est in Catal. di scelte antichità etrusche trovate negli scavi del Pr. di Canino p. 29. n. 275. Musée étrusq. du Prince de Canino p. 42. n. 275. Stuart Archaeol. Brit. Vol. XXIII. p. 146. Cf. Gerhard Rapp. Volc. n. 648*.

Artificis nomen elementis subesse viderunt viri docti. Et ἐγράφε in extremis exsculpsit R. Rochettus. Itaque Amati (Osservazioni sui vasi etruschi p. 12) sibi visus est videre Ζευξιάδης, in quo neque O. Muellnerus (Comment. p. 41) ei consensit neque alius quisquam facile consenserit. Quo magis mirum quod R. Rochettus (Lettre à Mr. Schorn ed. alt. p. 63 sq.) in conservando nomine Zeuxiadis perstitit quod ex catalogo artificum extirpandum esse recte censuit I. de Witte Revue de Philol. Tome II. p. 389). Variis apographis inter se comparatis non sine specie probabilitatis divinare licebit: Αινεάδης ἐγράφε. Aeneadem pictorem habes n. 8123.

8322.

In cylice fig. rubr. coll. Northamptonis; inscriptionem ab I. de Witte communicatam citat Comes Clarac in Catalogo suo artif. p. 263. Nihil restat nisi ΟΔΟΡΟΣ ΕΡΠΑΘΣΕΝ . . . ὀδωρος ἐγραψεν, quod nomen certa ratione restitui non potest: Ἀστυνόδωρος, Ἀπολλόδωρος, Διόδωρος, Θεόδωρος et similia.

8323.

In cylice fig. nigr. collectionis Feoli, foliis hederaceis ornata; descripsit Campanari Vasi dipinti della coll. Feoli, n. 160 unde citat I. de Witte Revue de Philol. T. II. p. 417.

In altera parte legitur ΕΥΚΛΕΥΣ : ΕΥΓΟΙΕΣ ΚΥΝΕ, in altera ΕΜΕΣΥΓΟΙΕΚΕΛΒΕΜΕΝΕΣΕ i. e. ut videtur, Εὐκλῆς ἐποίησεν ἐμέ, ἐποίησεν ἐμέ. Nomen Eucles subesse etiam I. de Witte coniecit. Pictor male sanus bis delineavit ἐποίησεν ἐμέ, insertis hinc inde aliis elementis atque syllabis. De syllabis repetitis cf. n. 7822. 8180 cet.

8324.

In cylice pinac. Monacensis, ed. Micali Monum. ined. p. 255. n. 2. Cf. R. Rochette Lettre à Mr. Schorn ed. alt. p. 449. I. de Witte Revue de philol. II. p. 386.

Ex apographo quod ferebatur: ΕΥΚ + ΑΤΕΙΣ . . . ΙΕΣΕΝ Eucratidis pictoris nomen videbatur eruendum esse. Sed hoc vasculum, ut sero intelleximus, idem est quod n. 8209. c. proposuimus.

8325.

In cylice fig. rubr. coll. Candelor. nunc in pinacotheca Monacensi. Hermes currens; in externa parte iuvenes ludentes. Descripsit O. Jahn Vasensammlung K. Ludwigs p. 320. n. 1096.

a) Ἐρμῆς. b) Κυδι[ας]. Καλλίας. Μαν[τ]ί[σ]εος.

Postremum nomen sub ansa scriptum est, ita ut fortasse pro artificis nomine haberi possit, ut simili loco Brylus, Euxitheus, Hieron nomen suum ponere solebant. De omisso verbo cf. n. 8142. 8231.

Ante nomen Cydiae, quod hic sicut in vasc. 7857. ephēbo lyristae adscriptum est, alius nominis, ut Eὐκλῆς, quaedam vestigia (ΛΕΣ) supersunt.

8326.

In vase grandi fig. nigr. alb. violac. collect. Princ. de Canino; in ora vasis decem aves, idem in secunda zona, deinde quadrigae cet. Descriptum est Mus. étr. p. 156. n. 1707. Catal. di scelte antichità p. 149 n. 1707. Stuart Archaeol. Brit. Vol. XXIII. p. 245.

In ora vasis quae scripta sunt, legeris: ΜΕΞΕΦΑΝΕΒΑ ΖΕΔΙΜΟΦΥΜ Μυρμιδὼς ἐγραψεν; in altera parte videtur esse ΜΕΞΕΦΑΝΕΒΑ ἐποίησεν, in ductibus ΛΔΟΛΣ latet nomen figuli. In extrema pictura quid voluerit pictor, non potest extricari.

8326. b.

In cylice fig. rubr. reperta Anxiae (Anzi) in Lucania; descripsit Minervinus Bullett. arch. Nap. I. p. 27. Cf. IV. p. 20. Bullett. d. Inst. arch. Rom. 1843. p. 57. Archaeol. Zeitg. 1843. p. 78. R. Rochette Lettre à Mr. Schorn ed. alt. p. 449. I. de Witte Revue de Philol. II. p. 387.

Si fides habenda est apographo (ΕΡΟΙΕΣΕΟΙΝΙΕΣ), deletis ductibus I et I dixeris procedere ONES, ut sit ἐποίησε Ὀνήσιμος. Onesimus artifex est n. 8205. Reliquis (ΕΟΙΕ ΕΟΙΕ) nihil inest nisi syllabae verbi ἐποίησε repetitae. Cf. ad n. 8323.

8327.

Sub pede cylicis fig. rubr. collect. Pr. de Canino; Satyrus et in altera parte quatuor mulieres, duo viri; descripta est Cat. di. scelte antich. p. 34. n. 294. Musée étr. du Prince de Canino p. 44. n. 294. Stuart Archaeol. Brit. Vol. XXIII. p. 151. Cf. Gerhard Rapp. Volc. n. 648*. 730**.

Interpretabantur σαρδανσαπυς ἐποίησεν in quo inesse Σαρδανάπαλος putabatur. Alii inesse ἐπινοει censebant (R. Roch. Notice de l'ouvrage intitulé Cat. di. scelte antichità etrusche cet. p. 6. Journ. d. Sav. 1850). Ego invenio ΑΛΛΟΘΑΝΔΡΟΣ ΕΡΟΙΕΣΕΜΕΕΡΟΙΕ quod est Ἀλλόθανδρος ἐποίησε ἐμέ. ἐποίησεν ἐμέ.

8327. b.

In cylice sine figuris Romae in mus. Gregoriano; descripsit Panofka in Gerhardi Diar. archaeol. VII. (Denkm. u. Forschungen), 1849 p. 79 sq. ΕΡΟΙΕ ΑΟΝΑΟΝΑΣΕΑ. Panofka legebat ἐποίησι Ἄων ὁ Νασέα, proponens etiam Ἄων ὁ Ὀνασέα. Cf. Osann. Zeitschrift für Alterthumsw. 1855. p. 4. Ex his solum ἐποίησι verum est; reliquae litterae aut male transcriptae sunt, aut temere congestae a pictore. Cf. Jahn Vasensammlung K. Ludwigs p. CV, 760.

8328.

In cylice fig. rubr. collect. Durandi; repraesentatur interior Satyrus, extrinsecus Satyri plures; descr. I. de Witte Cat. Dur. n. 143.

ἐποίησεν in utraque parte.

Omissum nomen artificis. Comes de Clarac Catal. d. art. p. 193 id nomen putat repraesentari argumento picturae, quo quum contineantur Satyri,

nomen artificis Σάτυρος sibi visus est posse effingere. Sed etiam alias omisum nomen est, id quod R. Rochett. (Lettre à Mr. Schorn p. 65) incuriae opificum tribuendum censet approbante I. de Witte (Revue de philol. T. II. p. 388). Cf. n. 8329. 8330.

8329.

In cylice fig. flav. collect. Bassegg. Duo heroes tesseris ludentes coram Minerva; intus Silenus et cerva. Edidit Gerhard Auserles. Vasenbilder III. tab. CXCv. CXCvI. unde citat Welcker Alte Denkmäler III. p. 13. n. 18.

a) Ἱππαρχος καλός. b) ἐπο[ί]ησεν.

De Hipparcho cf. n. 7578. 8159. 8163; de nudo verbo ἐποίησεν vide ad n. 8330. Pictor fortasse intelligendus est Epictetus, qui fecit etiam n. 8159. 8163, etsi ibi dedit ἔγραψεν.

8330.

In vasculis duobus coll. Principis de Canino; descripta sunt Mus. étr. du Pr. de Canino n. 793. 1824. Réserve étr. coupes à figures jaunes n. 17. — Inest nihil nisi ΕΡΟΙΕΣΕΝ ἐποίησεν. Cf. ad n. 8328. 8329. 8331.

8331.

In vasculo coll. Durandi; descr. I. de Witte Cat. Dur. n. 107. Insunt litterae ΠΟΖΕΝΟΖΝΟΖΕΝΟΖΕ. Hinc Rad. Rochett. Lettre à M. Schorn ed. alt. p. 57. exculpit ΠΟΟΕΙΝΟΣΕΡΟΕΣΕ, iure obloquente I. de Witte (Revue de Philol. II. p. 495). Inesse potest ἐποίησεν, sed tota inscriptio male picta est.

8332.

In vase fig. rub. collect. Candelor. nunc in pinac. Monacensi; citavit Gerhard Rapp. Volc. p. 172. n. 661. descripsit O. Jahn Vasensammlung K. Ludwigs n. 22. — Nihil liquet nisi ἐποίησεν.

8333.

In cylice fig. flav. musei Vaticani. Tres homines Herculi quadrigam instrumentes, alii vasa et suppellectilem apportantes; intus tibi-cina. Descripta est in Museo etr. Gregoriano P. II. tab. LXXXIV. 2. Ter ἐποίησεν omisso nomine; cf. n. 8329. 8330.

8334.

In hydría e Lucania reportata fig. rubr. in museo Berolinensi. Vir in ocladia sedens, ex adverso mulier velata, assidet senex baculum tenens; explicabatur primum de ἀναγνωρίσει Ulyssis et Penelopes, mox de Ulyssis apud Achillem adventu. Descripserunt Panofka Kunstbl. 1825. n. 78; idem in Gerhard. Hyperb. Röm. Stud. I. p. 182 sq. Gerhard Berl. ant. Bildw. I. p. 256. n. 884; edidit et tractavit Panofka Annal. d. Inst. arch. Rom. Vol. XXI. 1849. p. 255. tab. I. ubi tamen litterae non satis accurate redditae sunt.

Inscriptionem ad cultum funebrem referendam putabat Panofka legens χοςος θετες, quibus tamen vocibus non aperuit quem sensum inesse putaret. Elementa ut in tot vasculis similibus mire turbata sunt, falsa rectis temere mixta. Supra pictum est ΟΙΝΚΣ, ubi habes elementa perverse composita quae efficiunt ΝΙΚΟΣ. Infra ad dextram est ΘΕΝΕΣ ΘΕΝΕΣ, ad sinistram [ΕΡ]ΟΕΣΕ; habes igitur Νικος-θένης ἐποίησε, in quo repetitae sunt ultimae syllabae nominis; de Nicosthene artifice cf. n. 8241 sq. Potest etiam alius artifex Nicosthenis nomen male imitatus esse; pictura enim notissimo pictori parum convenit.

8344. c.

Sub vase, quod inter oxybapha referunt Panofka et Gerhardus; edidit Panofka Recherches sur les noms des vases cet. Tab. 6, 8. citat Letronnius l. c. p. 17. 20.

Ὀξύβαφα Δ Δ. Cf. n. 8344. b.

8345.

Sub pede amphorae fig. nigr. collectionis Pr. de Canino, ubi femina in tauro sedens praecedente sacerdote et Minerva inter Bacchum et Apollinem; edita est Muséum étrasq. p. 158. n. 1710. Cf. Jahn Vasensammlung K. Ludwigs p. LXXXVII, ubi habet ἀρυσίδες.

Ἀρυσ[τ]ίδες.

Accedunt alia signa, quorum pars redit n. 8345. k. 8345. s. Rectum vidit Letronnius Suppl. aux observ. sur

les noms des vases grecs, p. 21. qui praeterea legebat λῆ, nescio quam vere. Ἀρυστις (vel ἄρυστις) est i. q. ἀρυσάνη, ἀρυστήρ, ἀρυστιχός, ἀρυστανα, de quibus vide Letronn. Observat. sur les noms des vases Gr. p. 48 sq. cf. Ussing de nominibus vasorum p. 105 sq.

8345. b.

Sub pede vasculi, in quo noctua et rami, collectionis Raphaelis Baronis Napolitani; edidit Minervini Bullett. arch. Napol. III. p. 72. tab. III. 18. Videtur idem esse, quod inter vasa musei Berolinensis descripsit Gerhard. Neuerworb. Denkm. n. 1999.

Γλαῦ(κες) Δ Δ III

Sic enim recte Minervinus interpretatur litteras ΓΛΑΥ, signum ≈ pro interpunctione habens, A pro

symbolo fabricae. Videntur igitur notari vascula γλαῦκες dicta numero viginti quattuor. Vasculis nomen dederit noctua picta, quemadmodum tetradrachma Attica cum imagine noctuae γλαῦκες appellabantur (Hesych. s. v. γλαῦξ, cf. Aristoph. Av. 1106).

8345. c.

Sub pede cylicis Nolanae collectionis Pourtalès; descripsit Dubois descr. d. antiq. de Mr. le Comte de Pourtalès-Gorgier p. 97. n. 463. tractavit Letronnius Journ. d. Sav. 1840. p. 427—430. Citat Jahn Berichte d. K. Sächs. Ges. der Wiss. 1854. p. 37. b.

Ἰχθυαί Δ IIII T Δ II

Notantur vasa ἰχθυαί dicta quattuordecim, quae venduntur drachmis XII. Nomen vasorum non magis notum adhuc fuit quam γλαῦξ (8345. b.). Videntur igitur ἰχθυαί vasa esse piscibus apponendis idonea. Neque opus est ut cum Minervino l. c. coniiciamus vas nomen traxisse a piscibus in eo pictis. Pretium non leve est, si quidem singula $\frac{6}{7}$ drachmae sive 5

obolis et uno χαλκῷ vendebantur; unde supellex fuerit non mediocris. Ceterum haec quoque notatio docet inscriptionem nihil commune habere cum vasculo, cui inscripta est. Nam vasculum hoc minutum est neque eiusmodi, ut possit pro vase piscario haberi. Monogramma ex A et Π compositum quid significet, non liquet. Similis cylix, nisi eadem, est illa Nolana apud Bettium Neapol. unde Panofka in Gerhardi Archaeol. Zeitung 1848. p. 248. enotavit IXΘYA ---. T est τιμή; cf. 8344. 8346. b.

8345. d.

Sub pede crateris, in museo Vindobonensi; repraesentatur Orestes et Iphigenia ad aram, in qua Omphalus, extra templum Pylades; descripsit Arneht Das K. K. Münz- u. Antiken-Kabinet, Wien 1845. p. 17. n. 16.

Κρατήρ[ες] - - -

8345. e.

Sub pede vasis collectionis Beugnot, quod repetivimus n. 7483. Citavit Letronnius Observat. sur les noms des vases p. 82. Suppl. aux Observat. p. 21.

Κυάθρα Δ.

Forma diminutiva est κυάθιον s. κυάθειον, alias κυάθις, quae nunc scripta est κυάθειον. Κυάθος notum vasculum potorium. Cf. Letronnius l. c. p. 71. Ussing de nominibus vasorum p. 111.

8345. f.

Sub pede vasis collectionis Pr. de Canino, quod formam habet amphorisci; descripsit Letronnius Observat. sur les noms des vases gr. p. 82.

Κυά(θοι) aut κυά(θίδες) - - Cf. n. 8345. e.

8345. g.

Sub pede vasis (amphorae) collectionis Pourtalès; descripsit Letronnius Note sur deux noms de vases grecs Journ. d. Sav. 1840. p. 430. Cf. Collect. de M. le Comte de Pourtalès-Gorgier n. 318.

Μακρὰ IIII.

Notantur ἀγγεῖα μακρὰ quattuor, quae qualia fuerint, non constat.

8345. h.

Sub pede paterae Nolanae collectionis Raphaelis Baronis Neapolitani; edidit Minervini Bullett. arch. Napolit. V. p. 22.

Μεγάλαι ποδ(ανιπτῆρες) ΓIII.

Recte explicat Minervinus, qui confert huius operis Vol. II. n. 3071. λεκάνην ἐς ποτήρια καὶ ἄλλην ποδανιπτῆρα. Intelligendum igitur μεγάλαι λεκάναι ποδανιπτῆρες. De λεκάνη. cf. Ussing l. c. p. 118 sq.

8345. i.

Sub pede fragmenti cylicis Cumanae, in qua fuit figura adolescentis strigilem tenentis; edidit Avellino Bullett. arch. Napol. II. p. 25. tab. I. n. 6.

Editor putabat esse ΗΕΛΠΟΙ aut ΗΕΛΠΟΙ nomen vasis alicuius, derivandum illud a voce ἔλπη. Sed videtur fuisse ΓΕΛΠΟΙ ΔΔΔ, fuerit igitur ita dictum quoddam vasculorum genus et notantur eiusmodi vascula numero XXX.

8345. k.

Sub pede vasis (hydriae) fig. nigr. collectionis Pr. de Canino; Museum étrusque p. 163. n. 1821. citaverunt Letronnius Suppl. aux Observat. sur les noms des vases p. 21. Jahn Bericht. der K. Sächs. Ges. d. Wiss. 1845. p. 38.

Inest Χυτρία aut Χυτρίδ(ες). Ex litteris ΚΛΥΤ Letronnius exculpit $\overline{\kappa\gamma}$, quod valde incertum est, fortasse subest KVA ut n. 8345. f. Reliqua sigla apparent n. 8345. 8347. Ad latus adscriptum videtur ὀξ[ιδ]ε[ς] -- de qua voce cf. n. 8344. 8345.

8345. l.

Sub pede vasis grandis fig. flav. coll. Pr. de Canino, in quo Peleus Thetidem rapiens repraesentatur; Mus. étr. p. 112. n. 1194.

Apparet numerus ΔΔIII. Sed quod praecedit, non facile expedies. Supra ΧΙΓΑΕΝΟΝ legebat O. Muellerus; fuerit potius ΓΗΑΙΝΟΝ i. e. πῆλιπον. Similis notatio habetur n. 8345. m.

8345. m.

Sub pede vasis grandis fig. flav. collect. Pr. de Canino. Inest Minerva cassidem dextra tenens, altera hastam. Mus. étrusque p. 112. n. 1198.

Nihil certi definiri potest, etsi similis notatio est 8345. l. ΤΙΓΕΝΟΝ legebat O. Mueller; fuit fortasse ut supra ΓΗΑΙΝΟΝ i. e. πῆλιπον.

8345. n.

Sub pede vasis (amphorae) in aedibus Vaticanis; edidit Passeri Vas. Etr. III. tab. 237. accuratius Panofka Recherches sur les noms des vases p. 8. tab. VI. 3. Citaverunt Letronnius Suppl. aux observ. sur les noms des vases p. 22. et Jahn Bericht. der K. S. Ges. d. W. Phil. Hist. Cl. 1845. p. 38.

ῥδρίας - - -

Intercidit numerus. Accusativum puta pendere a verbo suppresso. Cf. n. 8345. o. De hydria cf. Letronn. Observat. cet. p. 9. 10. 19. Ussing l. c. p. 43 sq.

8345. o.

Sub pede vasis (hydriae) collectionis I. de Witte; citarunt Raoul-Rochette Notice de l'ouvrage intitulé Catalogo di scelte antichità etrusche cet. (Extr. du Journ. d. Sav. Févr. et Mars 1830.) p. 5. not. 3. Letronne Suppl. aux Observations sur les noms des vases p. 22. Jahn l. c.

ῥ[δ]ρίας IIII.

In vasculo est ΥΡΙΑΣ. Puta fuisse ΗΥΔΡΙΑΣ ut n. 8345. n.

8345. p.

Sub pede vasis collectionis Blacas; citat R. Rochette Notice de l'ouvrage intitulé Catalogo di scelte antichità cet. p. 5. cf. Panofka Rech. sur les noms des vases p. 8. tab. VI. 4.

ῥδρί[αι - -] aut ῥδρί[ας - -].

Cf. n. 8345. n. 8345. o.

8345. q.

Sub pede vasis grandis fig. flav. collectionis Pr. de Canino quod descripsimus n. 7748; Mus. étr. p. 154. n. 1693.

Videtur esse ῥδρί(αι) - -

8345. r.

Sub pede vasis grandis fig. nigr. collectionis Pr. de Canino, quod descripsimus n. 7851.

Ἄρ - - -

Subesse nomen proprium videtur, fortasse idem quod habetur n. 8336. aut nomen vasculi ut n. 8345.

8345. s.

Sub pede vasis grandis fig. nigr. collectionis Pr. de Canino, repraesentatur Pluto Proserpinam rapiens; Mus. étrusque p. 153. n. 1690.

Ἰδρία - - -

Reliqua sigla apparent etiam 8345. 8345. k. 8347.

8345. t.

Sub pede crateris Nolani collectionis Raphaelis Baronis Neapolitani; descripsit Minervini Bullett. arch. Napol. V. p. 22. Numerus videtur esse ΔΔΙΙΙ i. e. viginti tria. Quid reliquis siglis subsit, non liquet.

8345. v.

Sub pede vasculi Cumani; edidit Avellino Bullett. arch. Napol. II. p. 25. tab. I. n. 7. — In forma \approx Avellinus bene K supinum agnoscit, cui subesse potest κύλιες vel κρατῆρες vel aliud vocabulum simile. Numerus est ΓΙΙΙΙ i. e. VIII.

8345. x.

Sub pede cyclicis coll. Raphaelis Baronis Neapolitani; edidit Minervinus Bullett. arch. Napol. III. p. 72.

Apparet nihil nisi numerus ΓΙΙ i. e. VII Syllabae quae praecedit ΑΙ Minervinus credebat subesse αἰετοί, nomen vasculi ex genere ῥυτῶν (Panofka Rech. sur les noms des vases p. 52). Parum probabiliter, quum initio deesse possint litterae aliae, quae complebant vocabulum longe aliud, ut ΗΥΔΡΙ]ΑΙ.

8346.

Sub pede vasis Vulc. (στράμνου) in quo repraesentantur filiae Peliae fig. rubr. in museo Berolinensi; descripsit Gerhard Archaeol. Zeitung 1846. p. 570; inscriptionem ibidem tab. XLIII. lapidi incisam tractavit Boeckhius p. 571. Cf. O. Jahn Bericht. der K. Sächs. Ges. d. Wiss. Phil. Hist. Kl. 1854. p. 37.

Ἔὰ Λύδια μείζω κε, λεπαστίδες κζ.

Boeckhius conicit notari vasis capacitatem duplici mensurae modo, monens ὡν olim pro mensura fuisse (Bernard. de Mens. et pond. p. 10), quae quum initio satis exigua fuisset, deinceps maioribus vasis in speciem ovi effectis et ipsa ampliata esse posset; id quod factum esse praesertim in Oriente ex ὡν χρυσῶ quo vinum regi Persarum temperatum esset (Athen. XI. p. 503. F.) colligit. Ex eodem vasculorum ovatorum genere repetendam esse vocem ὡσκούφιον (vid. Athen. XI. p. 488. F. 503 E; cf. Ussing de nom. vasorum p. 133). Videri igitur fuisse duplicem mensuram ὡν Λύδιον μείζον et ὡν Λύδιον ἔλαττον. Vas, cui addita sit inscriptio, capere ἔὰ Λύδια μείζω κε sive λεπαστίδας κζ. Rationes autem Boeckhii sunt hae: „Der Inhalt der Vase bis an den Hals beträgt $10\frac{1}{4}$ Berliner Quart, bis an den Rand 12 Berl. Quart. $1\frac{3}{4}$ Quart in der Berechnung wegzulassen scheint unzulässig, dagegen muß doch einiger Raum oben für die Einpassung des Deckels abgerechnet werden. Dafür mag man etwa sechs Kubikzoll rechnen. Ein Berl. Quart beträgt 57,728 Pariser Kubikzoll; die Vase hält also 692,736 Par. Kubikzoll, oder, wenn man gegen 6 Kubikzoll für die Einpassung des Deckels abzieht, 687 Kubikzoll. Davon ist das ὡν der 25ste Theil, die λεπαστίς der 27ste; also beträgt das ὡν Λύδιον μείζον 27,48 Kubikzoll, die λεπαστίς 25,81 Par. Kubikzoll. Um diese Masse mit dem Attischen und Römischen vergleichen zu können, muß

man den Inhalt des Attischen Metretes kennen; dieser ist aber nicht genau bestimmbar. In den metrologischen Untersuchungen S. 278 f. habe ich ihn auf zwei verschiedene Arten bestimmt, zu ungefähr $199\frac{1}{4}$ und zu ohngefähr 1969 Par. Kubikzoll. Der 72ste Theil davon ist das Attische Dikotylon, der ξέστης oder Römische Sextarius, welcher folglich nach ersterem Ansatz 27,7, nach letzterem 27,35 Paris. Kubikzoll beträgt. Es ist also klar, daß das größere Lydische ὡν ziemlich genau ein Attischer Dikotylon oder Römischer Sextarius, die λεπαστίς aber ein etwas kleineres Maas ist. Am angeführten Orte S. 280 habe ich Attische Gefäße von 1832 Pariser Kubikzoll nachgewiesen; betrachtet man dieses Maas als einen kleineren Metretes, so beträgt davon das Dikotylon 55,44 Pariser Kubikzoll, also ziemlich soviel als die λεπαστίς.“

Haec coniectura etsi probabilis multis videbitur, verendum tamen est, ne nimium tribuerit vir doctissimus inscriptioni, cui nihil aliud potest subesse nisi mandatum, ut conficiantur vascula ἔὰ Λύδια μείζω et λεπαστίδες dicta, qualis sensus plurimis subest notationibus figurorum similibus adhuc repertis. Λεπαστίς est quaedam φιάλη s. κύλιξ λεπαστή (cf. Ussing de nom. vas. p. 152 sq.); de altero autem nomine praeter ὡσκούφιον et ὡν χρυσῶν conferri iubet Boeckhius Critiae apud Athen. X. p. 432. fragmentum: μηδ' ἐπὶ δεξιτερὰν Χεῖρα κυκλῶν Θασίου ἄγγε', ἃ

Αυδὴ χεῖρ Ἀσιατογενῆς [ἑτέρευσεν?]. Monogramma autem mis ductibus compositum \mathfrak{R} aliis vasculis in Mus. \mathfrak{R} quod initio est, eidem ita videtur expediendum Monac. Britann. etc. redit; cf. Jahn l. c. p. 37. esse, ut subsit $\omega\acute{\alpha}$. Sed siglum iisdem vel similli- not. 37.

8346. b.

Sub basi vasculi $4\frac{6}{8}$ poll. alti in museo Berolinensi, in quo vasculo insunt duo ephēbi Nolani, quorum alteri libationem affert femina; descripsit Gerhard Neuerworbene Denkmäler l. p. 30. n. 1605; inscriptionem tractavit Letronnius Suppl. aux Observ. sur les noms des vases p. 25.

ΔΔΔΙΙ· τιμή ΕΕΙΙΙΙ

Significatur vasa XXXII eiusdem generis, cuius lis $4\frac{1}{2}$, ut vidit Letronnius. Itaque singula semi- est id in quo inscriptio est, venire drachmis 2, obo- obolo venibant.

8346. c.

Sub pede amphorae fig. nigr. coll. Beugnot., in qua Hercules tripodem rapiens. Descr. l. de Witte Catal. Beugnot. n. 33.

Nota est ΑΕΥΗ de qua variae fieri coniecturae possunt, prout a sinistra aut a dextra legas. Potest esse ΑΡΥ (ἀρύστιδες) Η (cf. 8345) aut ΗΑΓΛΑ ἀπλᾶ (cf. 8346. n.)

8346. d.

Sub pede amphorae Vulc. fig. nigr. coll. Magnoncourt, in qua Hercules taurum Cretensem domans; descripsit l. de Witte Descr. d. vases peints cet. de la coll. Magnoncourt p. 26. n. 35.

Vide ne numerus sit ΔΔΙΙ i. e. XXII, cui quod praemittitur ΕΥ initium fuerit nominis vasorum ex. c. ποῦνα (Ussing de nom. vas. p. 56 sq.).

8346. e.

Sub pede vasis musei Blacas; citat R. Rochett. Notice de l'ouvrage intitulé Catal. di scelte antichità etr. cet. p. 5. cf. Panofka Recherches sur les noms des vases p. 8. Tab. VI, 5.

Notae ΚΑΑ putatur inesse κάλπις. Si hoc vocabulum intelligi potest, legendum potius κάλ(πιδες) — sed videtur aliud subesse.

8346. f.

Sub pede vasculi ansati Nolani e collectione Raphaelis Baronis; edidit Minervinus Bullett. arch. Napol. V. p. 22, qui notae ΚΟΙΓ κοτύλας aut κόγγας subesse arbitrabatur.

8346. g.

Sub pede vasculi mus. Brit. n. 603 legitur ΚΥΛΙΦΑ : Κ.

8346. h.

Sub pede crateris, in quo noctua, e collectione Raphaelis Baronis; ed. Minervinus Bullett. arch. Napol. V. p. 22.

Sigla sunt ΛΑ ΑΛ, ubi de $\lambda\alpha$ ἀλεια aut ἀλάβαστροι cogitatum est.

8346. i.

Sub pede vasculi fig. nigr. collect. Principis de Canino; insunt feminae duae tunicis indutae, in altera parte adolescens lyram pulsans inter duas feminas.

Fuerit ΛΕΔΙ i. e. λε(παρταῖ) ΔΙ (h. e. XI). Potest esse etiam λεπαστιδες quae vox habetur n. 8346.

8346. k.

Sub pede vasculi in museo Britannico n. 463.

Δήκυ(δοι) λδ. λη

Eiusdem generis sunt notationes ΛΗΚΥ : ΙΓ : ΙΑ, lorum, posteriore pretium significari coniicit, ut ΛΗΚΥ : ΚΘ : ΛΗ, quas e vasculis musei Monacensis ipse fatetur, res prorsus incerta est. Cf. denique va- enotavit Jahn. Berichte d. K. Sächs. Ges. der Wiss. sculum Monac. n. 501, cui subscriptum, ut videtur, 1854. p. 37; ubi quod priore nota numerum vascu- $\overline{\Lambda\eta}$ λήκυ(δοι).

8346. l.

Sub pede paterae Nolanae collectionis Raphaelis Baronis; edidit Minervinus Bullett. arch. Napol. V. p. 22.

Litterae sunt ΠΤΡΙ quas Minerv. explicabat Π τρίρεις aut τρίποδες, siquidem et τρίρης magna patera fuisse videtur (vide Ussing. de nom. vas. p. 153) et τρίποδες lebetes esse possunt tribus adminiculis fulti (vid. Ussing. l. c. p. 97). Res incerta.

8346. m.

Sub pede vasis grandis fig. nigr. coll. Princ. de Canino. Bacchus inter Satyros et Maenades. Mus. étrusque p. 41. n. 269.

Apparent litterae ΕΥ : Α ΕΥ, quibus num interiectio subsit εῦα non liquet.

8346. n.

In ansa amphorae fig. nigr. collect. Pourtalès, in qua est lepus cum duobus canibus. Descr. Dubois Descr. des ant. de M. le Comte de Pourtalès-Gorgier p. 92. n. 403.

Nescio an idem sit vasculum apud Tischbein. fol. 15 a. Part. IV. n. 6. ex quo in schedis Boeckhii enotatum invenio ΑΓΛΟΝ ἄπλον, sicut in ansa amphorae. Ceterum quo referenda sit haec figuli notatio, non liquet.

8347.

In ore vasculi ex Etruria reportati fig. rubr. in museo Berolinensi; inest Hercules cum leone; descripsit Gerhard Neuerworbene Denkmäler II. p. 27. n. 1660.

Litterae sunt perspicuae ΙΟΕΙ-ΘΑΔ, sensus obscurus.

8347. b.

Sub pede vasculi, quod in catal. Magnoncourt n. 35. citatur, apparent haec ΓΥΑΑ II, ubi ΓΥΑΑ legendum esse putat Jahn (Berichte d. K. S. Ges. d. Wiss. 1845. p. 38. n. 38) et intelligendas esse γυάλας. cf. Athen. XI. p. 467.

8347. c.

In capsula fictili, rotunda, nigro colore obducta, quam ex Graecia in museum Lugduno-Batavum transportatam edidit Ianssenius Mus. L. B. Inscr. p. 59. A. A. tab. VI.

Intus est Δ† quo videntur significari undecim drachmae; extrinsecus ΙC.

Alias notationes figulorum, quae aut singulis paucisve litteris constant aut monogrammaticis, quoniam explicari non possunt, satis habuimus, ex variis collectionibus compositas, in tabulis huic fasciculo adiunctis, sub eodem numero proponere.

PARS ALTERA.

CAPUT PRIMUM. MYTHOLOGICA.

8348.

In cylice figuris rubr. in museo Britannico; insunt nuptiae Thetidis in altera parte, in altera Bacchus et Ariadne. Cat. Vas. Mus. Brit. n. 811*. Edidit Gerhard Trinkschalen und Gefäße Tab. H.

Ζεύς. [Γα]νυμήδης. Ἥρα. Ποσειδῶν. Ἀ[μφι]τρι[τή]. Διόνυσος. Ἀριάδν[η]. [Κ]ῶμος. Ἀφροδίτη. [Πλ]ούτων. Περσέφα[ττα].

Nota scripturae inconstantiam, inter litteraturam ptum sit. De extremo nomine varie scripto cf. n. 7434. antiquiorem et recentiore variantis, ita ut in eo- et Jahn Vasensamml. K. Ludwigs p. CLXXXVII, 1257. dem vasculo ΓΑΝΥΜΕΔΕΣ et ΑΜΦΙΤΡΙΤΗ scri-

8348. b.

In cratere fig. rubr. Rubis oriundo ex collectione Santangelo. Iuppiter in throno sedens, ex adverso Iuno velata, medio loco Venus et Himerus; pone Iovem Mercurius, Apollo, Diana; infra pictura bacchica. Descripsit Panofka in Gerhard. Archaeol. Zeitung 1848 p. 17 sq.

Ἑρμῆς. Ζεύς. Ἴμερος. Ἥρη.

8348. c.

In vase Nolae reperto, collectionis Hamiltoni; aquila puellam in sublime rapiens. Edidit Tischbein Vas. d'Hamilton T. I. tab. XXVI. ed. Flor. T. I. tab. XXIV. ed. Par. ubi est ΘΑΑΣ; repetierunt Panofka Zeus und Aegina, Berlin 1836 et Lenormant et I. de Witte Elite des monum. céramograph. I. tab. XVI. p. 31.

Θαλία sive Θάλ(ε)ια.

Aen. IX. 584.), ut interpretantur Lenormantus et I.

Puella rapta a Iove est Thalia Palicorum Sici- de Witte probante O. Iahnio Vasenbilder p. 29. liensium mater (Macrob. Sat. V. 19. Serv. ad Virg. Aliter explicaverat Panofka.

8349.

In phiala fig. rubr. collectionis Feoli; repraesentatur Iuno; in externo latere Venus sedens cingulum tenens, cum Gratiis, ut videtur, et Horis; descripsit Campanari Vasi della collezione Feoli n. 61.

Ἥρη.

Καλή.

Scriptura ΗΡΗ aetatem prodit, qua litteratura Ionica usu recepta est.

8350.

In cylice fig. flav. Agyllae (Caere) reperta collectionis Basseggio; Iuno sedens sceptrum tenens, pateram porrigens Titani Prometheus adstanti; in externo latere Bacchus Vulcanum in coelum reducens; descripsit Gerhard Arch. Zeitung 1846. p. 287 sq. Edidit Braun. Monum. d. Inst. V, 55; Annali d. Inst. XXIII, 279 sq.

Ἥρα.

Προμηθεύς.

In scribendo nomine ΠΡΟΜΗΘΕΣ inest quaedam antiquitatis affectatio, nisi putaveris nomen ΗΡΑ pictum esse ommissa littera E, ut sit ΗΕΡΑ.

8351.

In cratere fig. rubr. prope locum Bari in Apulia reperto, nunc in Museo Britannico; repraesentatur parodia mythologica ex comœdia Siciliensi adumbrata (cf. Lenormant et L. de Witte *Elite d. mon. céramogr.* I. p. 95 et infra n. 8359); coram Iunone in throno sedente Vulcanus et Mars inter se dimicaturi. Ediderunt Mazochius *Tab. Heracl.* p. 157. Passerius *Pict. Etr. tab. CCLV.* D'Hancarville *Antiq. étr. gr. et rom. tirées du cab. de M. Hamilton, Vol. III. tab. CVIII.* sine inscriptionibus, accuratius Lenormant et L. de Witte *Elite des monuments céramogr. I.* Cf. Millin *Gal. myth.* XIII. 48. Visconti *Mus. P. Clem.* IV. p. 85 sq. ed. Mil. Müller *Enchirid. Archaeol.* §. 567. 5. Jahn *Vasensammlung K. L.* p. xxxix, 218; cxvii, 855. — Birchius (*Bullett. del Inst.* 1850. p. 9) de antiquitate inscriptionis dubitat.

Δαίδαλος. Ἥρα. Ἐνυάλιος.

Δαίδαλος est Vulcanus, Ἐνυάλιος Mars. Nota insolentem scripturam Ἐνευάλιος, quam Osannus (*Revision der Ansichten über Ursprung und Herkunft der gr.*

Vasen p. 66) putavit reponendam esse huius operis Vol. I. n. 1221. pro ΕΝΟΙΑΛΙΟΥ; male; ibi enim Υ repraesentatur ex more diphthongo ΟΙ. Sed ΕΝΕΥΑΛΙΟΣ videtur esse ΕΝΕΥΑΛΙΟΣ inserto F pro ΕΝΥΕΑΛΙΟΣ. Deae nomen scriptum est ΗΡΑ.

8352.

In vase fig. flav. collectionis Lamberg; repraesentatur Neptunus Amymonem persequens; adsunt Venus et Amor. Edidit De Laborde *Vases de la collect. Lamberg I. tab. xxv. xxvi.* repetiit Inghirami *Vasi fitt. I. tab. xci. xcii. xciv.* Cf. Passeri *Pict. etr. I. tab. xi. xii.* p. 15. Descripsit Arneth *Das K. K. Münz- und Antikenkabinet, Wien* 1845. p. 19. n. 166.

Πειρίδους. Ἀφροδίτη. Ποσειδῶν. Ἀμυμώνη. Ἔρως.

8353.

In vasculo mutilo prope puteum Athenis reperto litteris inauratis; Peleus Thetidem rapiens praesentibus diis ac nymphis. Edidit Wilkins in *Walpolii Mem. relating to the Turkey* p. 409. repetierunt Millingen *Anc. uned. mon. I. tab. iv.* 1. Raoul-Rochette *Mon. inéd. d'antiq. fig. p. 8.* et Dubois-Maisonneuve *Introd. à l'étude d. vases tab. LXX.* 1. Citat Gerhard *Auserlesene Vasenb. III.* p. 68. not.

Πειδῶ. Ἀφροδίτη. Πάν. Κυμῶ. Ὀχνη[μ]α? - - - ος. Θέτις. Πηλεύς. Ψαμάθη. Ἀθ[ηνᾶ]. Ποσειδῶν.

Ἀθηνᾶ et Ποσειδῶν legendum esse vidit Wilkinsius. De priore nomine dubitat Millingenius Nereidis nomen desiderans. Idem, ubi est ΚΥΜΩ ΟΧΗ interpretabatur *Κυμοδόκη s. Κυμοδόχη.* At Κυμῶ Nereis est *Hesiod. Theog.* 255. *Apollod.* I. 2. 7. Alia Nereis est *Ψαμάθη* *Hesiod. Theog.* 260. 1004. *Apollod.* III. 12. b. Tum volebat Millingenius ΗΝΙΟΧΟΣ. Ubi quadriga

est, ἐχὴ Ἀπόλλωνος coniecit Wilkinsius improbante I. de Witte (*Ann. d. Inst. arch. Rom.* 1832 p. 114) qui tamen parum apte proposuit ἐχὴ, Ἀ[έλι]ος. *Roulez Bull. de Brux. IX.* 10. p. 465. Ἀλκιμος nomen aurigae Achillis (*II. XIX.* 392) coniecit. Rochettus restituebat ΗΕΟΣ, pro qua forma nunc exspectatur ΕΩΣ. O. Jahn. *Arch. Beitr.* p. 39. not. 113. coniecit ΑΚΑΣΤΟΣ.

8354.

In vasculo Vulc. fig. rubr. collectionis Feoli; Peleus Thetidem ducens (cf. n. 7400); utrinque Nereides inter quas ad dextram est figura virilis, numen marinum. Editum *Mon. ined. Inst. arch. Rom. Vol. I. tab. xxxviii.* descripserunt I. de Witte *Annal. d. Inst. arch. Rom.* 1832. p. 124 sq. *Campanari Vasi della collezione di Feoli n. 100.* Cf. Gerhard *Rapp. Volc.* p. 145. n. 301. p. 153. n. 406. *Auserles. Vasenb. III.* p. 68. not.

Μελίτη. Σπε(ι)ώ. Γλαυ[ε]ή. Κυμο[σ]θή. Θέτις. Πηλ[ε]ύς. Ναύ. Ψαμάθη. Κυματολήγη.

Nereides Melite, Speio (ΣΠΕΩ), Glauce (+ΛΑΥΧΕ) memorantur etiam *Iliad.* XVIII. 39 — 42. *Κυμοσθή* *ibid.* vs. 41. cf. n. 8158. Nominis *Κυμοσθή* alia forma *Κυματοσθή* extat n. 7398. Similisque formatio est nominis *Κυματολήγη*, quae habetur *Hesiod. Theog.* 253.

Nomen Ναύ derivandum ab inusitata forma *νάω* i. e. *νέω*; de forma *Σαώ* cogitabat Iahnus, qui (*Vasensammlung K. Ludwigs* p. cxvii, 858) de nominibus Nereidum conferendus est. De *Ψαμάθη* cf. n. 8353.

8355.

In fragmento cistulae fictilis Athenis reperto collectionis Fauvel. unde transiit in coll. comitis Pourtalès; picta fuit variis coloribus in fundo nigro aedicula aetomate ornata, in eaque Minerva cum Vulcano; in epistylis aediculae posita inscriptio est; huius aediculae superest sinistra pars superior, in qua apparet caput Minervae cum humeris, et particula figurae alatae, quam pro Eride habuerunt editores. Cistula videndum ne pertinuerit ad supellectilem sacram. Cf. O. Mueller *Encyclop. Ersch. u. Gruber III.* 10. p. 86. Edidit Broendsted *Voyages et Recherches en Grèce tab. XLII. LXIII.* p. 295 sqq. descripserunt *Panofka Annal. d. Inst. arch. Rom.* 1829. p. 292. Dubois *Descr. d. antiq. de Pourtalès-Gorgier* p. 52. n. 155. O. Mueller *Archaeol. d. Kunst ed. Welcker* §. 571, 4.

ΑΘΗΝΑΙΑ: ΗΦΑ

Has tituli reliquias Broendstedius ita explevit ut scribendum proponeret ΑΘΗΝΑΙΑ: ΗΦΑΙΣΤΟΝ: ΑΜΥΝΕΤΑΙ. Ubi pro verbo finito possis etiam

ΑΜΥΝΟΜΕΝΗ scribere. Minerva igitur cogitanda esset Vulcani petulantiam repellens. De fabula vide *Apollod. III.* 14. et *Paus. III.* 18, ubi in throno Amyclaeo describitur Ἀθηνᾶ δῶκοντα ἀποφεύγουσα Ἡφαιστον.

Refragatur his coniecturis Panofka, qui coniiciens ipse post Vulcanum aliam figuram, fortasse Neptunum, pictam fuisse, suspicatur inscriptionem fuisse hanc:

ΑΘΗΝΑΙΑ : ΗΦΑΙΣΤΟΣ : ΡΟΣΕΙΔΩΝ

Quae coniectura vix probabitur ei, qui consideraverit quum latitudinem picturae e superstitute parte deducendam, tum collocationem nominis Vul-

cani. Nam quum ex alae reliquiis colligi possit figuram alatum inter deos volantem satis grandem fuisse, spatium non suppetit quartae figurae. Praeterea nomen Vulcani continuo post nomen Minervae pictum favere videtur iis, qui non singulis figuris imposita nomina esse sed inscriptione illa integram contineri sententiam arbitrantur.

8356.

In vase fig. rubr. Nolae reperto, nunc in museo Parisino; Vulcani in caelum reditus (cf. n. 7417); praecedunt Bacchus, Maenas, quae nunc Comoedia vocatur, Satyrus Marsyas; in parte aversa colloquium epeborum. Ediderunt Millin et Dubois-Maison-neuve Peint. d. vas. I. tab. IX. Gal. mythol. LXXXIII. 356. Millingen Vases de Coghill tab. VI. VII. Lenormant et I. de Witte Elite des mon. céramogr. I. p. 112 sq. tab. XLI. cf. Gerhard Auserl. Vasenb. p. 215. O. Jahn. Vasenb. p. 19.

Ἡφαιστος. Διώνυσος. Κωμωδία. Μαρσύας.

8357.

In vase fig. flav. Neapoli translato in museum Gothense; Mercurius in rupe sedens lyram tenens inter tres Paniscos saltantes; editum Mon. ined. d. Inst. arch. Rom. Vol. IV. tab. XXXIV. descripsit Braunius Annal. d. Inst. arch. Rom. 1846. p. 238 sqq.

Ἑρμῆς.

8358.

In vase Athenis reperto collectionis Clarke; representari dicitur lis Minervae et Neptuni, in interno Mercurius; descriptum est Classical Journ. 1823. 28. p. 279.

Ἑρμῆς δαίμων.

8359.

In vase Apulo fig. flav. collectionis Durand; parodia mythologica (cf. n. 8351) de Apolline Delphos adveniente; persona tunica brevi et anaxyridibus induta stans in scala quae ad scenam ducit; ex adverso Chiron caecus, quem representant duo actores, alter a tergo stans alterius, in speciem quadrupedis; adstat epopta, qui est loco spectatorum; supra hanc scenam nymphae Parnassi sedentes. Descripsit I. de Witte Cat. Durand n. 669. Catal. Beugnot n. 5. Ediderunt Lenormant et I. de Witte Elite des mon. céramogr. T. II. tab. XCIV. cf. Lenormant Quaestio cur Plato Aristophanem in convivium induxerit, Par. 1838. 4. Gerhard Archaeol. Intell. Bl. d. Hall. L. Z. 1836. p. 337. 662. Panofka Bild. ant. Lebens tab. VII. 5.

[Πυ]θίας.

Χίρων.

Νί[μφ]αι.

Ex primo nomine mutilo Comes de Clarac in catalogo suo artificum p. 174. exsculpsit nomen

ΦΙΝΤΙΑΣ, quem errorem notavit I. de Witte Revue de philol. II. p. 494. Nomen ΠΥΘΙΑΣ inscriptum esse personae, quae partes agit Apollinis, viderunt idem et Gerhardus.

8360.

In vase fig. rubr. collectionis Durand; in altera parte Apollo, in altera Diana Niobidas impugnans; intus Minerva Cadmo saxum porrigens ad impugnandum draconem (cf. Raoul-Rochette Mon. inéd. p. 428); descripsit I. de Witte Cat. Durand n. 19.

Ἀπόλλων.

Ἄρτ[εμ]ίς.

Κάδμ[ος].

8361.

In vase Attico fig. rubr. collectionis Rogers; Venus in rupe sedens cum Amore; ad dextram Pitho caveam componens (cf. Millin Gal. myth. XLVI. 193*), Eudaemonia fructus colligens; ad sinistram Paedia, dea lusus puerilis, cuius humero innititur Eunomia, post quam Cleopatra canistrum fructibus refertum portans. Edidit Stackelberg Die Gräber der Hellenen tab. XXIX; repetiit O. Mueller Denkm. II. 27. 296 Citant Gerhard Prodromus p. 229 O. Jahn Arch. Beitr. p. 76 et p. 214. Peitho die Göttin der Überredung p. 27. I. de Witte Extrait de l'Elite des mon. céram. T. II. Comment. de la pl. XXIII. (Extrait de la Revue archéol. 15 Déc. 1845) p. 5. not. 1.

Κλεοπάτρα.

Εὐνομία.

Παιδιά.

Ἀφροδίτη. Πειθώ.

Εὐδαιμονία.

Eunomia Horarum una templum cum Eucleia habuit Athenis (Vol. I. n. 258). Ea nunc inter nomina nuptiarum tutelaria apparet ut n. 8421, 8362. b. Paedia comes Amoris redit n. 8366. Eudaemonia in pictura similis argumenti redit n. 8467.

8362.

In vase Siciliensi ap. Tischbein. fol. 13. a. Part. IV. n. 2. Citat Jahn Vasensammlung K. Ludwigs p. CCIV, 1340. c.

Ἀφροδίτη.

Πειθώ.

Τύχη.

8362. b.

In cylice fig. rubr. reperta in loco Fasano (vetere Gnathia cf. Jahn Vasensamml. K. Ludwigs p. xxxvi.); citat Minervinus Bullett. arch. Nap. V. p. 27 sq. Cf. Jahn l. c. p. cciv, 1340. e.

Ἀφροδίτη. Κλυμένη. Ἀρμονία. Εὐκλε(ι)α. Εὐνομία. Παννυχίς.

De argumento picturae non constat. Figurae 8362. c; Παννυχίς praeses est festi nocturni, de qua allegoricae sunt Εὐνομία et Εὐκλεα; vide n. 8361. egit Panofka Archaeol. Zeitung 1848 p. 383; 1849 8364. 8399. Ἀρμονία Martis et Veneris filia Hesiod. p. 107. Theog. 957. Κλυμένη nympha videtur redire n. 8400.

8362. c.

In operculo cylicis deperditae, reperto in loco Apuliae, qui dicitur Fasano (cf. ad 8362. b.). Mulier, diademate ornata, sedens pyxidem tenens adstantibus duabus aliis; alia mulier sedens, adscripto nomine mutilo, pone nympha (Nesaia) taeniam illi imponens advolante Amore; sequuntur aliae nymphae ornamenta portantes, inter quas Clymene. Edit. Bullett. Nap. V. p. 81.

Ἀλή. Ἔρως. Νησαίη. — Κλυμένη.

Videntur esse Nereides nuptiis celebrandis intentae. Nereides Ἀλή et Νησαίη memorantur Iliad. XVIII, 40. Hes. Theog. 245. 249. Nesaia etiam Lycophr. Cass. 399. Virg. Georg. IV. 358. Quarta cuius nominis supersunt haec ΠΑ --- Η, videndum ne fuerit Πανόπη, quae est in Nereidibus Iliad. XVIII. 49; cf. n. 6783. b. Minervinus proposuit Πασιδέη (Theog. 247) aut Πασιφάη, quae Hygino fab. 156. filia est Solis et Clymenes; pro qua rursus Avellinus coniicit Πατρονέη, quae Nereis reddenda Hesiod. Theog. 261. cum Scholiasta (Bullett. arch. Nap. V. p. 151); Jahnius denique (Vasensammlung K. Ludwigs p. xxxvii, 201) Πασιδέη; idem autem p. cxvii; 858. Πανόπη, cui nomini, quantum video, maxime favet lacunae spatium. Notabilis spiritus in nomine ΗΑΛΙΗ.

8363.

In vase Rubis (Ruvo) reperto fig. flav. collectionis Badensis; Venus seminuda stans in scala, acceptura fragmentum vasis rupti, quod Amor porrigit; quam picturam sunt qui ad festum Adonidis revocare velint. Edidit Creuzer zur Gallerie der Dramatiker p. 66 sqq. tab. 8. Tractarunt Gerhard Hall. L. Z. 1840. p. 222. O. Jahn Annal. d. Inst. arch. Rom. 1845. p. 385 sq. I. de Witte ibid. p. 413. tab. N.

Litteris parum distincte pictis subesse videtur ΚΑΛΟΣ ΚΑΛΟΣ, καλός, καλός. Creuzerus putat esse elementa sensu cassa quae indicent sermones personarum.

8364.

In vasculo fig. flav. in quo repraesentatur figura muliebris sedens cistam tenens, coram alia (Pitho) stans; pone alia (Eucleia); edidit Christie Disquis. upon greek vases tab. XIII repetiit Raoul-Rochette Mon. inéd. de l'antiq. fig. tab. VIII. 2. qui putat repraesentari Penelopen, cui Melantho habitu Πεισοῦς persuadeat ut procos exaudiat, adstante Eurynome. Citant Lenormant et I. de Witte Extrait de l'Elite des mon. céramogr. T. II. Comment. de la pl. XXIII. (Revue archéol. 15 Déc. 1845) p. 9. not. O. Jahn Peitho die Göttin der Überredung p. 26.

Εὐκλεα. Πειθώ.

Εὐκλεα epitheton est quo Diana colitur Boeotiae. Paus. IX. 17. 1. Ad idem numen nuptiarum tutelare pertinet locus Plutarchi Aristid. 20. βωμόν γὰρ αὐτῆ καὶ ἄγαλμα παρὰ πᾶσαν ἀγορὰν ἴδρυται καὶ προσεύουσι αἱ τε γαμούμεναι καὶ οἱ γαμοῦντες. Originem

religionis significat Aristoph. Nub. 996. ἵνα μὴ πρὸς ταῦτα κεχηγνῶς μὴλῳ βληθεῖς ὑπὸ πορνιδίου τῆς εὐκλείας ἀποθραυσθῆς. Alia Diana Eucleia est cuius cultus memoratur Pausan. I. 14. 4. et huius operis Vol. I. n. 258. 467. quo pertinere videtur festum Εὐκλεα Corinthi celebratum (Xenoph. Hellen. IV. 4. 2.), unde mensis Εὐκλειος (C. Hermann Gr. Monatskunde p. 59).

8365.

In hydria fig. flav. Nolae reperta collectionis Blacas; Pitho lecythum sive alabastrum tenens, in quod unguentum stillat; ex adverso adolescens (Himeros) in rupe sedens σπασιδα tenens (Poll. X. 120. Phot. s. v. σπασιδα); edidit Panofka Mus. Blacas tab. XII. B. p. 66. descripsit O. Jahn Peitho die Göttin der Überredung p. 25.

Πειθώ. Ἴμερος.

8366.

In vasculo fig. rubr. collect. Candelori, nunc in pinacotheca Monacensi; puella (Paedia) funem manibus agitans suspensum, in quo sedet Amor; ludus αἰώρας, quo nomine vocabatur etiam festum Athenis celebratum in honorem Erigones (Hesych. T. I. p. 180. voc. αἰώρας. Hygin. fab. 150.); idem ludus repraesentatur in vasis Panofka Mus. Bartold. p. 120. Millingen uned. mon. tab. 50. Gerhard ant. Bildw. I. tab. 55. Panofka Bilder ant. Lebens tab. XVIII. 2. et Gerhard ant. Bildw. tab. 54. Similis ludus est n. 8367. Descripserunt Gerhard Bullett. d. Inst. arch. Rom. 1829. p. 78 sq. O. Jahn Vasenverzeichnis n. 254. Cf. Lenormant et I. de Witte Extr. de l'Elite des mon. céramogr. T. II. Comment. de la pl. XXII. (extr. de la Revue arch. 15 Déc. 1845) p. 11. not. O. Jahn Archaeol. Beitr. p. 326.

Παιδιά. Ἔρως.

Παιδιά comes Veneris habetur n. 8361.

8367.

In vase in Apulia reperto, Neapoli ap. Dom. Catalano; duae puellae sese librantes, in extrema utraque stans trabe, cui mediae suppositus palus est, ut aequilibrata oscillari et hinc tolli illinc demitti possit pro motu insistentium; inter utramque puellam Amor advolans fasciam portans; est igitur species ludī, qui *πέταυρον* (petaurum) vocabatur. Lucil. ap. Fest. voc. Petauristas. Iuvenal. Sat. XIV 265. Manilius V. 434. Similis repraesentatio est in vase collectionis Pacileo, quod describit Roulez Bulet. de l'Acad. de Brux. XII. 1. p. 288 sq. Alius ludus describitur n. 8366. Edidit Gerhard Ant. Bildw. 1850. tab. LIII. repetierunt Gargiulo Raccolta dei mon. più interess. del M. Barb. tab. 105. Inghirami Vasi fittili T. III. tab. CCXCVIII. citarunt Gerhard Bullett. d. Inst. arch. Rom. 1829. p. 79. Panofka Mus. Bartold. p. 57. O. Jahn. Archaeol. Beitr. p. 326. Roulez Bulet. de l'Acad. de sciences de Bruxelles, 1845. T. XII. 1. p. 287 sq. Denuo edidit Panofka Bild. ant. Leb. tab. xviii. 3. Cf. Jahn Vasensamml. K. Ludwigs p. CXIII, 826.

Ἀρχεβία. Ἐρω[ς]. [Ἀ]ναπαλινα.

Panofka legit primum nomen APXEBIA, secundum in medio mutilum EPO[Σ] aut HOΣ, ubi Gerhardus habet ΗΟΣ Inghiramius NE, unde νέος exsculpsit.

Ἀρχεβία et *Ἀναπαλινα* nomina sunt ludo, qui repraesentatur, describendo aptissima. Puella, cui appictum nomen *Ἀναπαλινα*, repraesentatur in sublime agitata, *ἀναπαλλομένη*. Ad formationem nominis comparaveris *Εὐπαλινας*. Altera puella iamiam novo motu impulsura trabem *Ἀρχεβία* audit. Pictura allegorica est, cuius ansam dedisse nomen puellae videtur quae vasculo honoratur, Archebia.

8368.

In hydria collectionis Calefati, mox Raphaelis Baronis Neapolitani; Amor puellam persequens; descripsit Minervin. Bullett. archeol. Napolitan. II. p. 14. cf. Welcker ibid. p. 83. (Alte Denkm. III. p. 370), O. Jahn. Archaeol. Beitr. p. 37 et p. 446.

Ἴτυλος.

Argumentum ad fabulam Procnes et Philomelae refert Minervinus, recte obloquente Welckero, qui nomen *Ἴτυλος* pro epitheto Amoris habet. Non male Cavedonius (Bull. arch. Napol. III. p. 63) comparat Hesych. *Ἴτυλος, νέος, ἀπαλός*.

8369.

In vasculo fig. flav. collectionis Blacas; puella sedens, ad quam appropinquant utrinque trinae nymphae, quibus tantum non omnibus appicta sunt nomina Musarum; ex his Clio tibias, Thalia coronam, Calliope cistulam, Polyhymnia volumen, ut videtur, tenet; edidit Panofka Mus. Blacas tab. IV. cf. Walz in Schneidewini Philologo I. p. 549.

Θάλεια. Εὐτέρη. Κλεώ. Καλλιόπ[η]. Πολυ[μ]νία. Nomina plura Musarum habes n. 8185.

8370.

In cratere fig. rubr. Cumis reperto collectionis L. Correale, nunc in museo Bourbonico; Aurora Cephalum persequens (conf. n. 7551 sq.) cui socius additus est fugiens; in parte aversa tres figurae palliatae; descripserunt H. G. Schulz Bullett. d. Inst. arch. Rom. 1842. p. 9 sq. Minervinus Bullett. arch. Nap. I. p. 5. tab. I.

Καλλίμαχος. Ἔως. Κέφαλος.

Pro ΕΩΣ Abekenius (Mittelitalien. cet. p. 339) desiderabat ΗΩΣ sine causa. Est forma Attica. Videtur pictura confecta esse in laudem Cephalī cuiusdam et eius socii Callimachi. Cf. O. Jahn Archaeol. Beitr. p. 95.

8371.

In oenochoe fig. flav. collectionis Pourtalès; Victoria fasciam tenens, volans versus tripodem (cf. n. 7555—7550); edidit Panofka Cab. Pourtalès-Gorgier tab. VI. repetierunt Lenormant et I. de Witte Elite d. mon. céramogr. I. p. 501. tab. XCI.

Νίκη.

8372.

In oenochoe fig. flav. et alb. Athenis reperta collectionis Fauvel, nunc in museo Berolinensi; repraesentantur modulo pusillo Victoria in quadriga cum equis alatis, ante eam Plutus manum extendens versus tripodem, post Victoriam figura muliebris Chryso dicta. Edidit Stackelberg Die Gräber der Hellenen tab. XVII. repetierunt Lenormant et I. de Witte Elite d. mon. céramogr. I. tab. XCVII. descripsit Gerhard Neuerworbene Denkmäl. III. n. 1690. cf. Auserles. gr. Vasenb. I. p. 70. II. p. 10.

Χρυσός. Νίκη. Πλούτος.

Notabile nomen *Χρυσός* figurae muliebri tributum. Cf. O. Jahn Archaeol. Beitr. p. 292. not. Tertium nomen ΠΛΟΥΤΟΣ scriptum est.

8373.

In vase Cumano fig. rubris. Triptolemus currum ascendens cum Cerere. Descr. H. G. Schulz Bullett. Rom. 1842. p. 9. Minervin. Bullett. arch. Nap. I. p. 6. p. 15. not.*. — Inest καλός, καλή.

8374.

In hydria Nolana; Triptolemus in curru alato, altera manu sceptrum tenens, altera pateram, in quam Ceres liquorem infundit; post Cererem Hecate. Editam Mon. ined. Inst. arch. Rom. Vol. I. tab. IV. descripsit L. Faucher Annal. d. Inst. arch. Rom. 1829. p. 261 sqq. repetiit Inghirami Vasi fittili T. I. tab. VII.

Τριπτόλεμος. Δημήτηρ. Ἑκάτη.

8375.

In vase fig. flav. collectionis Millingen; Ariadne sedens, confabulans cum Baccho, qui prope assidet thyrsus et cantharus tenens; ante Ariadnen arbor vitis, ad quam advolat Amor; edidit Millingen Anc. uned. mon. I. tab. XXVI. Cf. Gerhard Auserlesene Vasenb. I. p. 43. Jahn Vasensammlung K. Ludwigs p. CXV. n. 840. p. CCV. n. 1346.

Ναξίων.

Inscriptio singularis, qua significatur, celeberrimam illam de Bacchi et Ariadnae nuptiis fabulam

prae ceteris Graecis ad Naxi insulae homines pertinuisse; idem scenicarum repraesentationum argumentum fuisse testatur Xenophon. Sympos. IX. Cf. Boettiger Journal des Luxus und der Mode 1802. Jan. p. 9 sq. (Kleine Schriften III, 394 sq.)

8376.

In vase fig. rubr. quod Agrigenti repertum esse dicunt, in monasterio Sti Martini Palermitano; Bacchus, cui adstat nympa blandiens; ad dextram genius alatus; ad sinistram tres figurae muliebres, quarum quae media est sedens, ei appicta inscriptio est; supra imago Satyri, ad dextram duo asini quorum in altero sedet genius alatus (Amor); in parte aversa Diana, ut videtur. Edidit Bened. Danti Illustrazione sopra un vaso greco-siculo, Palermo 1823. (cf. Giorn. di scienze, lettere ed arti per la Sicilia Vol. II. p. 178. Kunstblatt 1824. n. 49. 1825. n. 19); repetierunt Gerhard Ant. Bildw. I. tab. LIX. Inghirami Vasi fittili T. III. tab. CCLV. CCLVI. citarunt Welcker Annal. d. Inst. arch. Rom. Vol. V. p. 149. Ep. Cyclus I. p. 275. Avellino Bullett. arch. Napol. II. p. 18 et p. 38. Cavedoni ibid. III. p. 63. tractavit denique Welcker Alte Denkmäler II. p. 65; III. p. 65. Cf. Jahn Vasensamm. K. L. p. CXXVI, 944.

Χρυσῆ Φιλομήλη. [Φάος? καλός. *Ερ[ω]ς καλός.

Primus editor de fabula Procnes interpretabatur, quem Avellinus primum secutus mox retractavit sententiam, ad Bacchanalia refert Inghiramius. Manifesto repraesentantur Bacchi nuptiae praesente Diana, quae, ut vidit Welckerus, nunc Χρυσῆ Φιλομήλη audit utpote praeses hymnorum (*Αρτεμις Ἑμνία, Paus. VIII. 5, 8. 13, 1). Spectatores sunt Amor et Bacchi asse-

cla Pan, qui nunc Φάος audire videtur, tanquam Φαίωv, παιδρός, lucidus Pan, ut est in titulo quodam Latino, annotante Panofka Act. Acad. Berol. 1848. p. 227. not. qui bene monet formam Φάος componi posse cum usitatiorē πάνφαος, πάνφαιος (i. e. φάνφαιος). Cf. ad n. 8266. ΦΑΟΣ in vase legi notat Gerhardus (cf. Panofka Mus. Blacas p. 26), dubitante Welckero, cui ὄλωσ καλός exclamatio videtur esse Panis pulchritudinem Bacchi admirantis.

8377.

In vase in Apulia reperto; Bacchus in lectulo, ad latus figura muliebris ornata sceptrum tenens; insunt multi Satyri, in his Silenus cum asino; inscriptiones plures evanidae; descriptum est Bull. d. Inst. arch. Rom. 1854. p. 38. citat O. Jahn Vasenb. p. 22.

Διώνσο[ς]. Σιληνός.

8378.

In vase reperto Plistiae (S. Agata de' Goti) in Campania, nunc in museo Bourbonico; repraesentatur Bacchus stans thyrsus tenens, coram Comus barbatus sedens citharam pulsans; post Comum Maenas arbori se acclinans; post Bacchum Satyrus cum face, utrem in humeris portans; descriperunt Gerhard et Panofka Neap. ant. Bildw. I. p. 254. n. 1621. editum in Mus. Bourbon. T. II. tab. 45. Citarunt Raoul-Rochette Journ. d. Sav. 1826. p. 96. Welcker Annal. d. Inst. arch. Rom. 1829. p. 406. (Alte Denkmäler III. p. 134) Nachtrag zur Trilogie p. 310. O. Jahn Vasenbilder p. 18.

Χαῖρος. Κάμος. Διώνσοσ. Σίμος.

De Como satyro cf. n. 7450. 7455. 7461. 7462. 8406. Maenadis nomen ΧΑΙΡΑΣ esse putavit Pa-

nofka. Welckerus et alii nomen Χαῖρος agnoverunt coll. Varrone R. R. II. 4. 10. Cf. n. 7593. Nomen Satyri Σίμος extat n. 7459. 7460. 8380. pro eo Rochettus male ΟΙΝΟΣ legendum censebat.

8379.

In vase fig. flav. collectionis Coghill; Bacchus tunica longa indutus stans, thyrsus tenens, coram Comus sedens tibias inflans, hinc Maenas (Galene) tympano sonans, illinc alia (Euoea). Edidit Millingen Peintures d. vas. de la collection Coghill, tab. XIX. repetiit Inghirami Vasi fittili T. IV. tab. CCCXXVI. cf. Welcker Annal. d. Inst. arch. Rom. 1829. p. 406. (Alte Denkmäler III. p. 134.)

Εὐοία. Γαλήνη. Κ[ω]μος. Διόνυσος.

De nomine Εὐοία cf. n. 7462. De Como n. 8405. KAMOS falsa scriptura est p. ΚΩΜΟΣ; idem vitium habetur n. 7462.

8380.

In vase fig. flav. Rubis reperto collectionis Iatta; a) Bacchus sedens in medio; ad pedes eius Himerus; coram Baccho figura muliebri (Opora) vinum in pateram fundens; post Bacchum Thyone, cui adstat alius genius (Pothus); prope Himerum Amor; inferius Silenus coram muliere sceptrum tenente, quam sequitur puella (Hebe) πινάκιον fructibus refertum portans; in medio ferme puer (Sicinus) asinum ad aram ducens; b) in parte aversa certamen Apollinis et Marsyae. Descripsit Braun Bullett. d. Inst. arch. Rom. 1856. p. 122 sq. citavit O. Jahn Vasenb. p. 21 sq. Vasensammlung K. Ludwigs p. XLIII, B.

a) Πόθος. Θυώνη. Διόνυσος. Ὀπώρα. Ἴμερος. Ἔρως. Εὔα. Σίληνός. [Εἰ]ρήνη. Ἡβη. Σίκιννος. Σῆμος. Εὐδαμος.
b) Ἐρμῆς. Ἀπόλλων. Μαρσύας. Σῆμος. [Οἶ]νο[πίω]ν.

De Thyone cf. n. 7446. Maenas Εὔα audit interiectione εὔα in nomen mutata. Cf. Paus. IV. 31. 4. Similiter se habet Εὐοία n. 8406. Neque est cur de mutanda lectione cogitetur cum Kramerio (Über d. Styl u. Abk. d. Thongef. p. 177.), cui recte obloquitur Iahnus. Quod autem nomen figurae sceptro munitae impositum est ΟΡΗΛΗ depravatum esse appa-

ret. Fortasse subest ΕΙΡΗΝΗ. cf. n. 8408. 8460. De nomine Satyri Σίκιννος satis est provocare ad genus saltationis satyricae σίκιννις, quod ab inventore Sicinno denominatum est. De nomine Satyri Σῆμος cf. n. 7459. 7460. 8405. 8410. Denique elementis Satyro appictis ΘΑΝΟΝΤΟΝ vix aliud subesse potest quam ΟΙΝΟΠΙΩΝ. Cf. 7451. 8156.

8381.

In vase fig. flav. collectionis Lamberg; Bacchus sedens, ex adverso Opora, post Oporam Comus, supra utrinque nympa; ad sinistram post Bacchum alia nympa pateram porrigens; inferius Satyros sedens citharam pulsans, alibi Dithyrambus dictus (n. 7464), supra quem apparet Pax sedens facem tenens et rhytium praebens Satyro prope recubanti; supra Bacchum est Himerus alatus coronam portans. Edidit De Laborde Vases de Lamberg I. tab. LXV. repetierunt Gerhard ant. Bildw. 1827. tab. XVII. Dubois-Maisonneuve Introd. à l'étude des vases cet. tab. XXII. descripsit Arneth Das K. K. Münz- u. Antiken-Kabinet, Wien 1845. p. 19. n. 160. Citarunt Welcker Annal. d. Inst. arch. Rom. 1829. p. 400. Jahn Arch. Anz. 1854. p. 451. cf. p. 497.

Ἡδύον[ος]. [Ε]ἰρήνη. Διών[η]. Διόνυσος. Ἴμερος. Ὀπώρα. Οἰνάνθη. Κωμο[ς].

De universa pictura cf. n. 8380. De figura Εἰρήνη cf. Lenormant et I. de Witte Extr. de l'Elite d. mon. céramogr. Vol. II. Comment. de la pl. XXIII. (Extr. de la Revue archéol. 15 Déc. 1845) p. 10. not. Nomen Satyri Ἡδύονος quod restituit Welckerus (vide l. c. p. 399) redit n. 8411. De Como cf. n. 7450. 8406. 8411. In nomine nympae mutilo ΙΩΜ quod Arneth expressit ΙΩΣ, Boettigerus (Hercul. in biv. p. 40) subesse putabat ΕΥΝΟΜΙΑ. Sed legitur ΔΙΩΝ, erit igitur ΔΙΩΝΗ, Διώνη. Cf. n. 8413. De-

nique alterius nympae nomen depravatum est. De Laborde ΔΙΝΟΝΟΗ legens, quod probavit R. Rochettus Journ. d. Sav. 1828. p. 712, corrigendum putabat ΔΙΚΟΝΟΗ. Contra ΟΙΝΑΝΘΗ proposuit Welckerus (ad Philostr. p. 217), mox tamen idem acquievit in nomine ΟΙΝΟΝΟΗ, Οἰνονόη. Nobis verum videtur ΟΙΝΑΝΘΗ quae lectio firmatur etiam scriptura ΑΙΝΑΝΟΗ ab Arnethio exhibita et a Gerardo Arch. Anz. p. 494.

8382.

In amphora Rubis in Apulia reperta fig. rubr. in museo Neapolitano; apparatus scenicus satyricus; ephēbi larvas tenentes; triclinium, in quo recubant vir (Bacchus) et duae feminae (Ariadne et Venus?), adstante Himerō; post hos duo actores, alter Herculis, alter Sileni ut videtur partes agens, larvam uterque in manu dextra tenens; sequitur ad dextram pompa Bacchica Satyrorum et Maenadum; infra hanc picturam sunt actores, choreutae, musici. Descripta est Bullett. d. Inst. arch. Rom. 1837. p. 85 et 97. 1840. p. 188. Editam mon. ined. d. Inst. arch. Rom. Vol. III. tab. XXXI. tractaverunt I. de Witte Annal XIII. 1841. p. 305 sqq. Minervini Bullett. archeol. Napol. II. p. 30. O. Jahnus Archaeol. Aufsätze p. 145. et inprimis Wieseler Theatergeb. u. Denkmäler d. Bühnenwesens bei den Griechen u. Römern Tab. v. Cf. eiusdem librum: Das Satyrspiel nach Maßgabe eines Vasenbildes, Göttingen 1848.

Εὐνικος. Εὐάπαν. Διόνυσος. Ἴμερος. Ἡρακλῆς. Καλλιὰς. Χαρίας. Δημήτριος. Πρόνομος. Δίων. Φιλῖνος. Νικόμαχος. Δωρόθεος. Νικοτέλης. Χαρίνος.

Nomen Εὐάπαν ex interiectione Bacchica εὔα et Πάν compositum, ut Αἰγίπαν, Διόπαν, Ἐρμούπαν (cf. n. 4558). Male traditur ΕΥΑΓΩΝ (Bull.). Tibicini tributum est nomen tibicinis celebriς Πρόνομος (Athen. XIV. 631. E. Pausan. IX. 12. 5. cf. Boeckh Vol. I. ad n. 225). Quin celebrem illum tibicinem ipsum hoc

loco intelligendum esse censet Wieselerus, qui de argumento huius picturae histriones et choreutas dramatici Satyrici repraesentantis commentatus est l. c. Cf. Jahn Vasensammlung K. Ludwigs p. cxcix, qui propter tibicinis illius celebritatem eius nomen hic appositum esse putat.

8383.

In vasculo fig. rubr. collectionis Pr. de Canino; Bacchus in rupe sedens inter Satyros et Maenades. Descripsit I. de Witte Catal. étr. n. 45. Citavit O. Jahn Vasenb. p. 23.

Ἡδυμελής. [Μα]ινάς. Μαινάς. Διόνυσος[ς]. Θυώνη.
Σῆμος.

Dele ductum in voce ΗΙΔΥΜΕΛΗΣ et ante nomen ΘΥΩΝΗ. Formam Ἰθυώνη tueri voluit Jahnius. Sed plures extant inscriptiones superfluis litteris vitiatæ. De Thyone cf. n. 7446, 8413. De nomine Σῆμος n. 8413.

8384.

In cratere fig. rubr. collectionis Lamberg; nympa amphoram portans Satyrorum importunorum manibus sese eripiens. Edidit De Laborde Vases de Lamberg T. I. tab. LXIV. repetiit Dubois-Maisonneuve Introd. à l'étude des vases cet. tab. XXXIII; descripsit Arnoeth Das K. K. Münz- u. Antiken-Kabinet, Wien 1845. p. 19. n. 147; citarunt R. Rochettus Journ. d. Sav. 1826. p. 95. Welckerus Annal. d. Inst. arch. Rom. 1829 p. 406. (Alte Denkmäler III, 151.) O. Jahn Vasenb. p. 18.

Κῶμος. Καλή. [Ἡδ]ύσιμος.

Καλή recte legit Welckerus, lectione male tentata a Rochetto. Idem vidit ΝΑΥΟΙΝΟΣ legendum esse Ἡδύσιμος. Cf. n. 8580. De Como cf. n. 7462, 8379 et Welcker. ad Philostr. p. 202 sq.

8385.

In vasculo Vulc. fig. rubr. commissationem bacchicam puerorum repræsentante, quod possidet Gerhardus; edidit idem M. H. E. Meiero Doctori semisecularia semiperfecta gratulans. Berol. 1845. atque repetiit Archaeol. Zeitg. IX. 1851. p. 404.

Καλὸς νεανίας. Κῶμος. Παϊάν.

Priora verba inter duos pueros distribuit editor; tertio loco etiam in hoc vase KAMOS scriptum fuisse videtur. Nota denique Paeanem ad rem bacchicam relatum.

8386.

In vase fig. flav. collectionis Hamilton; Satyrus (Marsyas) trunco insidens tibias inflans prope columnam cui impositus est tripus, ad dextram iuvenis (Apollo) pallio leviter tectus, laurea coronatus. Edidit Tischbein Collection of engravings from vases cet. Vol. I. tab. xxx. (Peintures des vases ant. de la collection Hamilton prem. édit. de Florence Vol. I. tab. xxx); repetierunt Inghirami Vasi fittili Tom. IV. tab. CCCXXVII. et Lenormant et I. de Witte Elite des mon. céramogr. II. tab. CXII. cf. Zoëga de obelisc. p. 228. Hirt. Bilderb. p. 166. Descripsit Welcker Annal. d. Inst. arch. Rom. IV. 1852 p. 390 sq. Alte Denkmäler III. p. 525. Citarunt O. Mueller Enchir. arch. 562. 4. Zannoni Illustr. di due urne étr. 1812. p. 65 sq. R. Rochette Journ. d. Sav. 1826. p. 92. O. Jahn Vasenb. p. 20. Vasens. K. L. CXVI, 846. Gerhard Auserl. Vasenb. I. p. 210. Minervini Bull. arch. Napol. III. p. 32.

In editione Florentina operis Hamiltoniani inscriptiones corruptissimæ exhibentur. Nomen ad dextram Tischbeinius dedit ΑΑΚΟΣ. Sed inter ΑΑ et ΟΣ ramus pictus est nec vestigium litteræ apparet. Lenormantus et I. de Witte expresserunt ΔΕΛΙΟΣ. Iam quum dubium non sit, quin Apollinis et Marsyæ certamen exhibeatur (cf. n. 8412), figuris nomina generalia imposita putantur. Itaque qui lectionem ΑΑΚΟΣ retinuerunt, nomen hoc Apollini tributum a voce ἀλάη repetentes, in nomine Marsyæ quaerebant *μαλακός*, atque Welckerus adeo formam inesse Aeolicam putavit; ex quo debebat scriptum esse ΜΟΛΑΚΟΣ (cf. *μοσαρός* et similia ap. Ahrens de dialect. I. p. 76. II. p. 120). Sed huius formæ nullus hic usus est. Inghiramius et Rochettus ΜΟΛΓΟΣ legendum esse putabant; quo nomine significatur ἀτμός (Hesych. v. *μαλόγος*), ut ex prolepsi *μαλόγος* dicatur qui pelle detracta pro utre futurus est. Ingeniosius quam verisimilius. Certe si ΜΟΛΓΟΣ esset, aliud quiddam significaret vocabulum, cui explicando adhiberi etiam locus Aristoph. Equit. 972. (965) *μαλόγον γενέσθαι δεῖ σε* deberet. Verum nec *Μόλιος* neque *Ἄλλως* recto talo stat. Viditque Gerhardus praeunte Muellero ΜΟΛΠΟΣ, *Μόλιος* (cf. Plut. Quaest. Gr. 28) legendum esse. Similiter in Satyris variant nomina *Εδυέλης*, *Ἡδυμελής* (n. 8385), alia. Nomen Apollinis Inghiramius et Gerhardus ΑΛΙΟΣ, Ἄλιος restituebant et qui rationem habent lectionis ΑΕΛΙΟΣ coniecerint ΔΗΛΙΟΣ, *Δήλιος*. Neutrum probabiliter recteque de lectionibus istis dubitavit Minervinus. Videndum potius ne subsit ΚΑΛΟΣ, *καλός*, simpliciter, quo epitheto victor futurus praedicatur, ut saepe. Magis etiam depravatam est nomen figurae muliebris ΝΥΟΞΞ, quæ pro Diana habetur. Nihil est *Νεός*, quod Inghiramius exculpit, nec magis probari potest *Νυός*, quod nunc pro *νύμφη* dicatur; quæ Welckeri coniectura est sigma propter *ὀξυτονίαν* duplicatum esse rati. Maxime probabile est quod coniecit Gerhardus ΜΟΥΞΑ (cf. Panofka Mus. Blac. p. 15).

8387.

In vase fig. rubr. reperto in loco Nocera de' pagani, nunc in museo Bourbonico; laurus in simulacrum Bacchi barbati mutata in mensa, in qua utrinque vas; ex altero vase femina (Dione) liquorem haurit in pateram; adsunt Maenades; in parte aversa pompa quattuor Maenadum. Editum in Mus. Burb. T. XII. 1859. tab. XVI sq. repetiit Inghirami Vasi fittili T. IV. tab. CCCXXVII. CCCXXVIII. descriperunt Gerhard et Panofka Neap. ant. Bildw. I. p. 565. n. 1848. cf. Museo Vivenzio p. 24. n. 110. Citarunt Welcker Annal. d. Inst. arch. Rom. Vol. I. 1829. p. 399. O. Jahn Vasenb. p. 18. Vasensamm. K. L. p. LII. Picturam 2) repetiit Panofka Bild. ant. Leb. tab. XIII. 9.

a) Διώνη. Μαινάς. b) Θάλεια. Χερεία.

Gerhard et Panofka dederunt ΧΟΡΕΙΑΣ; in mus. Burb. et Vivenz. traditur ΧΟΡΕΙΑ. Nomen Mae-

nadis Διώνη redit n. 8381. Dione ab aliis appellatur mater Bacchi (Bekker Anecd. I. 225. Hesych. v. Βάκχου Διώνης). Cf. Welcker Alte Denkmäler III. p. 156. Θάλεια habetur n. 7462.

8387. b.

In hydria musei Paris. Dionysus feminae cantharum offerens cf. Gerhard Archaeol. Ztg. XII. p. 400.

Διώνα. Διόνυσος.

8388.

In vase fig. flav. in museo Bourbonico; Lycurgus bipenni filium interficiens prope columellam in genua prolapsus (conf. Roulez Annal. d. Inst. arch. Rom. Vol. XVII. p. 111 sq.); ediderunt Dubois-Maisonneuve Introd. à l'étude des vases cet. tab. LIII. 1. Inghirami Gall. Omerica tab. LXXXI. Editum est etiam in Mus. Borbon. T. XIII. 1845. tab. XXIX. Descripserunt Gerhard et Panofka Neap. ant. Bildw. I. p. 547. n. 76.

Λυκοῦργος.

8389.

In fragmento vasculi, quod possidet Minervinus; Pentheus hastam vibrans, prope apparet Maenas nebride tecta (vid. O. Jahn Pentheus und die Maenaden); descripsit Minervinus Bullett. arch. Napolit. IV. p. 16. Descriz. di alcuni vasi della collezione Iatta, Nap. 1846. p. 75 sq.

Πενθεύς.

8390.

In vase fig. flav. collectionis Hamiltoni; Satyrus et figura muliebris; edidit Tischbein Collect. of engravings cet. T. I. tab. 37. Peint. d. vases de la collection Hamilton ed. Flor. T. I. tab. 37.

Ἀλκίμαχος καλός.

Alcimachus laudatur n. 8397. 8442. 8448. Littera O ad similitudinem formae Ω accedit. Cf. n. 7434. 8397. Inscriptio misere corrupta est in editione Florentina operis Hamiltoniani.

CAPUT SECUNDUM. HEROICA.

8391.

In vase coloris nigri sine figuris in museo Neapolitano; edidit Dubois-Maisonneuve Introd. à l'étude des vases cet. tab. L. repetit Inghiramius Mon. etr. T. V. tab. XLII. descripserunt Gerhard et Panofka Neap. ant. Bildw. I. p. 550. n. 99.

Νίκα, Ἡρακλῆς.

Sic enim inscriptio legenda esse videtur, i. e. vince, Hercules; quam formulam apte cum inscriptione latina anaglyphi recentioris NICA · APOLLO comparavit O. Iahnus Archaeol. Beitr. p. 210. NIKA est acclamatio victorum, quae imprimis nota est ex nummis quos vulgo contorniatos vocant, ubi promiscue NIKA s. NICA et VINCAS praemisso nomine victoris (Eckhel D. N. VIII. p. 295. Haverkamp Dissertat. de Alex. M. numism. et de numis contorniatibus 18, 71. 22, 15). Eadem formula in vitro habetur (Buonarroti Vitri 27, 1. p. 180.) et in anaglyphis terrae coctae eroticis (Fiedler Erot. Bildw. zu Xanten 1859. tab. v. TVSOLANICA). Formulam satis

antiquam esse docemur titulo n. 7550. ubi NIKA legitur sine nomine. Pro imperativo habetur aliquoties NIKΑΣ (νικᾶς) ut n. 7548. 7874. (cf. n. 7480) cuius formae etiam in nummis illis recentioribus exemplum extat IOHANNES NICAS. Hic ad victoriam symposiacam referenda est acclamatio; Hercules enim est, cuius exemplum imitantur, qui in bibendo excellunt. Cf. Jahn Vasensammlung K. Ludwigs p. cxi. Aliter Welcker Alte Denkmäler II. p. 60, qui negat imperativum esse.

Ceterum ap. Dubois in contextu est NIKAEH PAKAES. A pro Λ videtur in vasculo esse, ut video ex descriptione Gerhardi, Osanni (Revision der Ansichten üb. d. Ursprung u. Herkunft d. gr. Vasen p. 85) et Duboisii. De spiritus signo † monuit Inghiramius. Cf. Vol. III. p. 705.

8392.

In vasculo fig. nigr. in museo Neapolitano; repraesentatur Hercules contra Amazones pugnans; edidit Dubois Maisonneuve Introd. à l'étude des vases cet. tab. LXVI. 2.

Ἡρακλῆς.

8393.

In vase Nolano collectionis Durand; repraesentatur Hercules in horto Hesperidum; in medio arbor serpente Ladone tricipite circumvoluta; utrinque Hesperides numero septem (Cf. n. 8455), inter quas Hercules ad figuram, cui Victoriae nomen appictum, conversus. Descripsit I. de Witte Cat. Durand n. 507. Description de vases peints cet. de la collection Magnoncour n. 41. cf. Millin Vases peints. tab. III.

Νίκη.

Litteris ΟΛ, quae supra Herculem distinguuntur, vide ne subsit ΚΑΛΟΣ, καλός. Conf. n. 7581. 7760. Hesperis, prope quam apparet Κ ΛΕΤ, fortasse fuit Κλεώ aut Κλειτή. Alia nomina Hesperidum habes n. 8394, 8480 et in vase Midiae.

8394.

In vase fig. flav. in museo Bourbonico; repraesentantur duae Hesperides (Palaephat. Incredib. XIX.) prope arborem dracone circumvolutam; altera draconi cibum praebens, altera pomum decerpens; in altera parte duo hierophantae; editum est in Mus. Bourbon. T. XII tab. 57. descripserunt Gerhard et Panofka Neap. ant. Bildw. I. p. 381. n. 2001. cf. Mus. Vivenzio p. 33. n. 151. Habeo etiam ex schedis Gerhardi, qui edidit König Atlas im Hesperiden-Mythos Abh. d. K. Akad. d. Wiss. Berl. 1841. p. 117. tab. II. 2. 3.

Nomina parum distincte picta. Viventius audacter legebat ΑΙΓΛΗ et ΑΡΕΘΟΥΣΑ, quae nomina traduntur Hesperidum (Apollodor. II. 5. 11. Serv. ad Virg. Aen. IV. 484. Lactant. ad Stat. Theb. II. 281). De tertio nomine tacet. Primum nomen Gerhardus exhibet ΕΛΥΗ in Mus. Burb. est ΕΛΙΝ. Videtur subesse ΕΛΙΚΗ, Ἐλίκη. Alterum nomen Gerhardus parum a fuit quin legendum putaret ΑΡΕΘΟΥΣΑ, unde expressit ΑΡΕΤΥΟΣΑ; cautius, ut videtur, in mus. Burb. traditur ΑΓΛΟΥΙΑ, ex quo efficias ΑΣΤΕΡΙΑ, Ἀστερία. Simili nomine Hesperis Ἀστρόπη audit in vasculo Midiae. Tertium nomen iuxta arborem positum etiam magis depravatum est, ex quo qui ductus supersunt, eos exhibuimus quales in schedis habuit Gerhardus qui in tabula expressit ΓΥΥΓΟΙΣ. In mus. Burb. habetur ΒΒΓΓ. Coniiciat aliquis fuisse ΕΣΠΕΡΙΑ, Ἐσπερία. Nota repraesentari duas Hesperides tantum. Cf. n. 8393.

8395.

In fragmento vasis in Apulia reperto collect. Zahn, nunc in mus. Berol.; Atlas in throno sedens, inter Herculem et Lunam; adsunt Mercurius et Hesperides. Edidit Gerhard König Atlas. Abhandl. d. K. Akad. d. Wiss. Berlin 1841. p. 109 sq. tab. I. Cf. Bullett. arch. Nap. I. p. 126 sq. Gerhard Neuerworbene antike Denkm. III. n. 1841.

Σελάνα. Ἀτλας. Ἡρακλῆς. Ἐρμῆς. Μ[αῖα].

In nomine ΕΡΜΑΣ spiritus asper deest.

8396.

In vasculo ex Magna Graecia oriundo, quod possedit Moschini Neapolitanus; nunc in mus. reg. Taur.; Hercules ad arborem Hesperidum. Inscriptio in pede vasis est. Edidit Quaranta Dissert. Neap. 1825 (cf. Kunstbl. 1824 n. 6), unde repetiit Gerhard König Atlas p. 117.

Ἡρακλῆς. Ἐρμείας.

Spiritus in utroque nomine expressus est ut n. 8391.

8397.

In vase collectionis Blacas; Hercules tripodem rapiens; adesse videtur Diana (cf. n. 7617 sq.). Editum Mon. ined. d. Inst. arch. Rom. Vol. I. tab. IX, 3. tractavit Panofka in Annalibus eiusdem instituti 1850 p. 205, citat Gerhardus Auserlesene Vasenbilder II. p. 147.

Ἀλκίμαχος καλός. Ἐπιχάρ[η]ς.

cf. 8448. Non probabile est, quod Welckerus nomen Ἀλκίμαχος ad Herculem referendum putat. Alterius ephebi nomen ΕΠΙΧΑΡΟΣ scriptum Ἐπίχαρμος fuisse suspicabatur Panofka. Ἐπιχάρης habetur etiam n. 7892.

Idem Alcimachus laudatur n. 8390, ubi littera O, sicut hic, formam habet litterae Ω simillimam;

8398.

In vase fig. flav. collectionis Pr. de Canino, nunc in pinacotheca Monacensi; inest Herculis apotheosis: ad rogam accurrunt Satyri et Nymphae hydrias portantes, quasi ignem exstincturae; supra ad sinistram quadriga, in qua Minerva et Hercules in Olympum iter suscepturi; prope arbor montis Oetae index; descripserunt I. de Witte Cat. étr. n. 96. (cf. Réserve étrusque, grands vases, n. 51) et O. Jahn Beschreibung der Vasensamm. K. Ludw. p. 127. n. 384. Editum in mon. ined. Inst. arch. Rom. Vol. IV. tab. XXI. tractavit Roulez Annal. d. Inst. arch. Rom. Vol. XIX. 1847. p. 265 sqq. Citat O. Jahn Vasenb. p. 24.

Ἀθηναία. Ἡρακλῆς.

Ἄβρις. Σκόπας[ς]. Ἀρέσουςα. Πρεμνουσία.

De scriptura Ἀθηναία cf. n. 7619. 7671. Apud Herodotum VII. 158. Dyrras fluvius dicitur accurrisse ad ignem rogi Herculis exstinguendum; nunc Nymphae apparent nominibus fontium insignitae. Nota Arethusa. Premnusia fons fuit Atticae (Hesych. T. II. p. 1017). In utroque nomine O p. ΟΥ resedit ex vetusta scriptura. Satyrorum alter Ἄβρις (i. e.

Ἄβρις), alter Σκόπας audit; quo loco Jahnius olim volebat ΣΚΟΠΣ (Σκώψ) legere, id quod litteraturae huius vasculi non conveniret. Neque magis probabile est quod Roulez putavit nomen Σκόπας revocandum esse ad gestum eius qui vocatur σκώψ (Athen. p. 629. F.) cf. Welcker Nachtr. zu Aesch. Tril. p. 140). Ceterum adnotat Jahnius Vasensamm. K. Ludwigs l. c. nomina ΑΡΕΘΟΥΣΑ, ΠΡΕΜΝΟΣΙΑ, ΒΒΡΙΣ prope tota in vasculo evanuisse.

8399.

In amphora ex Apulia reportata fig. rubr. in museo Berolinensi; Herculis et Hebes nuptiae (cf. Roulez Annal. d. Inst. arch. Rom. 1847. p. 276); in media pictura superiore Hebe sedens cum Gratia; infra Venus cum Himero; ad sinistram post Heben Hercules imberbis stans; supra utrumque Amor volans; infra hanc picturam numina apparent tutelaria nuptiarum. Descripserunt Levezow Verz. d. ant. Denkm. cet. p. 267 n. 1016. Gerhard Berl. ant. Bildw. I. p. 299. n. 1016. Edidit Gerhard Apul. Vasenb. tab. xv. Citat O. Jahn Vasenb. p. 25. Peitho d. Göttin d. Überred. p. 12.

[E]ρωσ. [I]μερος. [A]φροδίτη. Ἄρτεμις. Εὐνομία.
Εὐθυμία.

Εὐθυμία nunc Maenadis partes agit; similiter Εὐθυμωσ sacrificulus audit n. 7756. cf. Welcker Alte Denkm. III. p. 351, 484. De Εὐνομία cf. n. 8361. De his talibusque nominibus allegoricis vid. Lenor-

mant et I. de Witte Extrait de l'Elite des mon. céramogr. T. II. Comment. de la pl. xxiii. (Extrait de la Revue archéol. 15 Déc. 1845) p. 10. not. In delineatione olim edita ferebantur etiam nomina ΑΠΟΛΛΩΝ ΙΟΛΗ ΧΑΡΙΤΕΣ (cf. R. Rochette Odys-éide p. 270 not. 4), quorum nullum in vasculo vestigium. Ubi . . . ΡΟΣ, Levezovius legebat ΡΩΣ.

8400.

In hydria Rubis in Apulia reperta fig. rubr. nunc in museo Badensi; inest iudicium Paridis (cf. n. 7645. 8401. 8402.), qui in medio sedet adstante Amore; supra Paridis caput protome Eridis; ad sinistram Minerva, Iuno, Iuppiter in alto sedens, infra Iovem sedens Clymene (Oceanii filia, coniux Solis; ut Welckerus vult, Proserpina, ut Minervinus (Bull. arch. Napol. V. p. 85), nympa n. 8562. b.); ad dextram Mercurius, post Mercurium Venus sedens cum Amore, supra Venerem in alto sedens Eutychia; postremo in parte superiore quadrigae Solis qui tanquam celebraturus est diem Veneri et Paridi faustum; in inferiore vasis parte Comus. Descripsit Braun. Bullett. d. Inst. arch. Rom. 1856. p. 165 sq. ediderunt Braun II giudizio di Paride, Parigi 1858. 4. tab. I. Creuzer zur Gallerie der alten Dramatiker, Ausw. uned. gr. Thongef. d. Großherz. Bad. Samml. in Karlsruhe, 1859. tab. I. p. 29—46. 56—75. Gerhard Apul. Vasenb. tab. D. Citavit Welcker Annal. d. Inst. arch. Rom. Vol. XVII. 1845. p. 172.

Ζεύς. Ἔρις. Εὐτυχία. Κλυμένη. Ἀθηνάα. Ἥρα. De scriptura Ἀθηνάα cf. n. 8398.
Ἀλέξανδρος. Ἑρμῆς. Ἀφροδίτη. Ἥλιος.

8401.

In vase Vulc. fig. rubr. in museo Berolinensi n. 1868; iudicium Paridis (cf. n. 8400. 8401); edidit Gerhard Apul. Vasenb. tab. C. Cf. Gerhard Arch. Zeitg. 1844. p. 261 sq. Neuerw. Denkm. III. p. 35. n. 1750. Welcker Ann. d. Inst. arch. Rom. 1845. p. 170.

[A]λέξανδ[ρος]. Ἐρ[ω]ς. Ἑρμ[ῆ]ς. Ἀφροδίτ[α]. Πέδος. Ἴμερος. Ἀθάνα.

8401. b.

In oenochoe Rubis in Apulia reperta; iudicium Paridis. Descripsit Panofka Bullett. arch. Napol. V. p. 91. tab. vi, 1.

Παλλάς. Ἐλ[ένη]. Ἐρ[ω]ς. Ἀλέξ(υδρος) καλ[ός]. Ἥ[ρ]α. Veneri nomen Helenae adscriptum fuisse videtur. De epitheto καλός diis atque heroibus tributo vide n. 7415. coll. Jahn Archaeol. Aufs. p. 80 sq. Vasensammlung K. Ludwigs p. cxxvi, 947.

8401. c.

In hydria fig. flav. reperta in loco S. Maria di Capua, nunc in museo regio Neapolitano; iudicium Paridis. Descripsit Minervin. Bullett. arch. Napol. V. p. 105. citat Jahn l. c. LXII. n. 409. b.

Πάρις. Ἀθηναίη. Ἥρα. Ἀφροδίτα. Ἄρτεμις.

Iunonis nomen videtur scriptum fuisse ΗΗΡΑ, unde supersunt ductus Η . . . Nota scripturam Ἀθηναίη et Ἀφροδίτα.

8402.

In vase musei Neapolitani; iudicium Paridis ut supra; edidit Dubois-Maisonneuve Introd. à l'étude d. vases cet. tab. LXVIII. Citaverunt Welcker Annal. d. Inst. arch. Rom. Vol. XVII. 1845. p. 168. Gerhard Auserlesene Vasenb. III. p. 64. not. 50.

Ἑρμῆ[ς]. [A]φ[ρ]ο[δ]ί[τ]α. [A]θ[η]να. Ἀλεξάνδ[ρ]ος. Ἥ[ρ]α.

8403.

In vase fig. flav. Agyllae (Caere) reperto collectionis Campana; heroum Troiam proficiscentium in insula Chryse sacrificium; descripsit Gerhard Archaeol. Zeitung 1846. p. 285 sq. Cf. O. Jahn Archaeol. Beitr. p. 399.

Χρῦση. [A]γαμέμνων. Ἀχιλλεύς. Φιλοκτήτης. Διομήδης. Cf. 8451.

8404.

In fragmento vasculi fig. rubr.; sacrificium ad simulacrum Chryses (cf. n. 8403), edidit Raoul-Rochette Peint. ant. tab. VI. p. 401. inde Gerhard Arch. Zeitg. 1845. tab. XXXV. 2. cf. p. 178 et ibid. 1847. p. 155.

Φιλοκ[τή]τ[ης].

8405.

In amphora Nolana fig. flav. in museo Vaticano; Hector armatus Hecubae valedicens, post Hectorem Priamus. Descripta Bullett. d. Inst. arch. Rom. 1854 p. 60. (cf. Welcker A. L. Z. 1856. I. p. 596) edita est Mus. etr. Gregor. II. tab. LX. 2. repetit Gerhard Auserles. Vasenb. III. tab. CLXXXIX.

Πριάμος. Καλός Ἐκτωρ. Ἐκάβη.

Primi nominis littera Π apud Gerhardum omissa est. De epitheto καλός Hectori tributo cf. n. 8401. b.

8406.

In opereulo cylicis Canusinae fig. rubr.; possidet Raphaelis Baronius Neapolitanus; Nereides Achilli in saxo sedenti arma apportantes; edidit et descripsit Minervinus Bullett. arch. Napol. IV. p. 62 et p. 75. Descrizione di alcuni vasi fittili della collezione Iatta p. 114 sqq. Citat O. Jahn Vasensammlung K. Ludwigs p. XLV, 259. c.

Καλός. Καλή. Καλός. Εὐδία.

Nereidum alia Καλή, alia Εὐδία audit, quod apte Nereidi tribuitur, ut alias navis nomen est (Boeckh. Urkund. d. Att. Seew. X. 6. 52). Idem nomen legatur etiam in Bacchicis n. 7462. 8579. ubi tamen Εὐδία manifestum est. Frustraque Minervinus contendit illic Εὐδία restituendum esse, praesertim quum

n. 8579. socia habeatur Γαλήνη. Achilli appictum καλός minime offendit (cf. n. 8401. b). At idem epitheton quum etiam delphino appositum sit, Minervinus ex fabula de Tyrrhenis in pisces mutatis argumentum quaerit quo demonstretur etiam pisces honuuum instar laudari elogiisque ornari posse. Immo laudatur Achilles a duabus Nereidibus; hinc bis positum elogium est.

8407.

In amphora Rubis (Ruvo) in Apulia reperta inscriptionibus rasis, collectionis Baronis Lotzbeck; Priamus corpus Hectoris ab Achille redimens (cf. n. 7679); supra sunt pugnae Amazonum; in parte aversa raptus velleris aurei. Descripserunt Minervinus Bull. arch. Napol. I. p. 106 sq ex eoque Gerhardus Archaeol. Zeitung 1844. n. 14. p. 251 sq. (citat idem Auserles. Vasenb. III. p. 100. n. 94). L. Schmidt Annal. d. Inst. arch. Rom. Vol. XXI. 1849. p. 240 sqq. (cf. Mon. ined. Inst. arch. Rom. Vol. V. tab. XI. XII.

Νέστωρ. Ἀχιλλεύς. Ἐρμᾶς. Ἀμφίλοχος. Ἐστ[ωρ]. Θέ[τις].

Κάλαις. Ἰάσων. Μήδεια. Ἡ[ρακλῆς].

Nomen ΑΜΦΙΛΟΧΟΣ pro ΑΝΤΙΛΟΧΟΣ incuriae debetur pictoris, nisi alia subest fabulae ratio. Sic etiam in n. 7691. ΑΝΦΙΛΟΧΟΣ legere volebat Keilius ap. Gerhardum Archaeol. Zeitung XI. 1853. p. 128.

Nota scripturam nominis secundi (ΗΑΣΩΝ), spiritu aspero instructi, cuius spiritus forma convenit cum dialecto Dorica, quam prodit scriptura Ἐρμᾶς. Eiusdem nominis aliam formam singularem habuimus n. 7751.

8408.

In hydria fig. rubr. coll. Princ. de Canino, pugna trium Graecorum et quatuor Amazonum; descripsit I. de Witte Cat. étr. n. 145.

Καλή. Ἀνδρομάχη. Νέστωρ. Νεανίας.

Ex vetustiore scriptura remansit E pro H. De verbo νεανίας nominis instar adscripto cf. n. 8385 et Jahn Vasensammlung K. L. p. LXIX, 865. Argumentum picturae ad quam fabulam pertineat non liquet.

8409.

In amphora Vulc. fig. nigr. collectionis Magnoncourt; Achilles contra Memnonem pugnans; illi Thetis adstat, huic Aurora; ad pedes pugnantium prostratus iacet Antilochus; descripsit I. de Witte Descr. de vases peints cet. de la collection de Mr. de M** Paris 1859 p. 48 n. 59. Citavit Gerhard Rapp. Volc. p. 154. n. 411. ubi per errorem inscriptiones in n. 410. transpositae sunt; edidit idem Auserlesene Vasenb. III. tab. CCV. 3. 4.

[Ἐ]ως. Μέμνων. Ἀχιλλ(λ)εύς. Θέτις. Ἀντίλοχος.

Primum nomen I. de Witte expressit ΑΩΣ. Fuit potius ΕΩΣ (cf. 8370), non ΗΩΣ, quam formam statuit Kramerus (Styl u. Herkunft cet. p. 90), quamquam haec forma apud Xenophontem et Platonem enotatur (Lobeck Phryn. p. 89).

8410.

In vasculo Vulc. fig. rubr. collectionis Rasseggio, nunc Ducis de Luynes; mulier alata (Aurora) ephelum corripiens lyram tenentem (Tithonum), ad sinistram alius ephelus item lyram tenens (Priamus); ad dextram tertius ephelus hastas tenens (Dar-

danus), qui nunc ut Priamus (II. xx. 237.) Tithoni frater esse videtur. Edidit Panofka Annal. d. Inst. arch. Rom. Vol. XIX. 1847. p. 251 sq. cf. Gerhard Archaeol. Zeitung 1847. Beil. 2. p. 22. Descripserunt Braunius Bullett. 1848. p. 40 sq. L. de Witte in Gerhard Arch. Anzeiger 1850. p. 212. tetigit denique Jahn. Vasensammlung K. Ludwigs p. cxii.

Πρίαμος. Τιθωνός. Έως. Δάρδανος. οὐ παντὲς ἔστι Κόρινθος.

Sic enim legebat, qui primus edidit, notissimum illud proverbium: οὐ παντὲς ἀνδρὲς ἐς Κόρινθον ἔστ' ἂ πλοῦς (cf. Paroemiogr. Gr. ed. Leutsch et Schneidewin p. 135 ad u. 37) formula contractiore vasculo inscriptum esse ratus; idem verba illa Aurorae tributa a pictore putabat, ad certamen Neptuni et Solis de possessione Corinthi provocans. Cavedonius au-

tem (Bullett. dell' Inst. arch. Rom. 1848. p. 174) ad Laidem referre malebat (Gell. N. A. I, 8), cuius imago in nummis Corinthi apparet (Eckhel. D. N. II. p. 239). Nunc vero Braunius l. c. sic ait in vasculo tribus lineis scriptum esse: ΠΑΝΤΟΞΕΝΑ—ΚΑΛΑ—ΚΟΡΙΝΘΟΙ, in quibus verbis explicandis coniecturis indulgere nolimus. Κορινθοῖ potest locativus esse ut Ἴσθμοῖ, Μεγαροῖ, αἶται. In scriptura ΗΕΩΣ pro ΕΩΣ notabis affectatae antiquitatis indicium.

8411.

In vase Vulc. fig. flav. in mus. Vaticano. Menelaus Helenam aggrediens ad Palladium stantem, intercedente Venere; adspecta dea gladius manu excidit Menelai, cui a tergo adstat Peitho; editum est in Mus. etr. Gregorian. P. II. tab. v. cf. Bullett. arch. Napol. II. p. 49 et p. 149. Gerhard Etr. u. Kamp. Vasenb. p. 31. not. 6. O. Jahn Archaeol. Beitr. p. 36. Peitho die Göttin d. Überredung p. 22. Minervini Bullett. arch. Napol. VI. p. 15 sq.

Πειθώ. Μενέλεως. Ἀφροδίτη. [Ε]λένη.

8412.

In amphora Rubensi fig. rubr. collectionis Lamberti, nunc in museo regio Neapolitano; raptus Palladii; in parte aversa Marsyas barbatus sedens, versus ephebum, cui nomen Olympi appictum, spectans ex adverso stantem lyramque tenentem; utrinque figura muliebris (Musa); alteri mulieri adstat Satyrus; supra Satyrus barbatus importunus in nympham; putatur repraesentari Marsyae et Olympi certamen; videndum tamen ne Marsyae et Apollinis sit, ut n. 8580. recteque iudicent qui Apollinis nomen exolare posse arbitrantur. Editum Mon. ined. d. Inst. arch. Rom. Vol. II. tab. xxxvi xxxvii. tractavit Braun Annal. d. Inst. arch. Rom. Vol. VIII. 1856. p. 295 sqq. Picturam δ. repetit Inghirami Vasi fittili T. IV. tab. cccxxxii. cf. Lenormant et L. de Witte Elite d. mon. céramogr. II. tab. LXXV. Citarunt O. Jahn Vasenb. p. 20. Bullett. d. Inst. arch. Rom. 1843. p. 40. Schneidewini Philolog. I. p. 55. Minervini Descr. di alcuni vasi della collez. Iatta p. 18. Bullett. arch. Napol. II. p. 68. III. p. 77. VI. p. 25 sqq.

a) Διομήδης. Ἐλένη. Ὀδυσσεύς.

Nomen Helenae tueri videtur n. 8413. Braunius olim coniecerat Θεανώ. Scripturam ΟΔΕΥΣΣΕΥΣ incuriae deberi pictoris monuit Minervinus.

b) Τύρβα[ς]. Οὐρανία. Θάλεια. Ὀλομπος. Μαρσύας. Καλλιόπη.

Nomen Satyri Τύρβας Jahnius recte a voce τύρβη repetiit comparans Paus. II, 24, 6: Διονύσω ἐορτήν ἄγουσι τὴν καλουμένην τύρβην. Poll. IV. 104: τυρβασία δ' ἐκαλεῖτο τὸ ἄρχημα τὸ δι' Ἐραμεικόν. Cf. Athen. XIV. p. 618 C. Etym. M. v. Τύρβη. Hesych. v. Τυρβατία. Welcker Aesch. Tril. p. 192. Nomen nymphae in Monum. ined. Rom. traditur ΟΡΑΓΙΕΣ, unde Braunius coniecit scribendum esse ΧΟΡΑΓΙΣ. Veram lectionem esse ΟΡΑΝΙΗΣ docuit Minervinus, qui vidit subesse nomen Musae Uraniae, scriptum litteratura antiqua, in quo O est ΟΥ, E est Η, nisi forte Η est Α, ut sit ΟΡΑΝΙΑ, ut est n. 8185. d., neque opus est ut ad formam ὀρανία confugiamus, quam apud Aesch. Suppl. 8. 8. et ap. Soph. Oed. Col. 1466. firmavit Dindorfius (Poet. scen. Gr. p. xv). Videtur tamen littera Σ huic nomini per errorem appicta esse, quum debuisset adscribi nomini ΤΥΡΒΑ. In

reliquis, ubi ΚΑ, Braunius restituit Καλλιόπη; Minervinus quum legat ΚΑ . . ., possit etiam Κλειώ subesse. Scriptura ΘΑΛΕΑ pro ΘΑΛΕΙΑ est bonae notae. ΟΛΟΜΠΟΣ (non ΟΛΟΜΠΟΣ) ex probabili coniectura Jahni ad Satyrum pertinere videbitur cum Musa colloquentem. Cf. Welcker Alte Denkm. III. p. 470, nisi forte probaveris quod Minervinus monuit, intelligi posse montem Olympum de Olympo patre Marsyae denominatum (Schol. Theocr. Idyll. XIII. v. 30). Sic etiam in nummis constat Olympi montis nomen adscriptum legi; vid. Pinder et Friedlaender Beiträge zur älteren Münzkunde I. p. 86 et 90. Nihilominus huic explicationi iure diffidit Jahnius Vasensammlung K. Ludwigs p. cxvi. n. 845. Possit denique Marsyas etiam Olympus audire nomine de patre indito (cf. Bull. arch. Nap. II. p. 135), aut per errorem, siquidem qui inventores tibiae vulgo ferebantur Silenus, Marsyas, Olympus inter se confundebantur (Strab. p. 470). Scriptura Ὀλομπος p. Ὀλομπος non vitio pictoris sed pronuntiationi peculiari deberi videtur, videndumque ne ΟΛΟΠ etymon sit, unde deinceps factum ΟΛΥΠ (cf. ὄνομα, ὄνομα). Postremo nominis ΜΑΡΣΥΑΣ ultimas duas litteras non legi in vase monuit Minervinus.

8413.

In vasculo mutilo fig. flav. collectionis Lamberti; figura muliebris, utrinque figura virilis, ut n. 8412. a.; in parte aversa Bacchus inter duas figuras muliebres, quarum altera Satyro adstanti phialam porrigit; edidit O. Jahn Vasenb. p. 16. (cf. p. 51) tab. 111.

a) - - - [Ἐ]λένη. Διομήδης.

Videtur repraesentari Diomedes cum Ulysse, ablaturus Palladium. Quodsi est, non solum hoc loco ad sinistram ΟΔΥΣΣΕΥΣ legendum erit, sed etiam n. 8412 in medio ΕΛΕΝΗ. Atque ita video iudicare etiam O. Jahnum in Schneidewini Philologo

I. p. 55 sq. Parum probabiliter in litteris ΕΙΟ Walzianus putabat latere nomen Ἐπειός (Zeitschr. f. Alterth. 1839. p. 1219. Bull. arch. Nap. III. p. 125).

b) Θυώνη. Διόνυσος. Διώνη. Σῆμος.

De Thyone cf. n. 8380. De Dione n. 8387. Simus frequens nomen Satyri; cf. n. 8380.

8414.

In vasculo Nolano collectionis Viventii; umbra Aiacis et Mercurius prope columnam Doricam, quae indicare videtur sepulcrum Aiacis (cf. tab. Iliac.); descriptum est Mus. Vivenzio p. 27. n. 120.

Α[ἴ]α[ς] Τε[λαμῶ]νιος.

Haec enim litteris ΑΑΖΤΕ . . . subesse videntur. Ajax cum patre Telamone repraesentari videtur n. 7654 sq. De monumentis sepulcralibus heroum cf. n. 8415.

8415.

In vasculo fig. flav. collectionis Carelli; repraesentatur monumentum Troili, Priami filii, quod monumentum columella constat basi duplici imposita (cf. n. 7703. 8429); in columella inscriptio est; adsunt tres feminae Troianae, quarum duae libationem faciunt, una procul sedet; in basi inferiori monumenti duae cylices et cincinni; argumentum fortasse ex Troilo Sophoclis petatum; edidit Millingen Peint. de vases ant. cet. tab. XVII. tractavit Jahn Telephos und Troilus p. 91.

Τρωίλος.

Simile monumentum sepulcrale exhibetur Pyrrhi n. 7703. Phoenicis n. 8457. Agamemnonis n. 8441. Oedipi n. 8450. Epitaphium Troili in Aristotelis Pello extitisse prodit Ausonius Burdigalensis ed. Tollii n. XVIII. cf. Schneidewini Philologus I. p. 44.

8415. b.

In vase in quo repraesentatur homo baculo innixus canem ut videtur exturbans; adsidet homo alius cui nomen appictum; Telemachus et Ulysses repraesentari Rochetto videntur, Eumaeus et Ulysses Vineto; edidit R. Rochette Mon. inéd. p. 250. tab. LXXVI. 6. citat Vinet Revue archéol. II. 2. p. 545 sq.

Ὀδυσσεύς.

8415. c.

In vase Rubis reperto fig. rubr. collectionis Gargiulo, nunc Berolini; senex baculum tenens, quem sequitur mulier (Polycaste); canistrum fructibus refertum portans; ex adverso adolescens clypeo et hastis armatus, dextra pilum tenens; edidit et tractavit Vinet Revue archéol. II. 2. p. 544 sq. tab. 40. descr. Gerhard Neuerworb. Denkm. III. Nachtrag. n. 1945. Cf. Minervini Descriz. di alcuni vasi della collez. Iatta p. 119. Citat Jahn Vasenverzeichnis K. Ludwigs p. CXXVI, 947.

Τηλέ[ε]υ[α]χος. Νέστωρ καλός.

Argumentum ut videtur delectum in honorem Nestoris cuiusdam. De epitheto καλός heroibus tributo ad n. 8401. b.

8415. d.

In amphora fig. rubr. operis Apuli in museo Berolinensi. Repraesentantur Anchises et Aeneas stantes in vestibulo templi vel sepulcri; adsunt homines ἐπιτάφια adportantes. Descripsit Gerhard Neuerworbene Denkm. III. n. 1944; edidit idem Trinkschalen und Gefäße Tab. XXIII—XXVI.

Ἀγχίσης.

Αἰνείας.

8416.

In vasculo fig. flav. collectionis Carelli; adolescens nudus substratis vestimentis sedens prope cippum sepulcralem, in quo inscriptio est (cf. 8415); monumento celebratur Phoenix Amyntoris filius qui Troia cum Neoptolemo reversus in Thracia mortuus prope Eionem sepultus esse traditur (Strab. IX. 428); edidit Millingen Peint. de vases ant. tab. XVIII.

Φοῖβος.

Cf. ad n. 8415. 8429.

8417.

In hydria Paestana musei Neapolitani; repraesentatur ephebus nudus prope cippum sepulcralem, iuxta quem inscriptio est; ad sinistram sedet mulier in rupe urnam in gremio tenens, post hanc alia speculum portans; ad dextram post ephebum mulier aversa, cistam manu tenens cum fascia longa; adsidet homo barbatus seminudus ensem manu tenens. Descripserunt Gerhard et Panofka Neap. ant. Bildw. I. p. 260. n. 1547. edidit Dubois - Maisonneuve Introd. à l'étude des vases tab. LXXII. Cf. Millingen Peint. d. vases tab. XVI. Vinet Revue archéol. II. 2. p. 546.

Καλ[ό]ς Τηλέμαχος. Ὀδυσσεύς.

Inscriptiones quomodo figuris pictura repraesentatis convenient, minus patet: unde Gerhardus

pro suppositiciis habuit; nescio quam vere. Sunt certe satis antiquae. Priorem Gerh. et Panofka ita expresserunt: ΚΑΛΕ+ΗΛΕΜΑΧΟΣ unde M assumpsimus pro A quod dedit Dubois.

8418.

In vasculis duobus fig. nigr. musei Neapolitani; bellator armatus inter binas figuras palliatis, quas pro praeconibus sive caduceatoribus habuit Dubois-Maisonneuve qui edidit *Introd. à l'étude des vases cet. tab. LXVI. 1. 2.*

Τηλέ[μ]α[χ]ος.

Τηλέμα[χ]ος.

8419.

In vase fig. flav. musei Neapolitani; Orestis et Pyladis ad sepulcrum Agamemnonis adventus (ex Aeschyli opinor Choephoris); nomen patris inscriptum est columnae Doricae, cui imposita galea est; in basi quadrata ad dextram est vas pictura ornatum eiusdem formae, cuius illud est, in quo haec pictura; ad sinistram in basi sedet Electra adstante puella (Chrysothemis) cistam portante; ad dextram Orestes cum Pylade. Descripserunt Gerhard et Panofka *Neap. ant. Bildw. I. p. 306. n. 405.* edidit Millingen *Peint. d. vases cet. tab. XIV. XV. repetiit Inghirami Vasi fittili T. II. tab. CXXXVII.*

ΚΑΥΤΕΜΝΕΣΤΡΑ

ΑΙΓΙΣΤΟΣ

[Ἡ]λέκτρα. Ἀγαμέμνων. Ὀρέστης.

Nomen ΟΡΕΣΤΗΣ hodie evanuisse testatur Kramer *Üb. d. Styl. cet. p. 178.* De monumentis sepulcralibus heroum cf. ad n. 8415. In parte postica, in qua pictura argumenti nuptialis, apparet inscriptio haec:

aut, ut Gerhardus et Panofka tradiderunt: ΚΑΥΤΑΙΜΝΕΣΤΡΑ ΑΙΓΙΣΘΟΣ, quae nomina quum picturae non videantur convenire, Millingenius pro subditiciis habuit. De sepulcro Agamemnonis *Μυκηνῶν ἐν ταῖς ἐρειπίοις* cf. Pausan. II. 16. 5. Mueller *Dor. I. 94.*

8420.

In vase in Apulia reperto fig. flav. in museo Neapolitano; monumentum sepulcrale, cuius in scapo nomen inscriptum Agamemnonis (cf. n. 8419); ad sinistram mulier velata taeniis ornatura columellam; ad dextram alia, fascias et canistrum apportans; in parte aversa duo adolescentes specie peregre advenientium, Orestes et Pylades. Edidit Gargiulo *Racc. di monumenti più interessanti del R. museo Borbonico tab. CVI. repetiit Inghirami Vasi fittili II. tab. CXL.*

Καλή. Καλός. Ἀγαμέ[μνων].

In parte aversa inter adolescentes: Καλός.

De monumentis sepulcralibus heroum cf. ad

n. 8429.

8421.

In amphora fig. rubr. Rubis in Apulia reperta, in museo Burbonico; Orestes sedens in ara Dianae Tauricae, cuius templum apparet ad dextram; adsunt Iphigenia et Pylades, in altiore loco Apollo et Diana. Editam Mon. ined. d. *Inst. arch. Rom. Vol. II. tab. XLIII. descripsit Braun Annal. d. Inst. arch. Rom. Vol. IX. p. 198 sqq. Cf. Bull. d. Inst. arch. 1837. 1840 p. 188. O. Iahn. in Annal. d. Inst. arch. Rom. 1848. p. 204 sq. Overbeck Gall. her. Bildw. I. tab. xxx, 4.*

Πυλάδης.

Ὀρέστας.

Ἰφιγένεια.

8422.

In amphora Rubis in Apulia reperta fig. rubr. collectionis Millingen; Pelops et Oenomaus prope aram cum columella nomine Iovis inscripta; Hippodamiam adducit a sinistra nutrix vel mater; ad dextram Myrtilus et Venus. Supra columellam arae imago (protome) virilis, supra feminas ad sinistram alia. Edidit ac descripsit Ritschl. *Annal. d. Inst. arch. Rom. Vol. XII. 1840. p. 171 sq. Tab. N. O; edidit iterum Papasliotis apud Gerhardum Archaeol. Zeitung XI. 1853. n. 55. Tab. LIV.*

Πελά[γων]. Περίφας.

Ἰπποδάμει[α]. Πέλοψ. Διός. Οἰνόμαος. Μυρτίλος. Ἀφροδίτη.

Notabilis usus est litterae + quae nunc elementorum Τ, Φ, Ψ vicem tenet. Imagines supra posita alludunt ad procos Hippodamiae ante Pelopem superatos. Horum in recensibus ap. Schol. *Pind. Olymp. I. 127. (coll. 114. Eudoc. p. 314) et Pausan.*

VI. 21. 9 sq. comparet Πελάγων, cuius nomen hoc loco restituere non dubitavimus. Papasliotis: ΠΕΛΑΡ[ΓΟΣ]. Alius procos est Περίφας, quem sistit pictura, tacent libri, in quibus et numerus et nomina differunt multifariam. Simile nomen Ἐρίφας proditum est alteri equorum primi proci Marmacis inditum (Paus. VI. 21. 7). Hippodamiae nomen ΙΠΟΔΑΜΙΑ scriptum esse dicitur.

8423.

In cratere fig. flav. reperto Plistiae (S. Agata de' Goti) in Campania collectionis Venuti, nunc in museo Neapolitano; Oenomaus sacra faciens ante certamen a Pelope suscipiendum; prope aram columella, in qua simulacrum deae aru et calatho ornatae; ad dextram quadriga avectura, in qua Pelops et Hippodamia; supra ad sinistram quadriga Oenomai cum auriga Myrtilo; adsunt

Neptunus sedens Minervam respiciens abeuntem, Iuppiter cum Ganymede, Venus sedens. Primus descripsit Hauss De templo et stat. Iov. Olymp. p. 74. Edidit Dubois-Maisonneuve Introd. à l'étude des vases ant. tab. xxx. (cf. tab. III.); accuratius repetiit Inghirami Mon. etr. T. V. tab. xv. post Inghirami denique Papaniotis apud Gerbardum Archaeol. Zeitg. XI. 1855. Tab. LV. Descripserunt Gerhard et Panofka Neap. ant. Bildw. I. p. 342 sqq. Rathgeber Encycl. Hal. v. Oenomaus p. 90; citaverunt Welcker ad Philostr. Imag. p. 627. Ritschl Annal. d. Inst. arch. Rom. T. XII. p. 172. O. Jahn Peitho die Göttin d. Überredung p. 21. not. Vasensamml. K. Ludwigs p. LXII, 416.

Μυρτίλος. Ποσειδῶν. - - Ζεύς. Γανυμήδης. Οινόμαος. Πέλοψ. Ἴπ(π)οδάμεια.

Litteris prope evanidis supra simulacrum positus, quas omiserunt Duboisius et Inghirami nomen vel cognomen contineri videtur deae cuius simulacrum in columna apparet. Quo loco Panofka sibi visus est legere ΠΤΩ i. e. ΠΙΘΩ (cf. Stackelberg Apollot. zu Bassae p. 144); ut esset epitheton Dianae, quale etiam Ritschellius l. c. p. 183. not. proposuit. Colebatur autem Ἄρτεμις ἐπὶ κλησιν Πειθοῦς

teste Pausania II. 21. 1. Rathgeber in Encycl. Hal. univ. p. 99. EKA legendum arbitrabatur, ut esset ΕΚΑΤΗ. At Gerhardus (Prodr. p. 55) cum novissimo editore affirmat subesse ΗΡΑ, quod nomen simulacro convenire probare studet Arch. Zeitg. I. c. p. 51. Ceterum ΜΥΡΤΥΛΟΣ habet Dubois; idem ΓΑΝΥΜΗΔΗΣ, ΙΠΟΔΑΜΗΙΑ (Inghir. ΙΠΟΔΑΜΟΑ).

8424.

In vase Canusii reperto fig. flav. nunc in pinacotheca Monacensi; Medeae vindicta in aedibus Creontis Corinthiorum regis; aedes regiae in speciem templi sex columnis sustentati; in his Creusa sive Glauce Creontis filia in thronum concidens, ad sinistram Creon; accurrit adolescens (Hippotes) opitulaturus sorori; ad sinistram aedium accurrit figura muliebris (Merope) quae nunc videtur mater Glaucis; infra hanc picturam ad sinistram Medea gladio adoriens filium qui in aram confugit; pone adolescens cum altero filio aufugiens; ad dextram accurrens Iason opem laturus filii; pone tanquam in rupe editiore Aeetes ex inferis redux (cf. O. Jahn Archaeol. Beitr. p. 142) spectator scelerum; inter Iasonem et Medeam currus cum draconibus, in quo insania Medeae, quae nunc repraesentatur figura virili seminuda serpentibus caput cincta, utraque manu facem ardentem tenente cui nomen inscriptum οἷστρος (cf. Poll. IV. 142). Pictura tota expressa videtur ex tragoedia quadam. Edidit Millin Descr. des tombeaux de Canosa 1816. tab. VII. repetiit Inghirami Vasi fictili T. IV. tab. CCCLXXXVIII. Descripserunt Millin Magas. encycl. T. I. 1814. p. 156. Weichert Comment. I. de Medea Oestro percita ad illustrandam imaginem vasculi apud Cannas in Italia reperti, Grimmæ 1824. 4. O. Jahn in Gerhardi Archaeol. Zeitung 1857. n. 3. p. 34 sqq. idem Vasensammlung K. Ludwigs n. 810. cf. Raoul-Rochette Mon. ined. p. 63. Pyl de Medea p. 77 sq.

[Κρέ]ων. Κρεόντεια. Μερόπη. Ἴππότης. Μη[δε]ία. Οἷσ[τ]ρος. Ἰάσων. Εἰδῶλον Αἰήτου.

Inscriptione in epistyllo aedium mutila Κ[ορινθίων] contineri putabat Millinus. Parum probabiliter, neque litterae Κ ullum vestigium in vasculo est. Fuit Κρέων. Nomen supra figuram positum est. Pro

nomine Glaucis quod exspectatur pictor ad dextram apposuit ΚΡΕΟΝΤΕΙΑ scil. βασιλεια sive ἀνάκτορα, palatium Creontis.

8425.

In vase fig. rubr. collectionis Hamiltoni; caput muliebre taenia longa cincta, utrinque femina nuda, altera bacillum tenens, altera gladium districtum; qua pictura putabatur repraesentari ritus ex cultu deae Comanensis (Dianae Tauricae, cf. Dio Cass. xxxv. 11. Paus. III. 16 8.) repetendus; sunt potius mulieres, magicis artibus lunam obstricturae, quae facie muliebri videtur repraesentari; edidit Tischbein Collect. of engravings cet. T. III. tab. 44. repetiit Gerhard Lichtgottheiten auf Kunstdenkmälern (Abb. der Ak. d. W. 1838) Tab. IV. n. 8. Peintures de vases de la collection Hamilton III. tab. 44. inscriptiones omissae sunt. Femina districto gladio stans vocatur καλή. Litteris reliquis ΘΙΠΟΤΝΙΑΞΞΑΑ potuerit subesse ΠΟΤΝΙΑΞΘΕΑ[ς, ποτνίας Ξεās inscriptio ad imaginem deae referenda; sed melius leges cum Gerardo: ποτνία Σελένα sive ὦ ποτνία Σελένα.

8425. b.

In amphora grandi, cuius fragmenta reperta sunt in rudibus Lupatiae prope locum hodiernum Altamura, collect. Gargiulo; nunc, ut videtur, in Mus. Bourbon; aedes Plutonis; adsunt iudices inferorum Aeacus et Rhadamanthys cum Triptolemo, Heraclidae cum matre Megara, Orpheus, Furiae, Hermes, Sisyphus adstante Furia; ex schedis Canonici Laviolae descripsit Braunius Bullett. dell' Inst. arch. Rom. 1848. p. 25; accuratius descripserunt Minervin. Bullett. d. Inst. 1851. p. 38. Gerhard Archaeol. Anzeiger 1851. p. 89 sq. Tractavit Welcker Alte Denkmäler III. p. 122. citavit Jahn Vasensamml. K. Ludwigs p. xxxvii.

Τριπτόλεμος. [Αἰ]ακός. [Ῥαδά]μανθους. Μεγάρα. Ἡρακλεῖδαι. Ὀρφεύς. Πρωαί. Ἑρμᾶς. [Σίσυφ]ος.

Superest fragmentum nominis . . ναν . . , quod Furiarum uni, ut videtur, appositum erat. In scriptura nominum nota ΗΗΡΑΚΛΕΙΔΑΙ ΤΡΙΠΤΟΛΕ

ΜΟΣ. In parte aversa Solem, Luciferum, Auroram dicunt repraesentari ac postremae nomen ΑΩΣ inscriptum esse. Cf. n. 8409.

8426.

In amphora Vulc. fig. rubr. collectionis Pr. de Canino, nunc in museo Berolinensi; Cadmus draconem caedens, supra Victoria, ad dextram Minerva armata; post Minervam Ceres in alto sedens, prope Proserpina stans, cuius ad pedes Apollo sedens, infra Diana; inter Cadmum et Dianam prope tripodem (certaminis in Daphnephoris praemium) Theba sedens, cui Amor coronam offert; ad sinistram post Cadmum Harmonia sedens, post hanc prope tripodem Neptunus, cuius ad pedes adolescens nudus

234 PARS XXXIX. INSCRIPTIONES INCERTORUM LOCORUM.

(haud dubie fluvius Ismenus). Descripserunt H. G. Schulz Bullett. d. Inst. arch. Rom. 1840. p. 49 sq. Feuerbach ibid. p. 127. Welcker ibid. 1841. p. 178 (Alte Denkmäler III. p. 585). Gerhard Neuerworbene Denkm. cet. III. n. 1749 Edidit idem Etr. et Kamp. Vasenb. tab. c. 1—4. cf. Mus. Rhen. Neue Folge II. p. 609. Gerhard Archaeol. Zeitg. 1845. p. 26 sq.

Ἐρμᾶς. Ποσειδᾶν. Ἀρμονία. Νίκη. Κάδμος. Ἀθηνᾶ. Nota formas Doricas et Ionicas commixtas.
Θήβα. Δαμάτηρ. Κόρα. Ἀπέλλων. Ἄρταμις.

8427.

In fragmentis vasculi Hadriae reperti; apparent duo equi regente ut videtur femina; ante equos bellator, cui adscriptum Σίκων; prope clava, sub qua nomen Oedipi. Descripsit Matioli Catal. degli oggetti di antichità dissotterrati in Adria cet. n. 26. cf. Welcker Bullett d. Inst. arch. Rom. 1854. p. 136. Fragmentum in quo equorum et feminae bellatorisque vestigia, edidit Micali Mon. ined. 1844. tab. XLV. Citat Jahn Vasensammlung K. Ludwigs p. LXXXIV, 590.

[O]ιδιπόδας. Σίκων. Καλλιόπα.

Nomen Σίκων^s habetur n. 7877. Fragmentum in quo nomen Oedipi, num pertineat ad reliqua, non liquet.

8428.

In vase Rubis in Apulia reperto; simulacrum Herculis in vestibulo quattuor columnis Ionicis ornato collocatum; ad sinistram Creon et Ismene sedens lyram pulsans, adstante puella; ad dextram Antigona, pone Haemon duabus hastis munitus; descripsit Braun Bull. d. Inst. arch. Rom. 1856. p. 120. ex relatione H. G. Schulzii.

Ἴσμήνη. Κρέων. Ἡρακλῆς. Ἀντιγόνη. Αἴμων.

8429.

In vasculo fig. rubr. collectionis Carelli; cippus sepulchralis, in quo inscriptio est; utrinque figura virilis palliata baculum tenens; in parte aversa adolescens nudus, ramum tenens, ex adverso puella ornata, tunica longa induta, taenias et cistam portans. Ediderunt Quaranta Mus. Bourbon. Vol. IX. tab. XXVIII. Cf. Kramer Styl und Herkunft p. 179 sq. Jahn Arch. Beitr. p. 113. Telephos und Troilus p. 91. Vasensamml. K. Ludw. p. CXXIV. Millingen anc. uned. mon. I. tab. XXXV. XXXVI. repetiit Inghirami Vasi fittili T. IV. tab. CCCXV. CCCXVI. Inscriptionem repetiit Welcker Syll. epigr. Gr. ed. alt. n. 103.

Νώτῳ [μὲν] μ[α]λάχ[η]ν τε καὶ ἀσφόδ[ε]λον πολύριζον,
κόλπῳ δ' Οἰδιπόδαυ Λαῖου [υ]ῖον ἔχω.

Epitaphium fictum ex numero eorum, quae in heroes Homericos composita Aristoteles libro Πέπλος inscripto intexuit: de quo libro qui docte exposuit Schneidewinus (Philologus I. p. 1 sqq.), miror quod huius epigrammatis rationem non habuit. Nam Porphyrium, quem constat epigrammata Aristotelia in commentarios Homericos transtulisse suos (Eustath. Iliad. II. 285. 24. Rom. 216. Basil.), nihil obstat quo minus etiam hoc nostrum quod ad heroem Thebanum (Iliad. XXIII. 679. Odys. XI. 270) pertinet epitaphium ex eodem libro excerpssisse putemus. Videoque ita statuisse etiam Schneiderum in Lex. Gr. v. ἀσφόδελος. Quippe Eustathius quum alia ex Porphyrio delibavit ad librum Aristotelium referenda, tum epigramma illud apud Porphyrium extitisse (Comment. ad Odys. XI. 539. p. 454. Basil. T. III. p. 1698. Rom. 1542.) significavit verbis hisce: ἐφυτεύετο ἐν τοῖς τάφοις (ὁ ἀσφόδελος), ὡς δηλοῖ καὶ τῶν παρὰ τῷ Πορφυρίῳ ἐπιγραμμάτων λέγον ὡς ἀπὸ τίνος τάφου ὅτι νώτῳ μὲν μαλάχην καὶ ἀσφόδελον πολύριζον κόλπῳ δὲ τὸν δεῖνα ἔχω. Similiter Eustathius II. 17, 36 (13, 50) citavit aliud Aristotelis epigramma: ὡς δηλοῦται καὶ ἐν τῷ παρὰ Πορφυρίῳ ἐπιγραμμάτων. Citatione non percepta Inghiramius male Eustathium tribuisse contendit Porphyrio epitaphium longe vetustius. Nec vero morari quemquam debet, quod

neque in sylloge epigrammatum Aristoteliorum Florentina neque in sylloge Tetziana apparet epigramma, quod integrum nunc vasculo nostro debemus. Utraque sylloge manca est locupletarique potest partim epigrammatis ab Ausonio Burdigalensi in Latinam linguam translatis partim Anthologia Palatina, id quod fecit etiam Schneidewinus. Ceterum memorabile initium epigrammatis in Hippothoum et Pylaeum apud Ausonium n. XXI. (Schneidewin. l. c. p. 45):

Hippothoum Pyleumque tenet gremio infima tellus,
caulibus et malvis terga superna virent;

quae videndum ne translata liberius sint ex Graecis hisce:

Νώτῳ μὲν μαλάχην τε καὶ ἀσφόδελον πολύριζον,
κόλπῳ δ' Ἴππόθοον ἠδὲ Πυλαῖον ἔχω.

Quod si est, dixeris Eustathium, quum apud Porphyrium duo vidisset epigrammata, alterum in Oedipum, alterum in Hippothoum et Pylaeum utrumque formula eadem conceptum, omisisse nomina, transcripsisse formulam (τὸν δεῖνα ἔχω) variis nominibus aptam (cf. Elem. epigr. Gr. p. 342 not.). Similiter formula parum diversa usus est Aristoteles in duobus epitaphiis Hectori positis (v. Schneidewin. l. c. n. 46. p. 38 et n. 60. p. 42). Nota denique scripturae in hoc vasculo errores: ΝΩΤΩΙΜΟΛΑΧΗΝ - ΑΣΦΟΔΟΛΟΝ-ΛΛΙΟΥΙΟΝ.

8430.

In vasculo fig. rubr. collectionis Lamberg; simulacrum deae Chryses (Boeckh. Expl. ad Pind. p. 512): ad dextram Victoria alata pateram et πινάκιον tenens, ad sinistram Hercules coronatus, ad iuvenem conversus duabus munitum hastis, qui cum bove

appropinquat; quo loco si nomen Ἰάτων verum est, repraesentari videtur sacrificium Argonautarum, ex quibus Iason in insula Chryse tum aliud nomen obtinente aram exstruxisse deae Chryseae traditur (Philostr. iun. c. 17). Ediderunt Uhden Über ein altes Vasengemälde (Berl. Akad. d. Wissensch. 1810) p. 65 sq. De Laborde Vases de Lamberg T. I. tab. XXII. Millingen Peintures ant. et inéd. de vases gr. tab. LI. Inghirami Vasi fittili T. I. tab. XVII. Mueller Denkm. I. 10. (cf. Enchirid. Archaeol. 571. 8) Gerhard Archaeol. Zeitg. 1845. p. 162 sq. tab. XXXV. 1. (cf. Auserl. Vasenb. III. p. 21. not. 5.) ex apographo Arnethi. Descripsit Arneth Das K. K. Münz- und Antiken-Kabinet, Wien 1845. p. 22. n. 276. Citarunt Jahn. in Gerhard Archaeol. Anz. 1854. p. 451. atque Gerhard. ibidem p. 496.

Ἰάτων. Ἡρακλῆς. Χρύση. Νίκη.

Uhdenius legebat IOΛΕΩΝ, Millingenius ΗΣΩΝ, Lab. et Gerh. IOEΩΝ, Arneth I. OEΩΝ, Jahnius ΛOEΩNI. Littera N constanter servatur in apographis, unde quod Uhdenius coniecit Ἰόλεως probabilitate caret.

8431.

In vasculo fig. rubr. in museo Neapolitano; Actæon cui ad sinistram adstat Tydeus leporem caesum portans in baculo; ad dextram Theseus clavam tenens, et Castor duabus hastis munitus. Editum est in Catal. of the valuable library of James Edwards Esq. 1815. p. 46. tab. III. accuratius ediderunt Millingen Anc. uned. mon. I. tab. XVIII. (omissis inscriptionibus Millin Peint. d. vas. cet. T. II. tab. v.) Panofka Bild. ant. Lebens tab. v. 6. Habeo etiam ex schedis Uhdeni, qui transcripsit Neapoli.

Τυδεύς. Ἀκταίων. [Θ]ησεύς. Κάστωρ.

Ἀκταίων p. Ἀκταίων, ut alibi Ἀνκάος p. Ἀγκαῖος 7375. Litterae A et E imperfecte pictae sunt.

8432.

In amphora grandi fig. rubr. Rubis in Apulia reperta, nunc in museo Bourbonico. Repraesentatur mors Archemori, quae ansam dedit institutorum ludorum Nemeorum; in superiore pictura atrium palatii, in quo medio Eurydice Lycurgi regis uxor, ad sinistram Hypsipyle, ad dextram Amphiarus armatus; extra aedes duo adolescentes binas hastas tenentes (Euneos et Thoas, filii Hypsipylo et Iasonis), ad latus Amphiarai socii duo, Parthenopaeus et Capaneus; in loco editiore supra adolescentes apparet Bacchus (cf. Mueller Orchom. p. 268) sedens; ab altera parte Iuppiter et nympa Nemea inter se colloquentes; infra hanc picturam Archemorus mortuus iacens in lecto; utrinque figurae ludis celebrandis funeralibus intentae, in his paedagogus Archemori; in parte aversa vasis hortus Hesperidum. Descripserunt Gerhard Archaeol. Intell. Bl. 1834. p. 51. 1855. p. 15. Braun Bull. d. Inst. arch. Rom. 1855. p. 193 sqq. (cf. ibid. 1834. p. 165); editum est Mon. inéd. de l'Inst. arch. publiés par la section française 1856. tab. v. cf. Nouv. Annal. de l'Inst. cet. Vol. I.; edidit Gerhard Il vaso dell' Archemoro Rom. 1857. Archemoros u. die Hesperiden (Abh. d. K. Akad. d. Wissensch. 1856) p. 284—561. repetiit Inghirami Vasi fittili T. IV. tab. CCCLXXI—LXXIII. cf. Minervini Bullett. arch. Napol. II. p. 91 sq. Partem inferiorem repetiit Panofka Bild. antik. Lebens tab. XX. 1.

Διόνυσος. Εὐνεως. Ψυπύλη. Εὐρυδική. Ἀμφιάραος. Ζεύς. Νεμέα. Παρθενοπαῖος. Καπανεύς. Ἀρχέμερος. Παιδαγωγός.

Nomen Εὐρυδική hic ad allegoricam rationem revocatur a viris doctis epitheton credentibus esse deae defunctorum. Vide Lenormant et I. de Witte Extrait de l'Elite d. mon. céramogr. T. II. Comment. de la

pl. XXIII. (Extr. de la Revue archéol. 15 Déc. 1845) p. 10 not. De Nemea nympa loci cf. Brunn. Annal. inst. arch. Rom. Vol. XXII. p. 333 sq.

8433.

In amphora fig. rubr. Rubis in Apulia reperta collectionis Iatta; Talos veneficiis Medae oppressus coram Neptuno et Amphitrita; eum sustentant Dioscuri; ad sinistram stat Medea, ad dextram mulier perterrita aufugiens; in loco editiore apparent imagines Neptuni et Amphitritae; in parte aversa Minerva praevolante Victoria, Venus colloquens cum Iasone; ad dextram prora navis, in qua Boreadae recubant; admotam navi scalam ascendit alius Argonauta; in collo denique vasis nuptiae Bacchi et Ariadnes; descripta et edita est amphora in Bullett. arch. Napol. IV. p. 137 sq. repetiit Panofka in Gerhards Archaeol. Zeitg. 1846 p. 513 sq. tab. XLIV. XLV. cf. ibid. p. 196 et 1848 p. 369 sq. tab. XXIIV. cf. Cavedoni Bullett. arch. Napol. V. p. 57. qui argumentum coniecit ex fabula Sophoclis desumptum esse atque Pyl de Medae fabula (Berol. 1850) p. 46 ff.

a) Μηδ[ε]ία. Πολυδεύκας. Τάλως. Κάστωρ. Ποσειδῶν. Ἀμφιτρίτη. b) Ζήτης. Κάλαις.
c) Νίκη. Κάστωρ. Πολυδε[ύ]κας.

8434.

In cratere fig. rubr. collectionis Santangelo Neapoli; Meleager vulneratus in brachiis Tydei; adsunt Oeneus pater et Deianira, Peleus, Theseus, Venus et Amor; Gerhardus putat repraesentari heroes fratricidas; citatur ap. Gerh. Hyperb. röm. Stud. I. p. 186. Lenormant et I. de Witte Extrait de l'Elite des mon. céramogr. T. II. Comment. de la Pl. XXIII. (Extr. de la Revue archéol. 15 Déc. 1845), p. 10. not. cf. Annal. d. Inst. arch. Rom. IV. p. 127. Revue archéol. II. 2. p. 476. H. G. Schulz in Gerhards Arch. Zeitg. 1842 p. 192 (cf. 195) et Panofka ibidem 1848. p. 225 sq.

Φθόνος. Ἀφροδίτη. Τυδεύς. Δηϊάνειρ[α]. Οἰνεύς.
Πηλεύς. Θησεύς.

Φθόνος nunc Amor est, ut Venus alibi videtur appellari Ἔρις n. 7645.

8435.

In vasculo fig. rubr. collectionis Pr. de Canino; Dioscuri in equis; in parte aversa Paris in palatio Menelai; descripsit I. de Witte Cat. étr. n. 120. Cat. Beugnot n. 45.

Κάστωρ. Πολυδεύκ[η]ς.

In vasculo est ΠΟΛΥΔΕΥΚΕΣ.

8436.

In vasculo fig. flav. collectionis Hamilton; adolescens sedens sinistra hastam, dextra clypeum tenens; pone columella in qua inscriptio est. Edidit Tischbein Collect. of engravings from vases cet. T. IV. tab. XLIX. Peint. de vases gr. de la collection Hamilton prem. édit. de Florence T. IV. tab. XLIX. repetiit Inghirami Mon. étr. T. V. tab. XXXI.

**Idas.*

Adolescens Paris esse videtur Fontanio vasorum Hamiltonianorum interpreti, qui **Idas* mentionem ad montem celebrem refert. Melius Zannonius (Illustr. di due urne etr. e di alcuni vasi Hamiltoniani p. 112), cui repraesentari *Idas Argonauta* videtur. Pro uno ex heroibus palaestrae, qui ut *Idas frater*

Lyncei cursu excelluerunt, Inghiramius habuit. Puta monumentum sepulcrum exhiberi herois, quale exhibetur Pyrrhi n. 7703. Troili n. 8415. Phoenicis n. 8416. Agamemnonis n. 8419. 8420. Oedipi n. 8429. Heros est *Idas Apharei filius venator Calydonius* (Pind. Nem. X. 60. Pausan. IV. 2. 7. Apollodor. I. 8. 2. Plutarch. Thes. 31). Cf. O. Jahn Telephus und Troilus p. 91.

8437.

In vase Rubis in Apulia reperto; Tereus et Philomela secundum fabulam Atticam, a Sophocle tractatam (ut putat Avellinus; sed cf. Welcker A. D. III. p. 367); ex adverso figura muliebris (Apatē); in parte aversa aedicula, in qua femina speculum et flabellum tenens. Descripsit Braun Archaeol. Intell. Blatt 1835. p. 37 sq. editum Mon. inéd. publ. par la section française de l'Inst. arch. tab. XXI. tractavit Roulez Nouvelles Annales cet. T. II. p. 267 sq. cf. Minervini Bullett. archeol. Napolit. II. p. 12 sq. et Welcker ibid. p. 81 sq. (Antike Denkmäler III. p. 365).

**Ἀπάτα. Τηρέως. Φιλομήλα.*

Adest **Ἀπάτη* (filia noctis Hesiod. Theog. 224) delicti Terei index, quae ab interpretibus cum Venere *ἀπατούρω* (Strab. XI. 495. Steph. Byz. v. **Ἀπά-*

τουρον) componitur. Mira coniectura est Minervini l. c. p. 70. qui *Apaten* introductam putat ad significandum nomen feminae, cui vasculum destinatum fuerit, coll. huius Operis Vol. II. Add. p. 1017. n. 2143. c. ubi habetur femina **Ἀπάτη*.

8438.

In vasculo Agrigenti reperto; Caeneus ad dimidium ex terra apparens, pugnans contra Centauros saxa iacentes; descripsit Politi Cinque vasi di premio rinvenuti in un sepolcro Agrigentino nell' Aprile del 1841. in Ephem. Sicil. La Concordia a. II. n. 14. indeque repetiit Minervinus Bullett. arch. Napol. I. p. 14 sq. cf. p. 16. — Inscriptum est ΚΛΟΣ i. e. *καλός*.

8439.

In vase Rubis in Apulia reperto fig. flav. collectionis Lamberti; repraesentatur Theseus Minotaurum caedens, Ariadne aufugiens; in parte aversa Bacchus in medio sedens, Pacem intuens, quam ad se trahit ambabus (Euripid. Bacch. 416); utrinque Satyrus cum face et Maenas, altera thyrsus, altera cynum tenens; supra hanc picturam Nympha, quam insultat Satyrus; post Nympham Pothus tympano sonans; descripsit et edidit O. Jahn Vasenbild. p. 11 sq. tab. II. unde citat Gerhard Auserlesene Vasenb. III. p. 38. not. 29.

a) *Θησεύ[ς]. Ἀρι[δ]ή[λ]α.*

Hesych. *Ἀριδήλαν τὴν Ἀριάδην Κρήτες*. Jahnius acquievit in forma corrupta *Ἀριήδα* putans radicem esse *ἀνδάνω*, consentientibus Schwenk Etym. myth. Andeut. p. 158. Engelio Quaest. Nax. Goettingae 1835. §. 13. Osanno Revision der Ansichten über die Herkunft d. gr. Vasen p. 69.

b) *Πόθος. Παν[τ]ίση. Εὐρυ[τ]ίω. Ἀ[ν]τυλλος.*

Πολυκράτη. Διόνυσος. Εἰρήνη. Ἐρατώ. Σύβας.
De nomine Nymphae *Παντίση* conferendum mas-

culinum *Πάντισος*. Ceterum ut in hoc nomine, ita etiam in nomine Satyri Y est T. Nomen Satyri **Ἀτυλλος* repetere voluit Jahnius a voce *τύλω* (Hesych. *τύλον τὸ αἰδοῖον*). Est potius **Ἀτυλλος*, per incuriam omissa littera N, ut in nominibus aliis huius picturae omissae sunt litterae. De nomine alterius Satyri *Σύβας* apte Jahnius comparat Hesych.: *σύβας, λάγνος et συβάλλας ὁ κατηφερὴς πρὸς τὰ ἀφροδίτια*. Maenadum altera *Πολυκράτη*, altera *Ἐρατώ* audit. Bacchus cum *Εἰρήνη* est etiam n. 8381. cf. n. 8380.

8440.

In vase mutilo Rubis reportato, collectionis Lamberti; Theseus contra Amazones pugnans; edidit Gerhard Apul. Vasenb. tab. E. 1. p. 33. citat idem Auserl. Vasenb. II. p. 62. not. 23. III. p. 44. not. 52.

**Ἀν[δ]ρο[μά]χη. Θησεύς. Ἀντιόπ[η].*

Cf. n. 7731—7735.

8440. b.

In cylice Vulceis a. 1840 reperta coll. Pelagii Taurin. Heroes attici ad bellum profecturi; Theseus patri valedicens; adest Phorbas cum Medea et Aethra; ab altera parte Lycus eodem modo cum Aiace (?) compositus est, ut Aegeus cum Theseo; Aiace sequitur Menesibeus, quem ad arma exhortari videtur Minerva; adest denique Melite pagum significans Athenarum, ubi Aiax cum Eurysace inprimis colebatur. Intus Codrus rex armatus adstante viro barbato, cui nomen Aenetus. Descripsit Feuerbach in Bullett. Inst. arch. Rom. 1840. p. 127. edidit Braun Die Schale des Kodros Goth. 1845, tractavit O. Jahn Archaeol. Aufsätze p. 181 sq. tetigit idem Vasensammlung K. Ludwigs p. LXXVI. n. 505. p. CCVIII et p. CCXIV.

a) Αἴγυς. Θησεύς. Μ[η]δεα. Φόρβας. Αἰθρα.
Αὔκος. Αἴας. Ἀθ[η]ναία. Μενεσθεύς. Μελίτ[η].

b) Αἴνετος. Κόδρος.

Antiquioris litteraturae indicia habes in scriptura ΜΕΔΕΙΑ, ΑΘΕΝΑΙΑ, ΜΕΛΙΤΕ. Aenetus Brauno videtur idem esse vates qui clariore nomine Cleo-

mantis audit (Lyc. c. Leocr. 85 sq.), a quo rex oraculum accipit de servanda urbe Athenarum. Idem nomen Αἴνετος apud Paus. I, 27, 5. vati Tolmidiae probabiliter restituerat Walz. Pro Aiakis nomine ΛΕΩΣ λέως in vase legere sibi videtur Lenormant. Annal. dell' Inst. XIX. p. 368.

8441.

In hydria Nolana fig. flav. collectionis Pourtalès; Theseus contra Amazones pugnans, quarum altera in equo est; in parte aversa ephēbus chlamyde amictus, utrinque figura muliebris, altera ephēbo pateram praebens; sub pede vasis est nota ξΓΟΙ. Ediderunt Millin et Dubois-Maisonneuve Peint. de vas. ant. tab. x. xi. Millin Mon. ined. tab. xxxvi. p. 355. Gall. mythol. II. tab. cxxix. n. 495. Panofka Cab. Pourtalès-Gorgier tab. xxxv. xxxvi. p. 3 sqq. Descripsit Dubois Descr. d. antiq. de Pourt.-Gorg. p. 49. n. 203. Picturam a) edidit Panofka Bild. antik. Lebens tab. VI. 6.

a) Θησεύς. Ἰππολύτη. Δεινομάχη. Cf. n. 7733.

b) Φυλονόη. Πολίτης. Δεινομάχη. Ephēbus Polites (cf. n. 8455) videtur sponsus esse, Dinomache

sponsa, huius amica Phylonoe; horum in gratiam facta fuerit pictura, qua celebratur Amazo Dinomache. Cf. n. 7738.

8442.

In vase Nolano fig. rubr. collect. Lipon. nunc Monachii in pinacotheca; Theseus Procrusten corripens, in altera parte femina pateram tenens. Ediderunt Millingen Peint. ant. et inéd. d. vas. gr. tab. IX. Guigniaut Relat. de l'antiq. pl. 198. Panofka über καλός Tab. I. 2; descripsit Jahn Vasensammlung K. Ludwigs p. 67. n. 227.

Ἀλκίμαχος. Θ[ησεύς] καλός.

Quod Welckerus (Gerh. Hyperb. röm. Studien I. p. 307. Alte Denkmäler III. p. 351) nomine Ἀλκί-

μαχος Theseum significari putabat, nunc non potest probari, postquam ipsius Thesei nomen prope evanidum in vasculo repperit Jahnius. Alcimachus laudatur n. 8390. 8397. 8448.

8442. b.

In vase italo-graeco coll. Fittibald. Anxiae; nuptiae Pirithoi et Hippodamiae, quae hic Laodamia dicitur. Edidit Braun. Monumenti dell' Inst. di Corrispondenza archeologica 1854. p. 84.

Περίθωος. Λαοδάμεια. Θησεύς.

8442. c.

In scypho musei Vindobonensis fig. rubr.; femina, Antiope dicta, in montem aufugiens, ubi sedet mulier, ambabus manibus fugientem exceptura; Antiopen sequitur ephēbus; supra est Mercurius. Descripsit Arneith Das K. K. Münz- und Antikenkabinet Wien 1845. p. 10. n. 125; edidit O. Jahn Gerh. Archaeol. Zeitung 1853. p. 104 sq. Cf. Panofka Phocus u. Antiope p. 12.

Ἀντιόπη.

Apparent praeterea litterae ΛΛ prope caput Antiope, quam Jahnius repraesentari putat in Parnasso errantem et tutore Mercurio ad Venerem deductam.

8443.

In vase Aulide reportato; sacella et aedificia in utroque latere, ubi theatrum Bacchicum sub arce Athenarum repraesentari putabant (vid. Becker Charikles ed. II. tom. III. p. 138); inter columnas apparet anterior pars bovis aut vaccae, ad sinistram homo nudus stans, ad dimidium obrutus saxis, advolante per aerem serpente alato, iuxta caduceus est et inscriptio. Edidit Scrofanii Explication des peintures d'un vase Grec trouvé dans l'Aulide 1809; repetierunt Millin et Dubois-Maisonneuve Peint. d. vas. ant. T. II. tab. LV. Dux de Luynes Annal. d. Inst. arch. Rom. 1829. p. 407 sq. tab. H. 1; tractavit Welcker (Aesch. Trilogie p. 469) Zeitschr. f. d. Alterthumsw. 1838. p. 218. 221. Alte Denkmäler III. p. 445. Cf. Boettiger Archaeol. der Malerei p. 181. O. Jahn de Palamede p. 44. Geppert Altgriech. Bühne Tab. 23. p. XXI sq. Wieseler Theatergebäude p. 34 sq.

ΑΓΑ

Litterae explicari non possunt, quum totius picturae argumentum post varias virorum doctorum curas nondum potuerit explicari. Quare qui de oraculo Trophonii cogitabant, quod consulturi dicuntur invocasse Agamedem, inscriptionem mutilam Ἀγα- [μήδης] explebant. Welckerus contra supplicium re-

praesentari putat, quod subiit Palamedes auctore Ulysse proditoris accusatus; eiusdem nomen Γ]ΑΛΑ [ΜΕΔΕΣ] in vase scriptum fuisse suspicatur. Postremo fuerunt qui totum vasculum falsarii opus esse iudicarent (Annal. d. Inst. I. p. 408); contra quos qui a Rad. Rochetto Choix de Peint. p. 221. affertur Dodwellus Class. tour I. p. 301, vasculum Aulidense ipse non vidit. Cf. Jahn Vasensammlung K. Ludwigs p. xxv.

8444.

In vase Rubis in Apulia reperto; in medio sedet Εὐδαιμονία prospiciens ephēbum adstantem, cuius nomen mutilum est; post hunc ad dextram figura muliebris (Parca, ut putatur); post Eudaemoniam ad sinistram duae figurae muliebres, quarum altera (Τυμία) specie Veneris est, altera (Πανδαισία) canistrum tenet, in qua ficus et uva; inest mystici aliquid putaturque repraesentari nominibus allegoricis matrimonium Eudaemoniae et Amoris, qui congregationi animorum mysticae praesidet; omnia ad allegoriam revocavit Minervinus (Bull. arch. Napol. VI. p. 74); edidit et tractavit idem Minerv. Illustr. di un ant. vaso di Ruvo (Dono dell' Accademia Pontoniana agli scienz. ital.) 1845. 4. repetierunt Lenormant et I. de Witte Elite d. mon.

céramogr. T. II. Commentaire de la pl. XXIII. (Extrait de la Revue archéol. 15 Déc. 1845. p. 550). Citant Walz Kunstbl. 1846. n. 23. O. Jahn Archaeol. Beitr. p. 215. Gerhard Archaeol. Zeitung 1845. p. 194. 1846. p. 310. Cavedoni Bullett. arch. Nap. IV. p. 45. Minervini ibid. V. p. 141 sq.

Ἐγεία. Πανδαισία. Εὐδαιμονία. Πολυ -- σ. Καλή.

Nomen hominis Minervinus Πολυετής, Braunius Πολυέδης, Cavedonius et Walzius Πολύειδος fuisse rebantur. Ex his, si spatium vacuum respexeris, maxime se commendat coniectura Minervini, qui (Bull. arch. Nap. IV. p. 151) bene monet spatium non idoneum recipiendo nomini Πολύειδος, id quod etiam de nomine Πολυέδης dictum putato. Sed certi nihil definiiri poterit de illo nomine, praesertim quum experientia doceat, non quodvis spatium in inscriptioni-

bus vasculorum relictum explendum esse necessario. Quodsi mutilum nomen putaveris, duae litterae non amplius excidisse videri possunt; itaque aut Πολυέτης (cf. Πολυέτιος Vol. I. n. 1761. Εὐέτης Meineke Com. Gr. I. p. 26) fuerit, aut, si Ε est Α, ut alibi confunduntur, Πολυάδης, quae forma in libris fertur pro Πολιάδης (cf. Keil. Anal. epigr. p. 231), derivanda a forma Πολύας (Herodot. VIII. 21). De Πανδαισία epularum lautarum praeside Cavedonius comparat Aristoph. Pac. 565. ubi laudatur μάζα καὶ πανδαισία post mentionem vitis et ficus iniectam.

8445.

In vase ex Apulia reportato fig. flav. collectionis Durand; Tyche tunica et peplo induta in cubo sedens; supra est sphaera, pone meta in qua inscriptio est; ante Tychem ephebus nudus strigilem portans; descripsit L. de Witte Cat. Durand n. 454.

Εὐτυχία.

8446.

In vase fig. flav. collectionis Lamberg; Minerva stans, prope quam e longinquo visitur templum; adsunt homines coronati et tibicina. Edidit De Laborde Vases de Lamberg T. I. (Yignette n. V. p. 7.) qui ad mystica refert. Litteris negligenter inscriptis nihil videtur subesse nisi καλὸς quater repetitum.

8447.

In vase fig. rubr. in museo Bourbonico; Amor sphaeram emittens ex manu dextra; ad dextram femina speculum tenens et fascias, ad sinistram alia ad columnam stans, in qua inscriptio est; ediderunt Dubois-Maisonneuve Introd. à l'étude d. vas. cet. tab. LIII. 2. Millingen Uned. anc. mon. 2. tab. XII. editum est etiam in Mus. Borbon. T. III. tab. XII. descripserunt Gerhard et Panofka Neap. ant. Bildw. I. p. 347. n. 74. cf. Journ. d. Sav. 1825. p. 485. Jahn Vasensamml. K. Ludw. p. CXIII.

— μοι τὰν σφ[αί]ραν.

Initio Dubois +I H E A N, Mill. +I H E A N, Pan. † T † E A N. Legebat Millingenius ex Carelli interpretatione χρῆσαν, quod ei videtur esse i. q. χρῆσον, proponens etiam ἦσαν, censor operis Millingeniani Kunstbl. 1825. n. 61. χρῆσαν p. χρῆσαι, Ger-

hardus κτήσον, Kramer (Über d. Styl u. d. Herk. d. gr. Thongef. p. 183) χρυσᾶν, Cavedonius (Bull. arch. Nap. III. p. 62) ἦς ἄν. Pictor voluisse videtur ΗΕΙΞΑΝ ΜΟΙ ΤΑΝ ΞΦΑΙΡΑΝ i. e. εἶσάν μοι τὰν σφαιῖραν. Quamquam quid sibi velit hoc effatum, dictu difficile est. Lectionem ΞΦΙΡΑΝ ex depravatione linguae explicat Gerhardus Auserlesene Vasenbilder I. p. 207. Argumentum eroticum videtur.

CAPUT TERTIUM. HISTORICA.

8447. b.

In scypho Clusino fig. rubr. musei Berolinensis. Oscillatio bacchica; puella in αἰώρε, quam iactat Silenus; in parte aversa idem Silenus coram femina velata, σκιαδηφορῶν. Edidit Gerhard Trinkschalen und Gefäße. Tab. XXVII; cf. eiusdem Neuerworb. Denkmäler n. 1937.

a) Ἄλη. Ἄδεια.

b) Στασίνα.

Etiam hic, ut in simili argumento n. 8367, nomina sunt allegorica. Quod enim puellae adscriptum est nomen Ἄλη motum oscillationis significare videtur, nomini in altera parte adscripto, quod figu-

rae tranquille stanti convenit, oppositum. Ἄδεια autem Sileno appictum animum significat intrepidum, quo esse debet qui fune per aerem iactatur. Cf. nomen Εὐθυμος n. 7756.

8447. c.

In vase grandi Canusino, nunc Neapoli in museo; insunt quatuor picturae, in collo vasis certamina cum barbaris et scenae bacchicae, in corpore vasis Bellerophon Chimaeram caedens et Graecorum cum populis Asiaticis certamina trifariam repraesentata;

a) vir barbatus sedens ad tabulam, in qua litterae nigro colore pictae, sinistra diptychon tenens, dextra nummos in tabula numeratos cogens; b) ΔΑΡΕΙΟΣ rex in throno; coram rege homo pileatus insistens basi inscriptae ΓΕΡΞΑΙ et Satrapae; c) Iuppiter, Diana, Venus, Minerva dextram imponens humero mulieris ornatae quae ΕΛΛΑΣ dicitur; adest ΑΣΙΑ in ara sedens et figura alata faces tenens. Descripsit Minervinus Bullett. Nap. 1854. n. 43; cf. Gerhard Arch. Anzeiger 1854. p. 485 sq. Jahn Vasensammlung K. Ludwigs p. CCXVI. 1386.

a) Litterae in tabula inscriptae dicuntur esse hae : ΛΙΨΗΔΓΟ<Τ, in diptycho ΤΑ.Η et infra ΤΑΛΝ (τάλαντα η' — τάλαντα ν'), quae litterae omnes inversae sunt, figurae legentis oculis accommodatae.

b) Δαρείος. Πέρσαι.

c) Ἑλλάς. Ἀσία. Ἀπά[τη]. Sic Minervinus; Quaranta volebat Ἀπα[γγελία]. Cf. n. 8437.

8447. d.

In vasculo (σκούφω) Clusino fig. rubr. musei Berolinensis; certamen viri barbati cum adolescente; descripsit Gerhard Neuerworbene Denkmäler III. p. 91. n. 1956.

Αἰσι[μ]ίδης καλός.

Vasculum, ut putat Gerhardus, antiquo tempore restauratum. Αἰσιμίδης nomen atticum (cf. Vol. I. n. 169. l. 61.) viro barbato adscriptum est; alteri ΔΟΚΕΙ δοκεῖ i. e. καλὸς δοκεῖ et praeterea quod non potest explicari + ΣΥΝΝΟΝΗ.

8448.

In vasculo Nolano musei Bourbonici; femina nigris vestibus induta sedens in sella, speculum tenens, ad dextram alia mulier pateram ferens; descripsit Panofka Neap. ant. Bildw. I. p. 385. n. 1925.

Ἀλκίμαχος καλός.

Alcimachus laudatur n. 8390. 8397. 8442.

8449.

In hydria Nolana collectionis Braunii; femina inest citharistria sedens, ex adverso femina cistam ferens; adsunt duae aliae, quarum altera speculum tenet; utrinque Amor volans; descripsit Henzen Bullett. d. Inst. arch. Rom. 1845. p. 49. cf. Minervini Bullett. arch. Napol. IV. p. 112. Gerhard Archaeol. Zeitung 1845. p. 144.

Εὐδώρα. Εὐδώρα. Κάλλιπ[ος] καλός.

Potest esse etiam Καλλιπιδής. Duabus feminis idem nomen impositum Εὐδώρα, nescio qua de causa.

8449. b.

In operculo cylicis fig. rubr. collect. Iatta; feminae duae sedentes (Callisto et Arch -), quibus binae aliae adstant; inest columella et avicula, praeterea alia figura muliebris, cui appictum epitheton ΚΑΛΗ. Descripsit Minervinus Bullett. arch. Napol. V. p. 25 sq.

Καλή. Ἀντίππη. Καλλιστώ. Μυρρίνη. Αυσιστράτη. Ἀρχ - -. Μέλιττα.

Sunt feminae Athenienses, quarum nomina ex- Ἀρχεστράτη conicit nomen esse feminae sedentis. cepto Ἀντίππη obvia sunt in inscriptionibus Atticis. Ἀρχεστράτη Μησιστράτου Παιανίως Συγάτηρ una cum Hinc non improbabilis coniectura Minervini, qui quadam Melitta habetur Vol. I. n. 155.

8450.

In vase fig. flav. in museo Florentino; in superiore parte femina, cuius ad pedes ara, deinde Amor volans dextrorsum; post hunc femina citharam pulsans; sequitur homo palliatus nomine Callias, et femina ornata sedens (Nicopolis); coram femina stans (Cleodoxa) tibias inflans; sequuntur duae figurae ut videtur muliebres in speciem bellatorum adornatae, quarum altera stat, altera saltat; postremo femina cum cithara (Pegasis) et duae aliae inter se confabulantes; infra in corpore vasis homo barbatus palliatus sceptrum tenens inter duas feminas cum ephebo feminam discedentem persequente. Ediderunt Dempster Etrur. regal. T. I. tab. LXII. LXIII. cum explicatione Buonarroti; Passerius Paralip. ad Dempster. p. 99. Lanzi (Descriz. della R. Galleria di Firenze) Giornale de' letterati T. XLVII. 1782. p. 165. qui primus inscriptiones repperit, Visconti Mus. P. Clem. T. II. p. 62. not. b. tab. B. Inghiranius Mon. etr. T. V. tab. VII. VIII. IX. De Laborde Vas. de Lamberg T. I. Vignette 5. Lenormant et I. de Witte Elite des mon. céramograph. T. II. 80. Rursus tractaverunt Lenormant Revue archéol. VI. 1849. p. 605 sqq. tab. 129 et Panofka in Gerhard Archaeol. Zeitung 1850. p. 225. Citarunt Zannoni Illustr. di due urne etrusche e di alc. vasi Hamilton. p. 56. Welcker Mus. Rhen. 1835. p. 352. Mueller Hall. Lit. Zeit. 1855. p. 213. O. Jahn. Archaeol. Beitr. p. 353. not. Vasensammlung K. Ludwigs p. CCXI, 885.

Καλλίας. Νικόπολις. Κλεόδοξα. Πόρνα. Σελίνικος. Πηγασίς.

Initio legebat Lanzius ΜΑΛΛΙΑΣ p. ΚΑΛΛΙΑΣ (Visc. ΜΑΛΛΥΣ), ΠΛΕΟΔΟΞΑ p. ΚΛΕΟΔΟΞΑ (Visc. ΜΛΕΟΔΟΞΑ), ΛΟΡΚΑ p. ΠΟΡΝΑ, quam lectionem dederunt Lenorm. et I. de Witte (Visc. ΦΟΡΥΑ, Ingh. ΑΟΡΚΑ), ΑΦΡΟΔΙΣ p. ΠΕΓΑΣΙΣ (Visc. ΠΕΛΔΖΙΣ). Ubi ΣΕΛΙΝΙΩΣ, Visc. habet ΕΣΛΙΝΙΩΣ.

In nomine Πηγασίς nota residuam ex vetustiore scriptura litteram Ε p. Η. Picturam his nominibus insignem Viscontus ad Thesmophoria refert, Inghiranius ad Anthesphoria; Lanzius Nicopolim urbem celebrari suspicatus est in vase post pugnam Actiacam facto; quam opinionem probavit Welckerus, improbarunt O. Muellerus, Kramerus (Über d. Styl

cet. p. 43), O. Jahnius, qui spreta etiam Visconti interpretatione simpliciter de pyrrhicha a feminis exhibitum argumentum putat explicandum esse; quam in rem ex picturis vasculorum nonnulla exempla congecit. Lenormantus argumentum nuper ad Epicharmi comoediam Musas inscriptam revocari posse arbitratur; Panofka vero Theseum et Hippolyten a saltantibus repraesentari arbitratur. Feminarum pyrrhicham saltantium altera Πόρνα, nomine parum honorifico (pro quo Jahn. legit Δόρκα, Panofka Φόρκα, Lenormant. Φόρκας), altera Σελίνικος audit epitheto

parum perspicuo; nisi putas falso lectam esse syllabam primam pro ΚΑ, ut fuerit Καλ(λ)ίνικος, quod adiectivum ut epitheton imponi feminae poterat (cf. n. 8451). Citharistriae nomen Πηγατής ratione habita Musarum, in quas translatum nomen est (Propert. IV. 1. 19. Ovid. Her. XV. 27) tributum videtur Jahnio. Nomen tibicinae Κλεόδοξα habetur etiam n. 8045. Nomen muliebri Νικόπολις extat Vol. I. n. 1154. II. n. 1967. Anthol. Palat. VII. 340. Plutarch. Fort. Rom. 4. p. 318. C. Longe frequentissimum in huius generis supellectile nomen est Καλλίας (cf. n. 7829 sq.).

8450. b.

In hydria olim collect. Lamberti, nunc in museo regio Neapol. Mulieres saltantes coram homine palliato, assidente tibicina; alia tibicina adstat ad mensam, in qua femina nuda κλιστώσα; prope est puella nuda saltatura super gladios erectos (Xen. Symp. II, 12). Descr. Minervin. Bullett. arch. Napol. V. p. 98 sq.

Ἑλπινίκη. Δοτώ.

Nomina sunt tibicinis appicta. Nomen Δοτώ Minervinus repetit a voce λωτός (i. e. tibia), quae vox

dicitur scripta esse etiam λωτός. Sed ut ΕΛΠΙΝΙΚΟΕ est pro ΕΛΠΙΝΙΚΗ, sic etiam littera O pro Ω pictori videtur imputari posse. Λωτώ nomen Nymphae habetur n. 6784, si ibi vera lectio est. Vid. Add. ad n. 6784. Vol. III. p. 1271.

8451.

In vase Nolano collectionis Viventii; homo barbatus sceptrum et cornucopiae tenens, persequens feminam discedentem; in altera parte homo baculum tenens; descriptum est in Museo Vivenzio p. 9.

Καλὸς Κόροιβος. Καλ[λί]μορφος.

Nomen Κόροιβος nunc forma primitiva expressum est Κόροιβος, ut Διδύραμβος p. Διδύραμβος n. 7464. Laudatur Coroebus adolescens opinor Atheniensis. Hinc pictor fabulam quandam sive Coroebi

Cassandreae sponsi sive aliam expressisse videtur, ex qua quae sponsa habetur, ei epitheton Καλλίμορφος indiderit de suo: quod si est, firmatur simile epitheton feminae tributum n. 8450 et Amazoni Ειδύβωλος n. 8199. Idem epitheton sive nomen habetur in gemma n. 7095. Sed videndum ne fuerit ΚΑΛΗΜΟΡΦΩ, καλή Μορφώ.

8452.

In amphora Nolana; Neptunus tridentem et delphinum tenens specie minantis incedens; in altera parte adolescens fascia cinctus caput, pallio amictus. Edidit Dux de Luynes Vas. peints cet. tab. XXIII. qui coniecit adolescentem, cuius in honorem pictum vasculum sit, videri naufragio periisse.

Καλὸς Μέλητος.

8453.

In vasculo fig. flav. Agyllae reperto, nunc in museo Britannico; homo barbatus coronatus ad aram advolante Victoria; ad dextram tres homines quorum duo nudi sacra faciunt, tertius palliatus tibias inflat; similis pictura est n. 7537. b. Descripsit Campanari Bullett. d. Inst. arch. Rom. 1855. p. 185 sq. (cf. Braun ibid. 1857. p. 55); ediderunt Gerhard Archaeol. Zeitung 1845. tab. 35. Auserlesene Vasenb. III. tab. CLV, 2. et Panofka Eigennamen mit καλός Tab. III, 5. Cf. Cat. Vas. mus. Brit. n. 804.

Ἀρχεναύτης. Σ[ύ]στιτος. Νικόδημος καλό[ς].

Gerhardo videbatur repraesentari sacrificium Argonautarum, ut in simillima pictura (Auserl. Vasenb. CLV, 1; apud nos n. 7537. b.) et in fragmento a R. Rochetto edito (Peint. pl. VI. p. 401 sq. Arch. Ztg. 1845. p. 178); cui tamen obloquitur O. Jahn. Arch. Aufsätze p. 137. Arch. Beitr. p. 399. negans picturae

argumentum esse mythologicum. Ἀρχεναύτης nomen, ut Ἀρχένεως, notum ex Simonidis epigr. 85 (Anthol. XIII. 26). Σύστιτος nunc vocatur tibicen utpote κοινωνός τῶν ἱερῶν; quam in rem Gerhardus comparari iubet Plat. Epist. VII, 350. c. σύστιτον καὶ συνέστιον καὶ κοινωνὸν ἱερῶν Διονυσίῳ ἐποίησας. Σ[Υ]ΣΙΦΟΣ legit Panofka. Elementum O inter ΝΙΚΟΔΗΜΟΣ et ΚΑΛΟ errori pictoris imputandum ut n. 7753.

8454.

In vasculo Vulc. fig. rubr. collectionis Durand, nunc in museo Britannico; pueri luctantes; in altera parte saltum exequentes intus est ephebus strigilem portans; descripsit L. de Witte Cat. Durand n. 706. Cat. Vas. Mus. Brit. 971**.

Ξένων [κ]αλός.

8455.

In cylice mutila Nolana musei Bourbonici; adolescentes hasta et gladio muniti valedicentes suis; in parte interna Theseus, ut putatur, et Phaedra aut Achilles et Polyxena praesente Apolline; editam Mon. ined. dell' Inst. arch. Rom. Vol. II. tab. xv. xvl. tractavit Panofka Annal. d. Inst. arch. Rom. Vol. VII. p. 70 sqq.

a) Πολίτης. Sic enim epheborum alter vocatur; mittam coniecturam a Panofka propositam ΣΤΕΝΩ cf. n. 8441. Alterius nomen mutilum est --- os, cui aut ΣΠΕΝΔΩ. In litteris denique adolescenti restituendo Panofka praesto habet ΒΟΗΘΟΣ. Etiam tertio impositis ΣΕΤΟΣ videndum ne lateat [Παρά]-σείτος. nominum ambarum feminarum non nisi ductus suspersunt, de quibus non iuvat coniecturam facere. b) [Ἀπόλ]λων. Reliquis litteris Panofka coniecit subesse aut ζVΞΞΘ aut [ΑΧΙΛ]ΛΕΕ[VΣ]; Panofka tamen alterius nomen [ΜΕΛΙΤ]ΤΑ coniecit esse: quod aequae incertum est ac si quis alterius nomen putaverit esse Α]ΣΤΕ[ΡΙΑ], Ἀστέρια, ut neutrum probabiliter.

8456.

In vasculo ex Apulia reportato in museo Berolinensi; Minerva armata hastam et parazonium tenens, innixa cippo, ad quem iacet clypeus; in cippo inscriptio est. Descripserunt Levezow Verz. d. ant. Denkm. p. 180. n. 850. Gerhard Berl. ant. Bildw. I. p. 247. n. 850. edidit Dubois-Maisonneuve Introd. à l'étude des vas. cet. tab. LXXXII.

Σόφων.

Falso nomen legebat Duboisius. Honoratur, ut videtur, adolescens qui dum vivebat Minerva propitia usus est.

8457.

In vasculo Nolano, in quo citharoedus barbatus, femina lyram et plectrum tenens, adolescens oenochoen et canistrum portans; descripsit H. W. Schulz Bullett. d. Inst. arch. Rom. 1842. p. 15.

Σωφάνης καλός.

In nomine ΣΩΦΑΝΕΣ nota confusionem litterarum antiquarum et recentiorum.

8458.

In vase Plistiae (S. Agata de' Goti) eruto; herma quadratus, cuius caput Mercurii et Bacchi mixtum aliquid habet, corona hederacea addita; in herma effictus caduceus est; appropinquat femina res ad sacra facienda necessarias portans. Edidit Mazochius Tab. Heracl. p. 138. n. IV. aeri incisum.

Καλός Ψόλων.

Nomen a voce ψόλος derivandum.

8458. b.

In cylice fig. rubr. reperta in loco S. Maria di Capua, collectionis Raphaelis Baronii; ephebi duo nudi strigiles portantes, et homo barbatus, in altero latere tres figurae palliatae; suspensa est cavea in qua coturnix; in parte interna Amazo arcum intendens; descripsit Minervini Bullett. arch. Napol. VI. p. 59.

a) Ὁ παῖς καλός. b) Καλός. Καλός. c) Καλός. Καλή.

8458. c.

In vase Vulc. nunc in museo Britannico; poeta cum duabus Musis. Descripsit Welckerus Bullett. dell' Inst. arch. Rom. 1845. p. 219 sqq. edidit idem Alte Denkm. III. p. 462. citat Lenormantus Annal. inst. arch. Vol. XIX. Suppl. p. 352. not.

Μουσᾶτε[ς]. Τερψιχόρα. Μελε[τ]ῶσα.

nomen mire scriptum redit in oxybapho Cumano fig. rubris collect. Gargiulo, nunc in museo Berol. Edidit Gerhard Trinkschalen u. Gefäße Tab. xviii. Neuerworb. antike Denkm. III. n. 1947; ubi legitur ΑΠΟΛΛΩΝ ΤΕΡΣΕΙΧΟΡΗΣ ΚΛΕΙΑ i. e. ΚΛΕΙΩ.

Welckerus nomen ΜΕΛΕΛΟΣΑ legit Μελεδῶσα, ab inusitata forma μελεδάω derivans. Alterius Musae

8459.

In oenochoe Vulc. fig. rubr. collectionis Magnoncour; ephebus mitra phrygia tectus, peltam tenens, hastas duas; ensis suspensus est ad latus. Descripsit I. de Witte Descr. des vases peints cet. de la collection de M. de Magnoncour p. 63. n. 86. Litterae partim male refictae sunt. Antiquitatem affectat formula ΚΑΛΟΣ ΗΟΡΑΙΣ, καλός ὁ παῖς, ut docet non tam littera Ω, quae potest esse forma peculiaris p. Ο, sed littera Υ. Puta fuisse ΘΡΕΥΙΓΓΕΧΑΙΡΕ, Θρέψιππε χαῖρε. Cf. n. 7421.

8460.

In vase Magnae Graeciae collectionis Durand; inest lepus cubans; descripsit I. de Witte Cat. Durand n. 1587.

Litterae traduntur esse haec: ΧΖΙΑΦ Ω. Videtur fuisse [ΖΟJA]ΧΖΙΑΠΩ[H]. ὁ παῖς καλός, ut n. 8459.

8461.

In cylice Nolae effossa; citat Mazochius Tab. Heracl. p. 158. — Καλός.

8462.

In vasculo Nolano fig. flav. coll. Durand; ephebus hastam tenens; ex adverso mulier libatura. Descripsit I. de Witte Catal. Durand n. 757. Descr. d. vases peints de la collection Magnoncour p. 60. n. 76.

Litterae sunt ΛΟΛΟΝ ΛΔΠ. Putatur esse ἄσλον; vide tamen ne sit ΚΑΛΟΣ, quod etiam in ΛΔΠ latere videtur.

8463.

In vasculo Nolano musei Berolinensis; in utraque parte femina, altera cistam portans; descriperunt Levezow Verz. d. ant. Denkmäler cet. p. 167. n. 803. Gerhard Berl. ant. Bildw. I. n. 803. — Inest Καλή. Καλή.

8464.

In cylice Attica musei Berolinensis; sponsa fasciam tenens, ex adverso adolescens speculum porrigens, pone sella, utrinque columna Dorica. Descriperunt Levezow Verz. d. ant. Denkm. p. 167. n. 804. Gerhard Berl. ant. Bildw. I. p. 257. n. 804. — Inest Καλή.

8465.

In vase fig. flav. collectionis Hamiltoni; ephebi prope labrum balnearium, in quo inscriptio est. Edidit Tischbein Collection of engravings cet. T. I. tab. 58. Peint. de vases ant. de la collection Hamilton, première édition de Florence T. I. tab. 58; citant Welcker Alte Denkm. III. p. 478. Jahn Vasensammlung K. Ludwigs p. CXXIII et p. 110.

Δημόσια.

Intellige βαλανεία. Jahnius: δημοσία. Vide Becker Charikl. ed. alt. III. p. 73. Cf. n. 7979. 8048.

8466.

In vase collectionis Durand; inest labrum balnearium, in quo inscriptio; citant R. Rochette Mon. inéd. p. 236. Jahn I. c.

Ἰδία.

Intellige βαλανεία. Cf. n. 8465.

8467.

In vase fig. rubr. collectionis Hamiltoni; ephebus sedens volumen tenens, in quo inscriptio est; ex adverso ephebus nudus cum cithara; edidit D'Hancarville Antiq. etr. Gr. et rom. T. I. tab. 103. repetiit Panofka Bild. ant. Lebens tab. IV. 2.

ΑΡΛ
ΠΛΟ
ΕΠ

Panofka exsculpsit Ἀρίωνος πλοῦς ἔπος.

8468.

In vasculo ex Apulia reportato collectionis Durand; femina sedens in rupe phialam tenens; ex adverso ephebus innixus metae, in qua inscriptio; in parte aversa ephebi duo currentes. Descripsit I. de Witte Cat. Durand n. 750. cf. Gerhard et Panofka Hyperb. röm. Stud. I. p. 177. Kunstbl. 1825. n. 73.

Τέρμων.

Vocabulum proprium metae, qua regitur terminus cursui constitutus. Cf. Vol. III. p. 618. Alibi

metae inscriptum esse NIKA (n. 7550) monet I. de Witte, qui primus titulum recte interpretatus est, probante Minervino (Bullett. arch. Napol. I. p. 55 et p. 110), qui comparat Varronis de Lingua Lat. V. 4. Redit eadem inscriptio n. 8469.

8469.

In vasculo musei Burbonici; ephebi duo prope metam, in qua inscriptio est; descriperunt Gerhard et Panofka Neap. ant. Bildw. I. p. 348. n. 68.

Τ[έ]ρμ[ω]ν.

8470.

In vase ex Magna Graecia reportato coll. Durand. n. 1006; tractavit Panofka Recherches sur les noms des vases p. 30. (tab. V. n. 75); Hyperb. röm. Stud. I. p. 318. (cf. Monumenti inediti della società Iperborco-Romana. Monaco 1827 fol. tab. X, 1; quod opus publici iuris factum non est). Archaeol. Zeitg. 1848. p. 352. Cf. R. Rochette Notice de l'ouvrage intitulé Catalogo di scelte ant. etrusche etc. (Journ. d. Savans. Févr. et Mars 1830) p. 16.

Πρόπινε μὴ καταδῆς (i. e. καταδῆς).

salutem alicuius bibebant ἀμυστί, ἀπνευστί, μὴ μύσαντες. Cf. Becker Charikles ed. alt. I. p. 189, II. p. 288.

Notum est in symposiis προπίνειν φιλοτησίας.

Praeceptum μὴ καταδῆς pertinet ad morem, quo in Nota litterae K singularem formam Κ.

8470. b.

In vase vitreo; edidit Brunatus in Mus. Kircher. inscr. p. 49. 2; citavit Secchius Campione d'antica bilibra cet. p. 26; tractaverunt Jahn. Jahrb. des Vereins von Alterthumsfr. im Rheinland. VII. p. 115. et Panofka in Gerhardi Arch. Zeitg. 1848. p. 352.

Ἄπρακτὶ πῖε.

Sic enim litterae ΑΡΒΑΚΤΙΠΙΕ a Panofka explicantur comparato titulo n. 8470. Jahnius contra proposuerat: ἀπρακτὶ πῖε (bibe in otio).

8470. c.

In diota, in qua larva Sileni, ex collect. Temple Neapoli; descripsit Panofka in Gerh. Arch. Zeitung 1848. p. 246.

Διὸς Σωτήρος.

Cf. Aesch. Eumen. ed. O. Mueller p. 187.

8471.

In cylice musei Kircheriani; citavit Secchias Campione d'antica bilibra di piombo p. 26; cf. Bullett. d. Inst. arch. Rom. 1844. p. 86.

Πεῖνε (i. e. πῖνε), εὐφραίνου.

8472.

In poculo rotundo vitreo myrti ramis ornato collectionis Durand; descr. I. de Witte Catal. Dur. n. 1490; cf. Supplément à la Description des antiquités du Cab. Durand, Avertissement p. IV.

Εὐφρένου (i. e. εὐφραίνου).

8473.

In anaglypho terrae coctae, representante duos gryphes adorientes equum, collect. Beugnot; descr. I. de Witte Cat. Beugnot. p. 228.

Ζημοσκία πῖνε.

8474.

In vase vitreo, in quo effigies Herculis; edidit Buonarroti Observatt. in vasa vitrea coemet. p. 184. tab. XXVIII. 1.

Ζησαύτ[ω].

In vasculo est ZHCATO.

8474. b.

In pyxide floribus ornata coll. Gerhardi. Litterae sunt excelsae.

Φιλίας (sc. ἔνεκα ut videtur).

8475.

In vase coll. Carelli Neapolitani; descripsit R. Rochett. Notice de l'ouvrage intitulé Catalogo di scelte antichità etrusche trovate negli scavi del Pr. di Canino 1828. 1829. (Extrait du Journ. d. Sav. 1830. Févr. et Mars) p. 16.

Litterae sunt ΤΙΔΡΑΙ

ΚΥΦΙ

ΛΥΣΙ

Quas litteras ita componit R. Rochette: τῖ

δρᾶ[ς σ]κυφί[ον]; λύσι[ν].

FIGULI ET PICTORES CET.

8476.

In patera terrae rubrae, reperta circa Panticapaeum. In fundo sunt duo vestigia pedum cum inscriptione. Cf. Antiq. du Bosph. Cimm. Inscr. sur terre cuite. n. LXI.

ΑΝΔΡΟ

ΜΑΧΟ

Ἀνδρομάχο[υ].

8476. b.

In lucerna musei Naniani, in qua representatur Aeneas Anchisen in humeris portans, manu filium ducens; descripta est Collez. di tutte le antichità che si conservano nel museo Naniano di Venezia. Ven. 1815. tab. 542, 5.

Ἀπολλοφάνου.

Videtur nomen esse artificis.

8477.

In amphora col. nigr. Berenicae Cyrenaicae reperta, collectionis Bidwell (cf. Jahn Vasensammlung K. Ludwigs p. XXIX); descripsit ex schedis Birchii Gerhard Archaeol. Zeitung 1846. p. 216; cf. Welcker Mus. Rhenan. 1848. p. 390.

Ἀρίσταρχο[ς] Ἀρίστωνος.

Videtur utique esse figulus, qui nomen suum collo amphorae incidit. Nota formam duplicem lit-

terae Sigma (ΑΡΙCTAPXO ΑΡΙCTΩΝΟΣ). De sigmate finali omisso cf. ad n. 7756. De tota vasculi ratione apposite comparavit Gerhardus vas Carthaginiense Vol. III. n. 5365.

8478.

In cylice fig. nigr. reperta in oppido Caere; descripsit P. E. Visconti Antichi monumenti sepolcrali scoperti nel ducato di Ceri tab. IX. E. Cf. R. Rochette Journ. d. Savans 1843. p. 284. Lettre à Mr. Schorn ed. sec. p. 34. I. de Witte Revue de philol. T. II. p. 385. Letronne Revue Archéol. III. 1. p. 383.

- - - Ἑρμοκλέους εἰργάζετο.

APAXION ut scriptum est figuli nomen iure reiicit I. de Witte; in APPIXION mutandum esse

censuit Letronnius, parum probabiliter. Utcunque de nomine iudicaveris, littera O in Ω mutanda erit; videtur praeterea una littera delenda, ut aut fuerit APXION (Ἀρχίων) aut ΔΡΑΚΩΝ (Δράκων).

8479.

In frustulo vitreo quod habebat Fabrettus qui edidit Inscr. c. VII. n. XXXI. Cf. Gerhard Leitfaden zur Vasen-, Terracotten- und Miscellensammlung Berlins 1851 p. 71.

APTAS in altero latere: APTAC
IDON CEIΔΩ
Arta Sidon(ius) Ἀρτᾶς Σειδώ(νιος).

Ἀρτας s. Ἀρτᾶς Ἀρτεμιδώ(ρου) habetur n. 3960. b. Nomen ex Ἀρτεμᾶς contractum esse statuit Cavedonius Annal. Inst. arch. Rom. T. XVI. 1845. p. 165. Cf. Minervini Bull. arch. Napol. 1846. p. 132. — Idem adnotat Cavedonius latine dici *Arta* abiecta littera finali, ut *Apella* de graeco Ἀπελλᾶς (Journ.

d. Sav. 1843. p. 324). Cf. n. 7759. Artificis nomen esse etiam Fabretto videbatur; cf. Com. de Clarac Catal. d. art. p. 53. R. Rochette Lettre à Mr. Schorn ed. alt. p. 228. Eadem inscriptio graeca APTACCIΔΩ habetur etiam in ansis vitreis musei Bartholdiani (Panofka Mus. Bartold. p. 157; cf. Kunstblatt 1827. n. 84), musei Berol. n. 2019. 3691. (cf. Gerhard l. c.) monetque Rochettus l. c. esse in antiquario Parisino fragmenta tria vasorum in quibus legatur

APTAS
SIΔO

8479. b.

In fundo paterae eiusdem generis, ut n. 8476. Cf. Ant. du Bosph. Cimm. Inscriptions sur terre cuite n. LX.

APTEM Ἀρτέμωνος.
ΩNO

8480.

In vasculo Paestano, quod asservatur in museo Bourbonico; Hercules in horto Hesperidum, quarum una (Calypso) Ladoni aquam praebet, ad sinistram duae aliae (Anthea et Aeopis); supra duae protomae, altera Iunonis, altera Panis; ad dextram alia Hesperis poma decerpens (Hermesa), pone Hercules, huic a tergo rursus Hesperis speculum tenens (Melisa); supra duae protomae, Minervae altera, altera Mercurii. Ediderunt Lanzi Illustraz. di due vasi fittili trovati in Pesto, Rom. 1809. fol. (Mazarello Faraò Lettera sull' interpretazione di due vasi fittili Pestani fatta da Lanzi, Nap. 1810.) Millin Vas. peints T. I. tab. III. p. 10. Gall. mythol. CXIV. 444. Ex utroque repetiit Inghirami Mon. etruschi T. V. tab. XVI. descripserunt Gerhard et Panofka Neap. ant. Bildw. I. p. 353. n. 60. Gerhard philosoph. - histor. Abhandlungen der K. Akad. der Wiss. 1836. (Kunstdenkmäler des Hesperidenmythos) p. 304. Cf. Panofka Annali d. Inst. II. p. 147. Osann Allg. Litt. Zeit. Halle 1846. n. 42. p. 334 sq. Revision der Ansichten über den Ursprung u. die Herkunft der Vasen p. 82 sq. Citat Jahn Vasensammlung König Ludwigs p. L.

Ἀστέας ἔγραφε.
[H]ρα. Ἀθ[η]ν[αία]
Διῶπις. Ἀνθεα. [Ε]σπερίδ[ε]ς. Ἑρμοκλῆς.
Καλυψώ. Ἑρμῆσα. Μήλισα.

In praescriptis Lanzius legebat ΕΓΡΑΦΑ, quam lectionem non debebat adoptare R. Rochettus Lettre à Mr. Schorn ed. alt. p. 15. not. 1. Nomen Ἑρα (ΤΑΡΑ leg. Lanz. ΧΑΡΑ Millin.) post Millinum restituit I. de Witte (Revue de philol. II. p. 397). Puta scriptum fuisse ΗΡΑ (ΠΑΡΑ volebat Gerhardus l. c.), et ΗΕΣΣΠΕΡΙΔ[Ε]Σ, ut volebat Panofka. Gerh. Ἑσπεριάς legens arborem Hesperidum significari putat. Inter singularum Hesperidum nomina habes Ἀνθεα,

quod alibi est cognomen Iunonis (Paus. II, 22, 1). Deinde I. de Witte recte monet imagine illa, cui ΑΘΝΑΚΙΣ adscriptum est (Millin. ΔΟΝΑΚΙΣ probante Gerharo, cui videtur esse puellae nomen a Pane amatae), intelligendam esse Minervam deam Herculis tutelarem, cuius nomen restituendum erit. In sequentibus Millin. habet ΑΓΩΠΣ, ΑΣΣΠΕΡΙΑΣ, ΜΡΜΗΣΑ (Osann. ΜΡΜΗΑ, Gerh. ΗΡΜΗΣΑ), deinde ΝΗΑΙΣΑ, ubi pictor fortasse voluit ΜΕΛΙΣΣΑ, namque litterarum E et H promiscuus usus est in hoc vasculo; praeterea sunt nomina negligenter picta, quamquam hinc non collegerim cum Osanno esse exemplaris veteris imitationem. Asteas pictor redit. 8481, 8482. De nomine pictoris egit Panofka Abh. d. K. Akad. d. Wiss. 1848. p. 188 sq.

8481.

In vasculo reperto in regione Bari in Apulia, quod asservatur in museo Bourbonico; Cadmus draconem interficiens adstante Minerva; supra draconem sedet Thebe, ex adverso porta Crenaea, pone fluvius Ismenus; in parte aversa Bacchus cum asseclis. Editum a Millingen Anc. uned. monum. I. tab. XXVII. Mus. Borb. XIV. Tab. XXVIII. descripserunt Gerhard et Panofka Neap. ant. Bildw. I. p. 308. n. 404; tractavit Welcker Alte Denkmäler III. p. 587 sq. Cf. Osanni Sylloge I. p. 96.

Ἀστέας ἔγραφε.
Ἰ[σ]μηνός. Ἀθήνη. Κρηναίη. Κάδμος. Θήβη.

Idem Asteas pictor extat n. 8480. 8482. Thebae nomen in Mus. Burb. scriptum est ΘΗΘΗ.

8482.

In cratere collectionis episcopi Nolani; inest parodia scenica qua ad mythum de Procruste videtur alludi; Charinus senex in lectulo iacens pro ludibrio habetur a tribus servis personatis, quorum figuris appicta sunt nomina. Edidit Millingen Peint. d. vas. gr. tab. XLVI. Cf. Geppert Die altgr. Bühne tab. IV. Wieseler Denkmäler des Bühnenwesens tab. 15; citat Jahn Vasensammlung K. Ludwigs p. CCXXVIII, 1427.

Ἀστέας ἔγραφε.
Γύμνασος. Χαρίνος. Διάσ[υ]ρος. Κάγγας.

Nomina servorum insolentius formata a verbis γυμνάζειν, διασύρειν, καγγάζειν; id quod licentiae commicuae tribueris potius quam depravationi linguae graecae per linguam Oscam et Latinam ingruenti sub finem belli Punici secundi, ut putavit Millingenius. Pictor Asteas est n. 8480. 8481.

8483.

In vase musei Bourbonici, cuius utroque in latere quadriga regente auriga. Edidit Gargiulo Raccolta de' monumenti più interessanti del R. Mus. Borbon. tab. 100. repetiit Inghirami Vasi fittili T. III. tab. CCXCIV.

Inscriptioni perverse pictae videtur subesse ΗΡΑ[ΚΛΗΣ ΗΡ]ΑΚΛΗΣ ΝΑΙ, aut Ἡρακλῆς ναίχαι καλή, ναί. Deinde ΑΣΤΕΑΣ ΕΓΡΑΦΕ, Ἀστέας ἔγραφε (cf. n. 8480. 8481. 8482).

8484.

In fragmento vasis vitrei, quod Syracusis emit Julius Friedlaender, cuius ex schedis edidit Minervinus Bullett. arch. Napol. a. IV. 1846. p. 23. Cf. Bullett. d. Inst. arch. Rom. 1846. p. 75 sq. Bullett. arch. Napol. v. p. 119. Welcker Mus. Rhen. VI. 1848. p. 388.

ΕΙΡΗΝΑΙΟΣ
ΕΠΟΙΗCEN
CΙΔΩΝΙΟΣ

Εἰρηναῖος ἐποίησεν Σιδώνιος.

Apposite Minervinus comparat vasculum Artae Sidonii (n. 8479) coll. Plin. H. Nat. V, 17.

8485.

In patera vitrea reperta in loco *Bagnolo* nel Bresciano; asservatur Mutinae in museo Estensi. Edidit Cavedonius Annal. Inst. arch. Rom. XVI. 1844. p. 161 sq. repetiit Furlanetto Lapid. Padovane p. 486. Cf. Cavedoni Indice del museo del Catajo p. 12. R. Rochette Lettre à Mr. Schorn ed. alt. p. 436. Questions de l'hist. de l'art p. 136.

ΜΝΗΘΗ
Ο ΑΓΟΡΑ
ΙΝΩ

ΕΝΝΙΩΝ
ΕΠΟΙΗ
CEN

Ἐννίων [ἐ]ποίησεν. Μνη[σ]θῆ ὁ ἀγοράζων.

Uterque titulus inest in tabella ansis securicla-tis ornata. Eiusdem artificis patera est, cuius fragmentum cum inscriptione ΕΝΝΙΩΝ ΕΠΟΙΗCEN repertum esse in agro Fidentino annotat Cavedonius,

notitia a Lopezio accepta. Utrumque opus idem coniicit oriundum esse Alexandria officinis vitri nobilitata praesertim Imperatorum aetate, cui litterarum formae conveniunt. De formula μνησθῆ cf. n. 4668. 4766. 4794.

Eiusdem Ennionis nomen legitur in vase vitreo Panticapaei reperto, edito in libro: Antiquités du Bosphore Cimmérien conservées au Musée de l'Ermitage Pl. LXXVIII, ubi est in tabella: ΕΝΝΙΩΝ ΕΠΟΙΕΙ Ἐννίων ἐποίησι.

8486.

In amphora grandi fig. flav. musei Parisini; Menelaus, Andromache corpus Astyanactis in genibus tenens, tres bellatores Graeci: Mercurius et doryphorus, quadriga Aurorae. Ediderunt Academici Neapolitani Pitt. Ercol. T. I. p. 2. Maffei Mus. Veron. p. CCCXVIII. 2. Winckelmann mon. ined. n. 159. (Opp. T. VII. p. 67), Millin Vases peints II. tab. XXXVII. XXXVIII. Gal. mythol. CLXIX. 611. Citarunt Lanzi Diss. di vasi dipinti cet. p. 194. Welcker Zeitschrift f. a. K. p. 128. R. Rochette Lettre à Mr. Schorn ed. alt. p. 15. Letronne Revue archéol. III. 1846. p. 381. I. de Witte Revue de philol. II. p. 480 sq. Panofka Act. Acad. Berolin. 1848. p. 189.

Λάσιμος ἔγραψε.

Nomen alii aliter legebant. Academici Neapolitani et Maffei MAΞΙΜΟΣ (quos sequitur Fea Stor. di vasi p. 41), Winckelmannus ΑΛΞΙΜΟΣ (in quo persistunt Comes de Clarac Cat. des artist. p. 30. 31. Letronnius l. c.), Millinus ΛΑΞΙΜΟΣ, quam lectionem adoptatam etiam a Panofka (Bullett. dell' Inst. arch. Rom. 1829. p. 138. 160) et a Gerhardo (Lichtgottheiten tab. III. 4), unice veram esse vasculo di-

ligentissime examinato testatur I. de Witte l. c. Utram lectionem eligeret ΑΛΞΙΜΟΣ an ΛΑΞΙΜΟΣ, dubius haerebat Silligius Catal. artif. p. 38. In forma ΑΛΞΙΜΟΣ acquievit R. Rochettus, postquam frustra tentavit ΑΙΞΙΜΟΣ (l. c. Addend.). Missa facio quae de consilio pictoris nomine suo ludentis protulit Panofka Act. Acad. 1848. p. 189. Ceterum Millinum Mon. inéd. II. p. 36. per incuriam memorare Maximum pictorem certatim monuerunt R. Rochettus et I. de Witte.

8486. b.

In lucerna, in qua repraesentatur Achilles Hectorem trahens; edita est in Bartoli Lucerne III. tab. 9. Cf. Welcker Kunstblatt 1827. n. 84. Com. de Clarac Catal. des art. p. 158. R. Rochette Lettre à Mr. Schorn ed. alt. p. 342.

Λουκίου.

Huius Lucii etiam aliae lucernae supersunt. Vide Collez. di tutte le antichità che si conservano nel museo Naniano di Venezia. Ven. 1815. tab. 342. 2. 6. 8.

8487.

In hydria collectionis Hamilton, nunc in museo Britannico; duae quadrigae, in altera Pollux et Hilaira, in altera Chrysippus; in medio simulacrum Dianae; infra Iuppiter, Agave, Chryseis, Venus, Castor Eriphylen prehensens, Pitho discedens: qua pictura exhiberi videtur raptus filiarum Leucippi (cf. O. Jahn Peitho die Göttin der Überredung p. 23. n. 101); infra Hercules est cum Hesperidibus ad arborem Ladone serpente circumvolutam; rursus idem cum Iolao aliisque sedens. Descripserunt D'Hancarville Antiq. étr. T. II. p. 127 sq. Winckelmann Gesch. d. Kunst III. 4. Visconti Mus. P. Clem. II. 2. Zoega Bassiril. T. II. p. 9. Boettiger Amalthea II. 291 sqq. ediderunt Millin Gal. myth. xciv. 585. Dubois-Maisonneuve Introd. à l'ét. d. vas. tab. III. Accuratus tractavit et inscriptiones primus edidit Gerhardus Die Vase d. Midias Berlin. 1840. cf. Transact. of the royal Society of Litt. Second series Vol. I. 1843. p. 192. Retracterunt O. Jahn Archaeol. Aufsätze p. 152 sq. R. Rochette Lettre à Mr. Schorn ed. alt. p. 51. I. de Witte Revue de philol. T. II. p. 481 sq. qui denuo transcripsit C. Bursian in Gerhard. Arch. Zeitung 1851. p. 436 sq. Th. Pyl. ibid. 1854 p. 299 sq.

Μειδίας ἐποίησεν.

a) Ἐλά[ι]ρα. Πολυδεύκης. Χρῦσιππος. Ζεὺς. Ἀγαθή. Χρυσίς. Ἀφροδίτη. Κάστωρ. Ἐριφύλη. Πειθώ.

b) Κλυτίος. Ἰγία. Ἀσστερόπη. Χρυσόθεμις. Διπάρα. Ἡρακλῆς. Ἰόλεως. [Ν]ί[κ]η. Μήδεια. Ἐ[λάι]ρα. Φιλοκτῆτης. Α[ιή]της. Χρῦσιππος. Φάων. [Κ]λύμενος. Οἴν[ε]ύς. Δημοφῶν. Χρυσίς.

Midiam artificem Atheniensem fuisse coniecit Rochettus. Nomen Hilairae in utraque pictura male pictum videtur ΕΛΑΡΑ. Pro Ἀγαθή Jahnius putat legendum esse Ἀγλαία. Quod sequitur ΧΡΥΣΕΙΣ videtur nunc esse i. q. ΧΡΥΣΙΣ, quod nomen redit in fine alterius picturae. Certe si Χρυσήϊς esset, exspectaremus ΧΡΥΣΗΙΣ, siquidem in hoc vase regnat vocalis Η. In altera pictura pro ΑΣΣΤΕΡΟΠΗ

Gerh. habet Ασχερθη, pro ΗΡΑΚΛΗΣ — Ηρακλ. ., pro ΕΛ. . . ΕΡΑ solum Ε. . . ερα. Ubi est ΝΙΟΠΗ, I. de Witte coniecit ΝΙΟΒΗ, Jahnius ΧΑΛΚΙΟΠΗ. Fuerit ΝΙΚΗ ut n. 8393. Nomen Κλύμενος ex apographo Gerhardi recepimus; eidem debetur Αιήτης, ubi Aegei nomen subesse coniecit Pyl. Φιλοκτῆτης nomen Welckerus (Alte Denkmäler III. 352) putat Iasoni datum esse, quasi divitias magnas consecuturo; idem per errorem factum esse probabilius statuit Jahnius Vasensammlung K. Ludwigs p. cxvii, 854. Accedit quod per totam picturam tam mira est nomenclaturae ratio, ut aut nobis summa fabularum veterum ignorantia confitenda sit aut pictori summa incuria et negligentia imputanda, ut ait Bursian Arch. Zeitg. 1852. p. 437. De pictoris nomine cf. Panofka Abh. d. K. Akad. d. Wiss. 1848. p. 167, 198.

8488.

In vasculo ex alabastro (unguentario), in quo incisa est manus aperta; ediderunt Caylus Recueil d'antiq. tom. V. P. 3. tab. 56. 4. 5. aeri incisum cf. p. 158, Academici Neap. in opere: Bronzi d'Ercolano T. II. p. 410. 8. Cf. Com. de Clarac Catal. d. art. p. 154. R. Rochette Lettre à Mr. Schorn ed. alt. p. 370.

ΝΙΚΗΤΟΥ Νικήτου.

8489.

In vasculo Panticapaei (hodie Kertsch) a. 1836. reperto, in quo figurae sunt aliae colore rubro, aliae variis coloribus pictae eaeque tanquam opere caelato factae; Arimaspi vestitu Phrygio, quibus nomina adscripta sunt, cum gryphis aliisque animalibus proeliantes. Artificis nomen in collo vasculi scriptum est. Descripserunt Henricus Kruse Bullett. dell' Inst. arch. 1841. p. 108 sq. Köhne Bulletin de la société d'arch. et numism. de St. Petersbourg II. p. 7. O. Jahn Vasensammlung K. Ludwigs p. xxviii. Editum est in libro Antiquités du Bosphore Cimmérien I. Tab. xlv et xlvi coll. II. p. 3 sq. et p. 340. Cf. R. Rochette Lettre à Mr. Schorn ed. alt. p. 65. Neumann die Hellenen im Scythenlande I. p. 527.

Ἀβροκόμας. Σειτάμης. Ἀτραμῖς. Ἄρειος vel potius Δ[α]ρείος. Εὐρύαλος. Ξενοφάντος ἐποίησεν Ἀθην(αῖος).

Videtur artifex Atticus id spectavisse, ut opus suum hominibus Bosporanis, quorum usui destinatum erat, et argumento mythico et tota pingendi ratione commendaret; de fabulis quae in vasculis Panticapaei repertis prae ceteris repraesentatae inveniuntur, vide Jahn. l. c. p. ccix. n. 1364. Homi- nibus scythicis nomina data sunt, quae prope omnia barbare sonant; cf. Ἀρσακόμας, Ἀρσοκόμας, Ἀβροκόμας, Ἀρσάμης, Ἀρτάμης, Ἀρταῖος et quae sunt similia ad regiones Sarmatiae et Mediae pertinentia; egit de

hoc nominum genere Boeckhius in introductione ad inscriptiones Sarmatiae Vol. II. p. 116. Σειτάμης ὁ Μύσιος est ap. Aesch. Pers. v. 317 ed. Herm. Sexti nominis nihil restat nisi ΒΡΟΣ; habebat igitur eundem exitum, ut Μουκουνάκυρος, nomen in inscript. Sarmat. obvium. Septimi nominis superesse dicitur: Κ...ΤΙ. Haec nomina ex Aristeia poeta, qui Ἀρμισπεία composuit, deprompsisse pictorem probabilis coniectura est Jahni l. c. n. 1364. Cf. nomina sagittariorum n. 8185. a. Initio tituli minus recte legebatur Ἀεροκόμας.

8490.

In lucerna musei Naniani, edita Collezione di tutte le antichità che si conservano nel museo Naniano di Venezia. Ven. 1815. tab. 341.

ΟΝΗΧΙ
ΠΟΥ

Ὀνησίμου.

Videtur nomen esse artificis.

8491.

In lucerna musei Naniani; edita est ibidem tab. 342. 7.

ΠΡΕΙΜΟΥ

Πρεΐμου.

Videtur nomen esse artificis.

8492.

In cratere fig. flav. opere Lucano collectionis Carlisle; Romae vidit Uhdenius, nunc est in Britannia (cf. Waagen Kunstwerke und Künstler in England T. II. 1838. p. 420 sq.); Alcmena rogo imponitur, cui Amphitryon et Antenor ignem afferunt; supra rogamus imagines Iovis, Aurorae, duarum Hyadum aquam ex hydriis effundentium. Descripserunt Millingen Apothéose d'Alemène Nouv. Annal. de l'Inst. arch. T. I. p. 487 sq. tab. x. p. 487 sq. 1857. et Waagen l. c. Citat Jahn Vasensammlung K. Ludwigs p. CCXXIII.

Πύθων ἔγραφε. Ζεύς. Ἀντήνωρ. Ἀλκμήνη. Ἄως. Ἀμφιτρυών.

Artificem Pythonem hunc alium eumque recentiore esse quam qui habetur n. 8160. ex fabrica operis recte collegerunt R. Rochett. Journal des Savans 1836 p. 585 sq. Millingen l. c. I. de Witte

Revue de philol. T. II. p. 497. Cum hac aetate recentiore convenit etiam imperfecti usus; cf. Jahn l. c. p. cx. De nomine opificis agit Panofka Act. acad. Berol. 1848. p. 188.

8493.

In vase coloris nigri reperto in Lucania, apud Raphaelem Baronium Neapolitanum. Descripserunt Minervinus Bullett. arch. Napolit. a. IV. p. 104 et Panofka Arch. Zeitung 1847. p. 190. Cf. Welcker Mus. Rhenan. VI. 1848. p. 591. Jahn Vasensammlung K. Ludwigs p. CXXIX.

Σταπί[ου] ἔργον. Κλοφάτω δῶρον.

Nomen ΚΛΟΑΤΟΣ scriptum est inserto quod vocatur digamma ad efficiendum sonum litterae Latinae V; cf. Elem. epigr. Gr. p. 42. Bullett. arch. Napol. VI. p. 48. Neque enim dubium est quin peregrinum (Campanum) sit nomen Clovatus, quod nomen fortasse componendum fuerit cum Latino clavatus. Utut est, apposite Minervinus comparavit

gentem Cloatiam s. Clovatiam, cuius mentio fit in titulo Pompeiano (Bullett. arch. Napol. III. p. 86). Ceterum inscriptio bonae aetatis est, etsi nomina sunt peregrina. De priore parte Jahnius comparat tit. atticum Ἀριστοκλέους ἔργον (Brunn Gesch. der gr. Künstler I. p. 107); semel in vasis habetur εἰργάζετο n. 8478.

8494.

In lucerna musei Naniani, edita collez. di tutte le antichità che si conservano nel museo Naniano. Ven. 1815. tab. 341. n. 1.

[Μ]ωκιανοῦ.

Sic legendum erit nomen quod videtur esse artificis.

8495.

In vase musei Naniani; ed. Biagius Monum. Gr. p. 242. tab. 1. (Mus. Nan. 262).

Σημοῦ.

8496.

In vasculo Magnae Graeciae. Edidit Minervin. Monum. ined. possessuti da Raffaele Barone p. 59; citat Jahn Vasensammlung K. Ludwigs p. CXXIX. n. 966.

Γραίας.

Sic enim videtur legendum esse ut Γραία sit nomen eius, quae vasculum possidebat.

8497.

Sub pede vasis, quod in speciem delphini effectum est, ex Magna Graecia reportati, collectionis Durand; putatur vasculum esse ex numero eorum, ex quibus post coenam bibebatur αὐσι. Titulus litteris grandibus scriptus est, nigro colore pictis. Descripsit I. de Witte Cat. Durand. n. 1510; tractavit Panofka Hyperb. röm. Stud. p. 525. Mon. ined. tab. x. (quod opus non publici iuris factum est), tetigit Jahn Vasensamml. K. Ludw. p. CXXIX. n. 966. Vasculum a. 1555. in vetustissimis Rutiliani sepulcris repertum refert Donius Inscr. Cl. II. n. 168. p. 104, qui inscriptionem ex libro ms. bibl. Vatican. n. 5241. edidit

ΔΑΣΤΑΣΗΜΙ

Sic legerunt Panofka et I. de Witte; Donius; ΔΑΣΝΑΣΗΜΙ. Panofka explicabat δαστάς ἡμι, quod

esset ληστής εἰμι, ad fabulam illam referens quae de piratis Tyrrhenis a Baccho in pisces mutatis ferebatur. Parum probabiliter. Immo Δάστας ἡμί ita explicandum erit, ut Χάρωνός εἰμι n. 8538; Τρεμίον εἰμί n. 8339. Videtur Δάστα nomen esse muliebre. — Vasculum eiusdem formae eodemque titulo ornatum edidit

Minervinus Monum. Ined. Tab. xii., qui p. 57 sq. app. p. ix. et ipse nomen possessoris inesse putat; cui nomini comparari potest, quod in titulis Messapicis saepius occurrit δαξτα. Cf. Mommsen Unterital. Dial. p. 75.

8497. b.

In vasculo quod ex Cyrenaica in museum Paris. transit (cf. Arch. Anzeiger 1851. p. 85); ed. Longpérier Bullett. de l'Acad. d. Bruxelles XIX, 2. p. 400; citat Jahn Vasensammlung K. Ludwigs p. cxxx.

Διομέδων.

Litterae incisae sunt; formae litterarum aetatem produnt recentiore. Possessor videtur significari ut n. 8503.

8498.

In ansa vasis prope oppidum Eboli in regno Neapolitano reperti fig. rubris, in quo representatur Amor arcum intendens; litterae sunt incisae. Descripsit Gerhard Annal. d. Inst. arch. Rom. Vol. III. p. 406. tab. D. (cf. Bullett. d. Inst. 1829. p. 152 sq. Cavedoni Bullett. arch. Napol. III. p. 62. Minervini ibidem p. 112. Raoul-Rochette Notice de l'ouvrage intitulé Catalogo di scelte antichità etrusche etc. Extr. du Journal d. Sav. Février et Mars 1830. p. 5. not. 4. Citat Jahn Vasensammlung K. Ludwigs p. cxiv, cxxix.

Διονυσίου ἀλά[κ]υθος τοῦ Ματάλου.

Cf. n. 8337 sq. Cum nomine Μάταλος Cavedonius (Bullett. arch. Nap. IV. p. 49) bene comparavit nomen Μάταλλος ap. Aesch. Pers. v. 312 (309. ed. Herm.). Vasculi nomen λάχυθος scriptum legitur.

8498. b.

In vasculo Panticapaei reperto, nunc in mus. Petropol. Edd. Dubois Voyage autour du Caucase T. IV. Tab. 14. Achik in libro de regni Bosporiani antiquitatibus III, 54. b.; citant Gerhard Archaeol. Anzeiger 1850. p. 195; Jahn Vasensammlung K. Ludwigs p. xxviii, n. 116; p. cxxx.

Δῶτος.

Nomen quod possessoris videtur esse, incisum est litteris formae recentioris. Praeterea in eodem vasculo picta leguntur Καλός. Καλή; ap. Achik tantum καλός. Gerhard: Δῶτος καλός.

8498. c.

In pede vasculi Panticap. quod formam habet canis cubantis. Cf. Antiquités du Bosphore Cimm. Inscr. sur terre cuite, n. LXIII.

ΚΑΡΡΟΣ

Κάρρος.

8499.

In vasculo coloris nigri hederaceis foliis superne ornato, in museo Bourbonico. Descripserunt Quaranta Illustraz. di un vaso italo-greco, Napoli 1820. Scotti Mon. ined. di una società archeol. Nap. 1820. Zannoni Antologia di Firenze 1822. n. 24. Gerhard et Panofka Neapels Antike Bildwerke I. p. 270. n. 1428. Citarunt R. Rochette Lettre à Mr. Schorn ed. alt. p. 66. Letronn. Journal d. Sav. 1845. p. 751. Annal. d. Inst. archeol. Rom. Vol. XVII. p. 262. Revue archéol. III. p. 384. Jahn Vasensammlung K. Ludwigs p. cxxx. n. 976. Tractavit etiam Secchius Campione d'antica bilibra romana 1835. p. 4 et p. 50.

ΚΙΤΤΩΣΗΟΚΑΙΛΥΜΑ

Sic enim ab omnibus legitur inscriptio variis virorum doctorum coniecturis tentata; in quibus quod coniecit Zannonius ΚΙΤΤΟΣΗΟΚΑΙΛΥΜΑ Letronnius ita correxit, ultimum nomen pro decurtato habens: Κίττος ὁ καὶ Λύμα(χος), id quod proxime ad verum accedere videtur. Κίττος nomen viri proprium aliunde notum (Vol. I. n. 266. v. 30). Λύμαχος, quod nomen similiter decurtatum in nummo Apolloniae

invenit Mionnet. T. III. p. 317. videtur esse i. q. Λυσίμαχος, ut Σώμαχος est i. q. Σωσίμαχος, quam in synopen plura congecit Letronnius. De nomine decurtato in vase dubitat Minervinus Bull. arch. Nap. V. p. 108. At videtur vix aliud subesse posse; namque ut mittam priorum interpretum commenta, nullo modo defendi poterit Secchii ratio verba ita explicantis: "hedera quae et ipsa lustramen est". Ceterum HO in speciem antiquitatis pictum esse docet usus litterae Ω, male pictae pro O. Memorabilis denique forma est litterae K.

8500.

In patera Attica lapidea, quam vasibus fictilibus adiungere liceat; descripsit Braunius Bullett. d. Inst. arch. Rom. 1846. p. 84. Cf. Gerhard Archaeol. Zeitung 1846. p. 246.

ΚΩΔΡΩ

Κ[ό]δρω.

Putatur donarium esse in memoriam Codri ultimi regis Atheniensium oblatum. Vix recte.

Codrus est homo privatus idemque nomen est pastoris ap. Virg. Ecl. V, 10; VII, 22, 26; poetae ap. Iuvenal. III. 203. 206. Satis recentem esse titulum et scriptura falsa Ω pro O et omissum Iota quod vocatur mutum docet.

8500. *b*.

In cooperculo dolii semicirculari lapideo (cf. n. 8500), quod ex insula maris Aegaei in museum Londinense transmisit Newtonius; descripsit S. Birchius ap. Gerhardum Archaeol. Anzeiger 1854. p. 485.

ΛΥΣ
ΙΔΑ
ΜΟΣ

Λυσίδαμος.

8501.

In vasculo unguentario Interamnae reperto; ed. Lupus Epitaph. Sev. p. 87. indeque Murator. T. III. p. MDCLXVIII, 5. cum interpr. Latina. Citavit R. Rochette Lettre à Mr. Schorn p. 68; tractavit Letronnius Revue archéol. III. p. 384.

ΔΡΟΣΥΛΑΜΗΤΗΡΗΛΟΥΤΩΝΙ

Δροσύλα μήτηρ [Π]λούτωνι.

Inscriptionem non secus accipiendam esse ac si scriptum esset Δροσύλα τῷ τέκνῳ Πλούτωνι monuit Letronnius. Δροσύλα est i. q. Δρόσιλλα.

8502.

In cylice collect. Princ. de Canino; descripta est Catal. de tableaux cet. vases étrusques et antiquités, propriété de M. Luc. Bonaparte, 1840. p. 58. n. 138.

ΣΠΥΡΙΝΑΣ:

Σπυρίνας.

8503.

In vase coll. Coghill; edidit Millingen Vases de la collection Coghill tab. XI. (cf. Labus in Visconti Opp. var. T. IV. p. 587. 1); citat Jahn Vasensammlung K. Ludwigs p. CXXIX, 971.

ΧΑΡΙΤΩΝ

Χαρίτων.

In numero pictorum habuit Sillig. Catal. artif. p. 147; pro figulo venditavit R. Rochette Lettre à Mr. Schorn p. 16; utrumque recte improbaverunt Letronnius Revue archéol. III. 1846. p. 381. I. de Witte Revue de philol. II. p. 386.

8504.

In fragmento cylicis Hadriae reperto, olim in museo Bocchi; ex schedis Boeckhii. Citat Jahn Vasensammlung K. Ludwigs p. CXXX.

ΕΝΤΑΙΣΟΡ
ΕΝΤΑΙΗ/
ΣΣΚΝΦΟΙ/

ἐνεισιν] ἐν τῷ σορ[ῶ τῷ π]εντα[π]ή[χ]ει σὺν τοῖς
σκύφοις - - -

ut videatur notatio esse ad supellectilem sepulcri pertinens. Eandem inscriptionem commemorat R. Rochett. Annal. de l'Inst. arch. Rom. T. VI. 1834. p. 293, qui legit ΕΝΤΑΙΣΟΑΕΝΤΑΙΣΗ, ἐν ταῖς θαλαίαις interpretans.

Titulus mutilus, in interiore parte cylicis inscriptus, fortasse sic fere legendus est:

8505.

In parte postica larvae fictilis, quae Satyrum repraesentat, coll. Beugnot; descripsit I. de Witte Catal. Beugnot n. 222.

A - - -
Ο.ΟΡ.ΒΙΟΥ

Subest fortasse Θ[ε]ο[κ]λ[ύ]τ[ου].

8506.

In vitro Fauni imaginem repraesentantis, litteris in orbem dispositis; edidit Caylus Rec. d'ant. T. III. P. 4. tab. 84. 3; cf. p. 298.

ΔΗΜΟΘΕΝΣ

Δημοσθένου.

Incertum artifex intelligendus sit an possessor.

8506. *b*.

In lucerna fictili cum imagine Minervae in museo Britannico; citat S. Birch ap. Gerhard Archaeol. Anzeiger 1852. p. 223. Litterae incisae sunt.

ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ

Διονυσίου.

Figuli nomen videtur Birchio.

8507.

In fundo lucernae Smyrna missae, in museo Lugd. Bat. Inest Amor iuxta aram cui cantharus insistit, sinistra citharam tenens, dextra telum protendens. Ed. Ianssenius Mus. L. B. Inscript. p. 49 sq. n. 4. tab. III.

ΕΛΠΙΔΗΦ
